~~258~~

5

UVA. BHSC. IyR 068_1

~~2330~~

68

3

UVA. BHSC. IyR 068_1

Glosa In Cantica.

~~258~~

~~5~~

68

UVA. BHSC. IyR 068_1

UVA. BHSC. IyR 068_1

Es dela libreria del Collegio de S.ta Cruz de Vall.d



Illuſtriſſimo dño dño alfonſo de aragonia miſeratione diuina archiepo ceſaraguſtano.
Jacobꝰ epus xp̄onopolitanꝰ ſuo dño metuēdo ſalutē cū ꝓſpitate plurimam optat. Su
perioribꝰ diebꝰ dñe illuſtriſſime plurimoꝝ religioſoꝝ ceteroꝝqꝫ literatoꝝ viroꝝ vehemēti
exhortatione fui vexatꝰ ac diſcruciatꝰ. vt cantica canticoꝝ ſalomonis q̄ intellectu difficili
ma et īextricabilia ſunt et habent: in lucē apperire vellē: ad hoc vt illi fierent doctiores.
Ipe vero hoc aīo piectans ꝙ magnā ꝓuinciā humeris meis imponerem et pene mihi
difficile laborioſūqꝫ videret. tū ob munꝰ publicū quo fūgor. tū ob plurias occupatiōes
tā familiares ꝙ domeſticas quibꝰ obruor. tū ob ingrauescētē etatē meā. q̄ laboribꝰ iuuē
tutis minie rn̄det: hoc eis ſpōdere recuſaui. Nouiſſime aūt venit ad me ſapientiſſimus
ſacre theologie interpres et ꝓfeſſor magiſter michael figuerola tue illuſtriſſime dñatiōis
p̄ceptor qui tua vice et noīe me vnice rogauit precibuſqꝫ ꝯtendit: vt aliquid ex illo vaſto
ſacre ſcripture agro: cui operā et ſtudiū dare expetis: rimari conarer qđ doctrina et ſciē/
tia cumulatū eēt: et tue excellētie dignū haberet. Ego aūt ſumma cupiditate ductꝰ inſer/
uiendi illuſtriſſime dñationi tue ac parēdi tuis īperijs. Ad faciendū qđ iubebas illico me
accinxi oī vite mee diſcrimini obociendo. Quā ob rē cū totiꝰ ſacre ſcripture vniuerſum
campū e veſtigio peragraſſem. Nil mihi magis decoꝝ atqꝫ vtile neqꝫ tua amplitudine
dignū vt mea fert oppinio viſū eſt: ꝙ ipa ſalomōis cantica canticoꝝ. In quibꝰ ſalomō
int̄ xp̄m et ecc̄iam ſponſam ſuā mutuū explicat amorē vnūquēqꝫ fidelē xp̄ianū incitās
et intendens: vt ſcripturā ſacrā ī ſponſam ducat ſuā. Eas igitur ob res aīo inſtitui meo
ne tam p̄cioſa ſupellex īcognita extaret. neminē niſi dñationē tuā illuſtriſſimā dignam
exiſtimaui: et cui satiꝰ dicare deberē. Cū ſit tibi optima indoles/nobiliſſimū ꝑſpicaciſſi/
mūqꝫ ingeniū. humanitas. liberalitas ingens. aīi magnitudo. ac ſtudioꝝ ſacre ſcripture
voluptas vehemēs et oblectatio. tū et quia ī hac tempeſtate nr̄a int̄ oēs ex clara familia
natos aut regio ſanguīe creatos qui docti ſint atqꝫ hēant p̄t illuſtriſſimā dñationē tuā
mihi occurrit nemo. tū et ob ſummā dignitatē q̄ exiſtis et munꝰ ecc̄iaſticū: quo fūgeris
et vices regias quas ī toto regno aragōie geris. iō ſacrā ſcripturā te minime latere aut
fugere exiſtimaui. Verū. n. vero cogitās mecū hoc opꝰ intuendū in tanta eruditiſſimoꝝ
lr̄atiſſimoꝝqꝫ viroꝝ ipiꝰ vrbis et regni nec nō tui ſenatꝰ canonicoꝝ concione et copia q̄
maxima eſt qui ingenio et prudentia pollent ſingulari. Et ꝙ nō ſit ita cōptū atqꝫ expo/
litū ea eloquentia: eo dicendi ornatu: vt par eſt et ſibi ꝓſcribit ratio. vereor ne illud par
ui faciant. Atqꝫ eo nō in minorē animi incertitudinē. heſitationēqꝫ conjectꝰ ſum. ꝙ fuit
noſter cicero: cū librū de officijs: quē ad marchū filiū dedit: qui athenis ſub cratipo ꝑſe/
ueraret auditor. In quibꝰ gīnaſijs et p̄hoꝝ et eloquentiſſimoꝝ viroꝝ frequentia erat.
Verūtñ volens ac expetens tue inclite dñationi morē gererē: hoc opꝰ expreſſi vti rectius
valui. et eo ſtilo ſcolaſtico ⁊ pingui minerua/vt ſic dixerim/ quo oēs tā docti ꝙ medio/
cres ac etiā ſimplices religioſi et clerici ceteriqꝫ fideles capere ꝑpēdereqꝫ valeāt. Quod
quidē opus clariꝰ decorabit animū quā ſplendida purpura. aut pene dixerim ſi oppulē
tiſſima vrbe dñationē tuam illuſtriſſimam donarē. Quare ſacre ſcripture per amplitu/
dinem tuam incumbendum eſſe cenſeo. in qua qui docti euaſerūt. etiā ſi ex humili loco
nati ſint. ſibi vendicarūt nomen/famam/laudē/et glīam. Et ad tantā dignitatem ſubli/
mantur: vt ī terris quaſi dij habeantur. Quod facile dñatio tua attingere valebit atqꝫ
nanciſci. Nam vbi animū intenderis: ingenium valet. Contempletur ergo dñatio tua:

UVA. BHSC. IyR 068_1

ponatqꝫ ante oculos et emuletur fame inuictiſſimi regis Ferdinandi amplitudinis tue genitoris criſtianiſſimi. qui ob exaltationem / laudem / et gloriam / ſummi mxaimiqꝫ jeſu criſti ac fidei catholice honorem et ampliationem ad delendos fugandoſqꝫ mauros ex a gro betico yſpanie. non formidauit neqꝫ exterritus eſt perſonam ſuam aduerſus illos bellando manuſqꝫ conſerendo ſtrēnuo preſtantiqꝫ animo ſeſe maximis diſcriminibus obijcere. Et tandem ſuo ductu dexteritate vigilãtia / atqꝫ ſolertia illos debellauit / vicit / fugauit. Et in ſuam dictionem redegit. Alfamam. aloram. cartamaꝫ. Rondam. morbel/ lam. ac famoſiſſimaꝫ et bello inſuperabilem ciuitatem loxam. Et cambille inacceſſibile opidū atqꝫ vicinis cūctis quondã formidabile aſillū. Quãplurimaqꝫ alia opida ⁊ mu/ nicipia que multoꝝ ſentētia inexpugnablia habebant. Itaqꝫ vt ex regno omni granate parum reliquū eſt. cui prope diem dn̄abitur. Qui ſi ventri et ſomno atqꝫ laſciuijs de/ ditus fuiſſet: et in ocio marcere voluiſſet: nunq̄ tantam tanqꝫ immenſam ĩmortalemqꝫ laudem ſibi ſuiſqꝫ vendicaſſet. Et qđ potiſſimum duco. vt qđ exacti yſpanie reges q̄q̄ id facere attentaſſent: adimplere non valuerunt. pater vero inclite dn̄ationis tue non ꝑ territus nec victus labore neqꝫ precio corruptus breui temporis curriculo peregit: et preſertim in ſui tenera etate. Quod miraculi loco profecto cenſendum eſt. Et nõ ab re literis geſta illius mandanda ſunt. vt extremum nomen extet. et ſemper viuere cenſea/ tur. Et idcirco domine illuſtriſſime nulla potentia. nulla uis tã magna eſſe poteſt: quin maior potiorqꝫ ſit per diuturnum ſtudium / et vigilantiam circa vnamq̄qꝫ rem ſiue bel licam ſiue literariam. Quare per dn̄ationem tuam illuſtriſſimam conandum atqꝫ inni/ tendum eſt: ut non minori gloria atqꝫ laude ob literarum ſacrarum ſtudia in eccleſia ex cellas. q̄ parēs tuus in armis excelluit. Sꝫ hec actenus. nam ſatis et pluſq̄ decuit ĩ his. peruagata eſt epiſtola noſtra. Cantica canticorum vero legamus.

UVA. BHSC. IyR 068_1

Antabo dilecto meo canticuz vi nee. sue. ysa. v. Licet ysaias cātauerit canticū cominatiōis cōtra vineā dñi. q̄ erat dom⁹ isrł ꝑm illū statum. tñ mlto cōueniēti⁹ salon in h̓ libello canticoꝝ cātauit cāticū vinee dñi. q̄ ē ecclia dei quo ad oēs stat⁹ vtriusqꝫ testamēti. qđ quidē cāticū nō đr canticuz cominatiōis. ſꝫ cāticū leticie ⁊ grē. eo ꝙ ī eo ꝑdicit totū misteriū nr̄e redēptiōis et salutis ꝯpletū in nouo testamēto. vt patebit. In quib⁹ ꝟbis ꝓpositis tāgunt et notantur q̄tuor cauſe hui⁹ libri cāticoꝝ salomōis. Naꝫ primo ꝑnotat cauſa efficiēs ⁊ actor hui⁹ libri ꝑ hoc ꝓnomē ego ꝑintellctū ī li cātabo. Quaſi dicat. ego salomon cantabo.

Secūdo notat cauſa formalis ꝑ li cātabo. q2 oſtēdit ſe velle ꝓcedere in hoc opere ꝑ moduz cātilene. Tercio notat cauſa final ꝑ li dilecto meo. ꝑ qđ oſtēdit ꝙ hoc op⁹ dirigit deo/ qui ē finis noſter in cui⁹ dilctiōe ꝯſiſtit finis nr̄ ⁊ btitudo

Quarto notat materia hui⁹ libri ī li canticū vinee ſue. q2 tot⁹ iſte liber ē de eccleſia q̄ đr vinea dñi. vt patebit ꝑ ſingla. Et iđo anteꝙ̄ ꝓcedamus ad expoſitōeꝫ hui⁹ libri/ eſt vidēdū de vnaqqꝫ ꝑdictaꝝ quatuor cauſaꝝ. Quātuꝫ ad ꝑmū eſt dicēdū. ꝙ nemo hebreoꝝ nec catholicoꝝ xp̄ianoꝝ dubitauit vſqꝫ ad ꝑſentē diē salomonē edidiſſe tres libros ſapientiales ſ. prouerbioꝝ. et ecclīaſtes. ⁊ cāticorū.

Sed multi hebreoꝝ antiquoꝝ dubitarunt an ſalomō fuerit illuſtratus a ſpū ſcto ī cōpoſitiōe hoꝝ libroꝝ. Qui mouebant tli ratiōe. naꝫ ſalomon fuit depuatus ī ſenectute. ⁊ declinauit ad ydola. ut patet. iij. R. xj. et etiā decliauit ad artes magicas. ergo nunꝙ̄ habuit ſpm ſctꝫ. q2 nō ꝑmiſiſſet ipm ī talia ſcelera incidere.

Itē h̓ ideꝫ ꝓbāt ſingulariter de quo libet libro. nā prim⁹ liber q̄ dicit prouerbioꝝ ſiue parabole ē tot⁹ de doctrīa morali. q̄ poteſt haberi abſqꝫ ſpū ſcto. ſicut habuit ſocrates ⁊ ariſtoteles ⁊ plato ⁊c̄

Itē in toto libro ecclīaſtes nō loq̄tur niſi de his q̄ ſunt ſub ſole. et nō de rebus diuinis. vt patet ibidē. Itē in eodem libro licet aliq̄ño memoret h̓ nomē de⁹: tamē nuſq̄ noīatur nomē dñi tethragramaton. ſ. quatuor litteraꝝ qđ eſt hoc nomen dñs. ſine quo nomīe nichil ē ſacruꝫ nec ſpūale nec a ſpū ſcto traditū in ſacra ſcriptura. Item liber cāticoꝝ minus videtur traditus a ſpū ſcto. eo q2 in eo nō ſolū tacet nomē dñi tethragramatō. ſed etiā nec h̓ nomē de⁹. q2 in nulla eius pte repitur dñs: nec deus. Ex quib⁹ omnib⁹ concludebāt iſti. ꝙ ſuꝑdicti tres libri ſalomōis nullo modo ꝑtinebāt ad ſacram ſcripturā. q2 ſalon nō ſpū ſcō illuſtrat⁹: ſꝫ ex ꝓpo ingenio. et nō de reb⁹ diuinis: ſꝫ đ rb⁹ hūanis ꝯfecerat hos tres libros ꝓpter rōes iam dictas. Alij aūt iudeoꝝ dixerūt ꝙ licet ꝑm⁹ liber. ſ. ꝓuerbioruꝫ aliq̄ño loquat de rebus diuinis: tñ liber ecclīaſtes nō loquit niſi de reb⁹ hūanis. que ſūt ſub ſole. et iđo nō memorat ī eo nomen dñi tethragramaton. Et ſic mlti illoꝝ effecti ſunt heřtici dicētes nihil eſſe ſuꝑ ſole: ſed aīaꝫ hūanaꝫ eſſe mortalem.

Itē iſti dixerūt etiā ꝙ ſalomō nō fecit librū cāticoꝝ. niſi in comēdatōeꝫ filie pharaōis vxoris ſue. cui⁹ pulchritudinē comēdat ī illo libro. Et ſic mlti iuuenes laciui ⁊ mūdani ſumebāt ⁊ vſurpabant aliq̄ carmīa ex illo libro. et applicabant ea domicellis amaſijs ſuis. Et ſic abutebant illo libro. Sed oppoſituꝫ oñdit



UVA. BHSC. IyR 068_1

eſdꝛas ſcriptoꝛ et reſtauratoꝛ ſcripture
legis ⁊ ꝓphaꝝ: qui collocauit ſupꝺictos
tres libꝛos ſalomõis ĩ canone ſacre ſcri/
pture. Et ſic ſynagoga iudeoꝝ nõ ſolum
ante aduẽtũ: ſ3 etiã poſt aduẽtũ xp̃i rece/
pit hos tres libꝛos in canone ĩ numero
xxij. libꝛoꝝ iux̃ numerũ. xxij. lr̃aꝝ hebꝛa
ycaꝝ. l3 collocauerĩt eos inter agiogra/
pha. vt p3 in ꝓlogo galeato bt̃i hieroni/
mi. Jmo dicit hiero⁹ ĩ p̃phatiõe qua/
tuoꝛ omeliaꝝ: quas edidit ſupꝯ cantica ꝙ
fc̃ta fuit ꝯſtitutio ĩter hebꝛeos ſui tp̃oris
ne quis iude⁹ plebeyus ⁊ popularis p̃ſu
meret legere iſtũ libꝛũ canticoꝝ ſalõnis.
nec tria pꝛima capitl̃a libꝛi geneſeos. ñc
pꝛimũ capitl̃3 ip̃i⁹ ezechielis. ñc totã illã
partẽ a. xliiij. capl̃o. vſq3 ad finẽ eiuſde3
libꝛi. eo ꝙ ĩ his quattuoꝛ ꝑtib⁹ cõtinẽtur
miſteria ⁊ ſecreta ꝓfundiſſima ⁊ ineffa/
bilia. Jdeo ſolis ꝑitiſſimis magiſtris cõ
cedit̃ hui⁹ ſtudiũ ⁊ l̃ctio. Sed h̃ magis cõ/
firmat trãſlatio caldayca. q̃ ĩ titl̃is iſtoꝝ
libꝛoꝛũ appellat ſalõnẽ ꝓphetã. ſp̃alit̃ ĩ
hoc libꝛo vbi dicit. Jncipit liber cãtico/
rũ ſalomõis ꝓph̃e. Jtẽ h̃ magis autoꝛi/
3at ſaluatoꝛ. iohĩs. vij. dicẽs. Si credit ĩ
me ſicut dicit ſcriptura: flumĩa de vẽtre
ei⁹ fluẽt aque viue. Que quidẽ ſcriptu
ra repit̃ ꝓuerꝛ. v. vbi ſm trãſlatiõe3 nr̃a3
dĩ. Bibe aquã de ciſterna tua: et fluẽta
putei tui. Jtẽ h̃ idẽ ꝯfirmat tota eccl̃ia.
q̃ ĩ ꝯcilio niceno recepit hos tres libꝛos
in canone ſiml̃ cu3 cet̃is libꝛis ſacris. Et
ſic oꝛigenes ⁊ clemẽs alexãdꝛin⁹ et euſe/
bi⁹ ceſarieñ ĩ eccl̃iaſtica hiſtoꝛia et aug⁹.
p̃mo de doctrina xp̃iana enumerãt hos
tres libꝛos ĩter ceteros libꝛos ſacre ſcri/
pture. Eſt verũ: ꝙ quidã catholici dixe/
rũt. ꝙ l3 iſti tres libꝛi ſint ꝺ reb⁹ diuinis
et traditi a ſp̃u ſc̃to. et ꝑtineãt ad ſacra3
ſcripturã: tñ ſalomõ nõ hũit h̃ ĩmediate
a ſp̃u ſc̃to: ſ3 a dd̃ p̃re ſuo. qui tradidit ſi
bi exẽplar et deſcriptiõe3 tẽpli: quã acce
perat a deo. et intellexerat oĩa oꝑa exẽ/
plaris. vt p3 p̃mo ꝑalipo. xxviij. Et ſic
ſm iſtos ſalomõ locut⁹ ẽ in iſtis libꝛis ea
q̃ fuerãt reuelata dd̃ p̃ri ſuo. Quod ꝓbant
ꝑ ea q̃ ipſemet ſalomõ aſſerit ꝓuer. iiij.
capitulo. vbi ait. Ego filius fui p̃ris mei
tenellus ⁊ vnigenit⁹ coꝛã matre mã. Et
docebat me atq3 dicebat. Suſcipiat ver/
ba mea coꝛ tuũ ⁊c̃. Et ſic ꝓcedit ſalomõ
in illo libꝛo ꝓut didiſcerat a p̃re ſuo dd̃.
vt p3 intuẽti. Et ſic videt̃. ꝙ quicq̃d dixit
ſalomõ: dixit ex doctrĩa p̃ri ſuo reuelata
ꝓut ip̃e videt̃ ibi ꝓfiteri. Jtẽ hoc idẽ cõ/
firmant. q2 ſalomon hũit magiſtros. ſ.
eman. et ethan. et calcal. et doꝛdan. qui
docuerũt eũ oĩa ſecreta libꝛi pſalmoꝝ.
ꝓut didiſcerãt a dd̃. Et ſic cõcludũt iſti:
ꝙ l3 oĩa tradita in his trib⁹ libꝛis ſint a
ſp̃u ſc̃to: ſ3 nõ fuerũt reuelata ĩmediate
ip̃i ſalomõi: ſ3 ip̃i dd̃ p̃ri ſuo. Sed cũ inſta
tur ꝯtra iſtos. ꝙ deus dedit ſalomõi coꝛ
docile ⁊ intelligẽs ĩ tm̃ ꝙ nullus fuit an
te nec poſt ſil̃is ſibi ⁊c̃. vt p3. iij. R. iiij.
Ad h̃ rñdẽt. ꝙ ſciẽtia qua3 poſtulauit et
hũit ſalomõ a deo. ñc fuit de rebus diui/
nis et ſp̃ualib⁹: ſ3 tm̃ de rebus tp̃oꝛalib⁹
ad regẽdũ illu3 ppl̃3. vt p3 ibidẽ. Sed cõ/
trariu3 dicit ip̃emet ſalomõ ſap̃. vij. vbi
ait. ꝓpter h̃ optaui: et datus ẽ mihi ſen/
ſus: et inuocaui. et venit in me ſp̃s ſapiẽ
⁊c̃. Jtẽ ꝓuerꝛ. xxx. veꝛba ꝯgregãtis filij/
vomentis. viſio quã locutus eſt vir cu3
quo ẽ deus. qui deo ſecũ moꝛãte ꝯfoꝛta/
tus ait ⁊c̃. vbi mãifeſte ꝓfitet̃ ſalomõ ſe
ĩmediate a deo hũiſſe ſp̃u3 ꝓphecie ꝑ in/
fuſiõe3 ſp̃s ſc̃ti. et oñdit ſe eſſe ꝓphetã et
locutũ fuiſſe ꝓphetice de diuĩs miſterijs
Et ſic p3 q̃l̃r l3 ſalõn ſit actoꝛ inſtrumẽ/
talis hoꝝ triũ libꝛoꝝ: tñ ſp̃s ſc̃ts ẽ actor

UVA. BHSC. IyR 068_1

principalis. Sꝫ nūc reſtat reſpōdere ad ratiōes ī principio ī ꝯtrariū adductas. Ad primū ergo dī. ꝙ lꝫ ſalōn ī ſenectute fuerit deꝑuatus: et declinauerit ad ydola ex ſuaſu mlr̄ieruꝫ et ad magicas artes ex ꝯſortio ſacerdotū ydolorū: tn̄ cū hoc ſtat ꝙ in iuuētute fuerit illuſtratus ſp̄u ſc̄to. quo ſp̄u edidit ꝓphetice illos libroſ de miſterijs diuīs. vt patebit. Jmo dicit ambroꝰ ꝙ ſalōn ī fine egit p̄n̄iaꝫ de pc̄to ſuo. Jtē dicit ambroſius ꝙ ex diuina ꝓuidētia ꝑmiſſus eſt ſalōn cadere. qꝛ aliter reputatus fuiſſet deus: aut meſſyas a iudeis ꝓpter ſtupēdā eius ſapīaꝫ ⁊ proſꝑitateꝫ. Jmo dicit augꝰ. ꝙ deus qn̄ꝫ ꝑmittit quoſdā peccare ꝓpter bonū eorū. ne putēt ſe ex ꝓprijs viribꝰ iuſtificari. Nec cū deo ī iudiciū ītrare preſumerat. ⁊ ex ꝓp̄a iuſticia ſuꝑbire. Jd̄o permittit deꝰ eos cad̄e: vt vehemēti p̄n̄ia ad fortiora reſ̄gāt. Et ſic b̄ts ambroꝰ et hieroꝰ. et chriſoſtoꝰ ſalōnē frequēter appellāt ſc̄tiſſimū ī ſcripturis ſuis. Ad aliud qn̄o dn̄t ꝙ ſalōn in libro ꝓuer. nō loquiẗ niſi de rebꝰ moralibꝰ. dicēduꝫ. ꝙ ymo loquiẗ ꝓphetice de rebꝰ diuīs ꝑ parabolas morales vt infra patebit. Jteꝫ cū dī ꝙ ī libro eccl̄iaſtes nc̄ ī cāticis non poniẗ nomē dn̄i tethragramatō. Reſpōdeẗ. ꝙ lꝫ nō ſcribaẗ ibi illud nomē: tn̄ poniẗ ibi deꝰ ⁊ xp̄s ſpōſus eccl̄ie: qui ꝑ illd̄ nomen ſignificabaẗ in lege ⁊ ꝓphetis. vt dc̄tꝫ ē pſalmo. viij. qꝛ illd̄ verbū incarnatuꝫ ⁊ illa ꝑſona xp̄i ē verū nomē dei per illud nomē tethragramatō ſignificatū. Ad aliud cū dn̄t. ꝙ ſalōn fecit librū cāticorū in comēdatiōeꝫ filie pharaonis vxoris ſue: manifeſte patꝫ oppoſitiōeꝫ ī lr̄a. nā ſi hec q̄ ibi memorātur dicerētur de aliqua muliere: potiꝰ cederēt ī vituꝑiū et irriſionē q̄ in laudē. puta qn̄o dī/ naſus tuus ſicut turris libani q̄ reſpicit cōtra damaſcū. ⁊ vēter tuꝰ ſicut aceruꝰ tritici ⁊c̄. Jtē iſta ſpōſa manifeſte qn̄oqꝫ diciẗ ortus ꝯcluſus. et qn̄oqꝫ dicitur vinea. ⁊ qn̄oqꝫ dī paſtoriſſa. et qn̄oqꝫ grex. q̄ oīa ſoli eccl̄ie ꝯueniūt. vt patebit. et hec ſint dicta quo ad actorem huius libri.

Quātū aūt ad ſ̄m de cauſa materiali .ſ. de materia libri cāticorū ē aduertēdū ſ̄m hieroni. in ꝑfatiōe librorū ſapiētialiū ꝙ ſalōn tria oꝑa ſcripſit q̄ nb̄ ſunt ſine dubio nota. ſ. librū ꝓuerbiorū. ⁊ eccl̄iaſtes. et cāticorū. Et h̄ fecit ſ̄m tres ſtatꝰ ſiue etates hoīuꝫ. Naꝫ ad ꝯprimēda flagitia et paſſiōes hoīuꝫ q̄ maxime regnāt in iuuētute fecit librū ꝓuerbiorū. in quo traduẗ hꝰmōi p̄cepta correctiua viciorū Sꝫ qꝛ ī ſtatu virili appetitꝰ tendit ad ardua puta ad ſcīas hūanas aut ad diuicias cōgregādas: aut ad honores: aut dignitates adipiſcēdas. Et ſic vnuſquiſqꝫ ꝯſtituit ſuū finē ī aliquo arduo ī quo putat ſe eſſe felicē. ī tm̄ ꝙ hoīes relicto vero fine qui ē deꝰ cōuertūt ſe ad iſta mūdana corruptibilia et trāſitoria et deceptoria. Et id̄o ſalōn ad tollēdā hꝰmōi ignorātiā et deceptiōeꝫ fecit librū eccl̄iaſtes: in quo on̄dit q̄l̄r vera felicitas nō pōt ꝯſiſtere ī aliquo p̄dictoꝝ tꝑoraliū ⁊ mūdanoꝝ/ cū oīa ſint trāſitoria. Et id̄o homo ī hac vita nō pōt attingere felicitatē. ſꝫ bene pōt tēdere ⁊ reꝑire viā ꝑ quaꝫ tēdiẗ ad veraꝫ felicitateꝫ q̄ datur a deo poſt hāc vitaꝫ. q̄ quidē via ē obſ̄uātia diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. ī quoꝝ obſ̄uātia cōſiſtit ſpes vere felicitatis. cū p̄miū obſ̄uantie taliū p̄ceptoꝝ ſit vita eterna. Et ſic ꝯcludit ī fine illiꝰ libelli dicēs. Deū time. et mādata eiꝰ ſ̄ua. h̄c eſt oīs homo. Cuncta q̄ ſunt adducet deꝰ in iudiciū pro om̄i errato. ſiue bonū ſiue malū ſit. Ex quibꝰ verbis vult cōcludere

ſalon. ꝙ ſi oēs opationes nr̄e debēt duci
ante tribunal iudicis. et ibi diſcuti ⁊ exa/
minari an ſint bone vel male. et ſm eas
eſt nb̄ dādū p̄miū. Ergo nō poſſum⁹
errare viuēdo ſm diuīa p̄cepta. poſtq̄ p
obſuātiā eoꝝ pmittit nb̄ vera btitudo.
Et ideo ſalon fecit ſupdictū librū ecclia/
ſtes ad retrahēdos hoies ab iordiato ap
petitu pdictoꝝ. ⁊ ad incutiēdū eis timo/
reʒ cōminādo futurū iudiciū. Sʒ qꝛ i ſe/
nectute homo iaʒ pperat ad interituʒ et
finē poſt quē ē aptus ad capeſcēdā vltiāʒ
felicitatē: ideo oblit⁹ oīuʒ mūdanoꝝ iam
nō debet cogitare niſi de celeſtib⁹. et quo
modo iūgatur ſuo ſpōſo xp̄o. ideo ſalon
fecit libruʒ cāticoꝝ. īdat doctrīaʒ hui⁹/
modi. Et ſic dicit hiero⁹. ꝙ ſalon fecit li/
brū pūerbioꝝ p iuuenib⁹. et librū ecclia
ſtes p viris. et librū cāticoꝝ p ſenibus.
Alij aūt dn̄t. ꝙ p̄mū librū fecit p incipiē
tib⁹. ſecūdū pro pficiētib⁹. terciuʒ aūt p
profectis. Alij aūt dn̄t. ꝙ in p̄mo tradit
nobis ethicā ⁊ bonos mores. ⁊ i ſecūdo
phiſicā. et i tercio theologiā. Sʒ lʒ itelli
gētia bt̄i hiero. ⁊ alioꝝ ſit vera ⁊ catho/
lica ⁊ vtilis: tn̄ adhuc nō videt euacuare
et diſſerere totā intelligētiā ſupdictoruʒ
libroꝝ. Quia nō ſolū tradūtur nb̄ ſu
pradicta ad vtilitatē ⁊ doctrīaʒ ſupdicta
rū triū etatū hoīuʒ: ſʒ etiā pphetice tra/
dunt nb̄ in eis futura miſteria de xp̄o et
ecclia. Et ſic oēs tres libri ſunt pphetici
ſiue pphetales ⁊ ſacri. Et ſic ititulant in
trāſlatiōe caldayca. ſ. libri ſalonis pphe
te: vn̄ lʒ ſalon i pūerbijs ꝯpmat iuuenes
et i libro eccliaſtes retrahat viros a mū
danis: ⁊ i cāticis pūocet ſenes ad amo/
reʒ dei: put dicit hiero⁹. tn̄ ſalon i omi/
b⁹ dictis ſuis ſemp currit dupplici ſenſu
dādo dupplicē doctrīaʒ. eo ꝙ i omibus
ſuis libris ⁊ dictis locut⁹ eſt parabolice.

Naʒ i libro pūerbioꝝ ſumēdo pabo/
laʒ ex doctrina morali tradit nb̄ futura
miſteria de xp̄o. qui ē vera ſapīa. ⁊ de ec
clia quā erat redēpturus. Hoc idē facit
in libro eccliaſtes ſumēdo parabolaʒ ex
reb⁹ naturalib⁹ q̄ ſunt ſub ſole. In libro
aūt cāticoꝝ ſumēdo pabolā ex toto diſ/
curſu veteris teſ. pdicit totū diſcurſuʒ ec
clie xp̄i ab icarnatiōe vſqʒ ad pſpitatem
eius. put patebit. Ex quib⁹ pʒ. ꝙ ſalon i
hoc libro p ſcripturaʒ pabolicaʒ veteris
teſtamēti intēdit deſcribē amorē et cari/
tatē cū omibus effectib⁹ eius quos xp̄s
oñdit erga ſpōſaʒ ſuā poſt oīa opa nr̄e re
dēptiōis et ecōuerſo. Ex quibus etiā pʒ
ꝙ i omibus libris ⁊ dictis ſalonis ſemp
eſt ꝯſiderādus dupplx ſenſus vtilis ⁊ ſci
entificus. ſ. ſenſus parabolicus moralis
aut naturalis / aut hiſtoricus ex quibus
ſumit pabolas. et ſenſus theologicus et
prophetic⁹. quē iportare itēdit p illas pa
rabolas. Eſt aūt iteꝝ ad maiorē euidē
tiā aduertēdū. ꝙ ſalon i ſuis opib⁹ pceſ/
ſit more ſatirico. Et ideo liber pūerbio/
rū nō hēt materiā determiātā / nec dī p/
prie vn⁹ liber determiat⁹. qꝛ ſalon nō or
dinauit eū / eo modo quo iacet. Quia
ille liber nō ſunt niſi q̄daʒ recollectiōes
ꝯgregate ex dictis ſalonis: put repiebā/
tur diſpſa ⁊ ſcripta i diuerſis locis ⁊ mē
branis. prout auditores qui veniebāt ex
diuerſis ptib⁹ ſcribebāt ei⁹ dicta ſapiētiſ
ſima ⁊ reponebāt ea i ſuis bibliothecis.
Sʒ poſtea reges hierl'ʒ ſucceſſores ei⁹ re/
collegerūt oīa illa dicta i vno voluīe. Et
ideo i libro pūerbioꝝ repiūtur q̄tuor re
collectiōes facte ex dictis ſalonis. quaꝝ
ſecūda incipit a. x. caplo. cui⁹ titulus ē.
He parabole ſalonis. tercia icipit a. xxv
caplo. cui⁹ titlus ē. He quoqʒ pabole ſa
lomōis q̄s trāſtulerūt viri ezechie regis

UVA. BHSC. IyR 068_1

iuda·quarta aũt recollectio ĩcipit a·xxx capl̃o·cui⁹ titlus ẽ·Uerba ꝯgregãtis fi/lij vomẽtis ⁊cͨ·quã recollectiões addidit iosias/ aut ipe esdras· qui oẽs q̃tuor re/collectiões collocauit ĩ vno voluĩe· q̃ dĩ liber ꝓuerbioꝝ· In quo quidẽ libro nõ p̃cise tradĩ doctrĩa moralis· ſꝫ p doc/trinã moralẽ parabolice ſalon p̃dicit fu/tura miſteria de xp̃o ⁊ eccl̃ia· Quod maxime manifeſtať in· viij·⁊ ĩ·ix·capl̃o vbi dicit ſe loqui de reb⁹ magnis ⁊ altiſ/ſimis·ſ·de miſterio ĩcarnatiõis et eccl̃ie fundatiõis·q̃ fcta ẽ p diuĩaꝫ ſapĩaꝫ ĩcar/natã qui ẽ xp̃s·vt pꝫ ibidẽ·Itẽ ĩ·xxx·ca pitl̃o·manifeſte p̃dicit miſteriũ incarna/tiõis ⁊ refrectiõis ⁊ aſcẽſiõis p illa tria aut q̃tuor difficilia·Et ĩ·xxxj·capl̃o·p̃di cit totũ diſcurſuꝫ eccl̃ie ⁊ ſolicitudiẽꝫ ei⁹ circa fideles filios ſuos· et hoc per para bolam ſapientis et diligentis mulieris· Et ſic pꝫ q̃lr ſalon ſemp ẽ ſatiric⁹· et ſem p loquiť pabolice ⁊ methaphorice ĩ verb̃ ſuis·Et ſic ſep ẽ attẽdend⁹ duplx ſenſus ĩ eo·It ſalomõ nõ ſolũ edidit ea q̃ ſcripta ſunt ⁊ recollecta in h̃ libro· nec oĩa dcta ſapiẽtialia ſal̃onis fuerũt ꝯgregata ĩ eo· naꝫ tp̃re apl̃oꝝ ſurrexit quidã ſapiẽtiſſi/mus iude⁹ athenis nutrit⁹ ⁊ ĩ lingua gre ca et caldayca pitiſſim⁹ vocat⁹ philon·q̃ ml̃ta dicta alia ſal̃onis repijt p diuerſa lo ca diſpſa ⁊ ĩ lingua greca ſcripta·put di uerſi ſapiẽtes audierãt a ſal̃one ⁊ in ſuis bibliothecis repoſuerãt· Que quideꝫ dcta ipſe philõ ſb̃ vno volũie oĩa redegit et ꝯgregauit·⁊ redolenti eloq̃ntia greca ꝯſcripſit· q̃ꝫ librũ ſapĩaꝫ ſal̃onis appella uit·quẽ librũ beatus hiero⁹·latinũ fecit Et ꝯciliũ nicenũ inter libros ſacros annotauit·ĩ cui⁹ ſecũdo capl̃o nõ ſolũ ꝓ phetice:ſꝫ q̃i hiſtorice p̃dicit et narratur paſſio xp̃i·et ĩ tercio p̃dĩ victoria marti/rũ·Et ĩ·v·et·vj·tot⁹ ordo finalis iudicij Et ĩ·vij·et·viij·et·ix·de dono ſapĩe et ꝓ phetie·qd̃ ex orõne ⁊ petitiõe ſal̃on ade/ptus ẽ·Et ĩ·x·capl̃o·ꝯfiteť qualr de⁹ ele git ipꝫ ĩ regẽ:vt regeret illũ populũ ⁊ e/dificaret ſibi tẽplũ·Et exĩde vſqꝫ in fineꝫ libri narrãdo diſcurſuꝫ illi⁹ populi p̃di/cit totũ diſcurſuꝫ eccl̃ie xp̃i·vt pꝫ ꝯtẽpla ri volenti·Ex quib⁹ pꝫ·ꝙ tot⁹ ille liber ẽ de doctrĩa ꝓphetica ipi⁹ ſal̃onis de xp̃o et eccl̃ia·Et ſic põt dici quĩta recollectio et additio ad librũ ꝓuerbioꝝ·et idõ po/nitur inter ſapiẽtiales·Secũd⁹ aũt liber ſal̃onis appellať eccl̃iaſtes·Ad cui⁹ ĩtel/lectũ ẽ notãdũ· ꝙ ſal̃on trib⁹ nõib⁹ ap/pellať·p̃mo appellať ſal̃on·qd̃ nomẽ im poſuit ſibi pr̃ ſu⁹ dd̃ ĩ ſua natiuitate ⁊ cir cũciſiõe·qd̃ interp̃tať pacific⁹·et h̃ ex dĩa inſpiratiõe fecit dd̃·inq̃ntũ p̃uidit ĩ ſp̃u qualr iſte debebat regere poplꝫ ⁊ regna re ĩ magna pace ⁊ q̃ete et ꝓſpitate·⁊ in q̃ntũ erat figura veri ſal̃onis·ſ·xp̃i· Et ſic dd̃ tradidit ipꝫ nutriẽdũ et educãduꝫ ipi ꝓphete nathan· Sꝫ nathan preuidẽs ĩ ſp̃u futurã ꝓſpitatẽ regni ei⁹·⁊ q̃uõ dš debebat eſſe ſibi fauorabilis ĩ cũctis ⁊ ꝓ piti⁹:idõ appellauit ipꝫ ydida·i· dilectũ ſiue amabilem deo· vt patet· ij·R̃·xij· It poſtea ipẽmet ſal̃on appellauit ſeip̃ꝫ eccl̃iaſtes·i·ꝯcionatorẽ ſiue ꝯgregatorẽ· Eo ꝙ in ſe ꝯgregauit ſciaꝫ oĩuꝫ p̃iarcha rum ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ oĩuꝫ magroꝝ ſuorũ ⁊ oĩum orĩetaliũ ⁊ egyptioꝝ· ⁊ p ꝯñs oẽs ſcias diuinas ⁊ hũanas·vñ dĩ tercio R̃· q̃rto·ꝙ ꝓcedebat ſapĩa ſal̃onis ſapĩam omniũ orĩetaliũ ⁊ egyptioꝝ·Et erat ſa/piẽtior cũctis hõinib⁹·⁊ ſapiẽtior ethan· ezrayce·⁊ emã·⁊ calcal·et dorda·et erat noĩat⁹ vniuerſis gẽtibus p circuitũ·Lo/cut⁹ ẽ quoqꝫ ſal̃on tria milia pabolas et quinqꝫ milia carmina·Et diſputauit ſu/



UVA. BHSC. IyR 068_1

per lignis a cedro q̄ eſt in libano vſqꝫ ad
yſopū/q̄ egredit̄ de pariete. Et diſſeruit
de iumētis ⁊ volucribus ⁊ piſcibꝰ. et ve
niebāt de cūctis populis ad audiēdū ſa/
piētiā ſal'onis ⁊c. Et ideo qꝛ in ſe cōgre/
gauerat oēs ſciās hic ē ꝙ ſe eccl'iaſtes. i.
cōgregatorē appellauit. Ideo puer. xxx.
de ſe ipo dicit. Uerba cōgregātis filij vo
mētis ⁊c. Quaſi dicat. ꝙ priꝰ cōgre/
gauit ab alijs ſiue a ſpū ſcto ſnīas q̄s itē
dit dicere. ⁊ poſtea euomuit ⁊ manifeſta
uit ⁊ eructauit eas. qꝛ oīa illa cōgrega/
uerat ex dictis p̄riarchaꝝ et maxīe ex li/
bro pſal'oꝝ dō p̄ris ſui. Itē ꝑ eūdeꝫ mo/
dū ī libro eccl'iaſtes dicit ī pncipio. Uer
ba eccl'iaſtes filij dō regis iſrl'. Uanitas
vanitatū dicit eccl'iaſtes ⁊c. Itē ī fine il/
liꝰ libri dicit. Cūqꝫ eēt ſapiētiſſimꝰ eccl'ia
ſtes docuit popl'ꝫ. ⁊ enarrauit q̄ fecerat.
et inueſtigās cōpoſuit pabolas m'ltas. q̄
ſiuit verba vtilia. et ſcripſit ſmōes rectiſ
ſimos ⁊ ꝟitate plenos. Uerba ſapiētuꝫ
ſicut ſtimuli ⁊ q̄i claui ī altū ꝯfixi. q̄ per
magiſtroꝝ conſiliuꝫ data ſunt a paſtore
vno. Ex quibꝰ omibꝰ pꝫ. ꝙ ſal'on nō ſolū
ſe nomīat eccl'iaſtes. i. cōcionatorē/eo qꝛ
docebat popl'ꝫ ī libello illo. ſꝫ etiā ſe no
minat eccl'iaſtes. i. cōgregatorē inq̄ntū ī
illo libro ⁊ ceteris cōgregauit dicta ſapi
entū. ſ. p̄riarchaꝝ et ꝓphetaꝝ maxīe dō
p̄ris ſui. quā doctrīaꝫ hūerūt ab vno ſo/
lo deo paſtore ⁊ rectore oīuꝫ ꝑ reuelatio
neꝫ ⁊ inſpiratiōeꝫ. Ex quoꝝ dictis cōpo
ſuit illū libellū. in quo refutat oēs falſas
opiōēs hoīuꝫ mūdanoꝝ de hūana felici/
tate. oñdēdo/ꝙ nō cōſiſtit in poſſeſſione
hūanaꝝ ſciaꝝ/nec diuitiaꝝ nec honoꝝ nec
dignitatū: ſꝫ ī obſuātia diuīoꝝ p̄ceptoꝝ
Ex ſuip̄dictis ſequit̄. ꝙ ille liber eccl'iaſteſ
nō ē p̄ciſe de rebꝰ hūanis: ſꝫ etiā diuinis
nec hec doctrīa ē hūana ſꝫ diuina ⁊ diui
nitꝰ inſpirata: inq̄ntū dicit ſe iſta cōgre/
gaſſe ex dictis ſapiētū que data ſunt a pa
ſtore vno. Et inq̄ntū oīa q̄ dn̄r in hc
libro referūtur ad deū. et inq̄ntū relictiſ
omibꝰ mūdanis exhortat̄ ⁊ cōſulit ad di
uina p̄cepta obſuāda. Secūdo ſequitur
etiā eſſe falſaꝫ opionē quorūdā iudeoꝝ
et multoꝝ ꝑuoꝝ diuitū xp̄ianoꝝ: qui pu
tāt ſal'onem nō curaſſe niſi de his q̄ ſunt
ſub ſole/ et putaſſe aīaꝫ hūanā eſſe mor/
talē et nullā eſſe futurā vitā p̄ter p̄ſentē
Qꝫ h̄ accidit eis ex cecitate et ſupbia
et obſtīatiōe qꝛ vnuſquiſqꝫ q̄lis ē talia di
cit ⁊ opat̄ et talis finis vid̄r ei p̄mo ethi.
Naꝫ ſal'on ī h̄ libello māifeſte oñdit ani
mā hūanā eſſe īmortalē ⁊ ꝑpetuā. cū ait
in vltīo capl'o. Memēto creatoris tui in
diebꝰ iuuētutis tue/ anteq̄ veiat tp̄s af/
flictiōis tue ⁊c. et ante q̄ reuertat̄ pul/
uis ī terrā ſuā/vn̄ erat. et ſp̄s redeat ad
deū qui dedit illū ⁊c. Et ſic cōcludit di/
cēs. deū time et mādata eiꝰ ſua: hc ē oīs
homo. cūcta q̄ fiūt adducet deꝰ iudiciuꝫ.
Ex quibꝰ pꝫ. ꝙ ſal'on ꝯfitet̄ aīaꝫ hūanaꝫ
eſſe īmortalē et ꝑpetuā et a deo creataꝫ.
et q̄uo poſt morteꝫ debet apparere ante
deū qui creauit eaꝫ. et q̄uo ē iudicāda et
premiāda/aut puniēda ſm opa q̄ hic geſ
ſit. Qd quidē iudiciū chriſtꝰ deꝰ et ho
mo ē facturꝰ. Et ſic pꝫ q̄l'r ille liber eccl'i
aſtes ē ꝓpheticus de xp̄o ⁊ tota eccleſia
vtriuſqꝫ teſtamēti. Et ſic ꝑtinet ad ſacrā
ſcripturā. qꝛ finis eiꝰ ē dirigere hoīeꝫ in
deū iuſtū iudicē. Terciꝰ aūt liber qui
dicit̄ cātica cāticoꝝ /quē p̄ manibꝰ hēmꝰ.
excedit oēs alios libros. et obtinet prin/
cipatū inter oīa opa ſal'onis: eo ꝙ altio/
ri et ampliori et ſuptiliori modo ꝓpheti
ce p̄dicit oīa miſteria nr̄e redēptionis et
totū diſcurſuꝫ eccl'ie. Et ſic ē ꝯſideranda
dupl'x materia ī h̄ libello. p̄mo materia

UVA. BHSC. IyR 068_1

prouerbialis ⁊ pabolica ex qua ſalon ac
cepit pabolā/⁊ in quib⁹ puidit i ſpu mi/
ſteria futura de xp̄o ⁊ eccłia. Et iſta ē to/
ta ſcriptura veteris teſtamēti. et tot⁹ di/
ſcurſus ab adā vſqꝫ ad fundatiōeꝫ pmi
tēpli ⁊ vſqꝫ ad pſpitatē ſui regni. Secū/
da materia principalr itēta/ē totū miſte
riū nr̄e redemptiōis ⁊ tot⁹ diſcurſus ec/
cleſie ab icarnatiōe xp̄i vſqꝫ ad pſpitatē
eccłie fcēaꝫ p puerſiōeꝫ magni cōſtātini.
vt p ſingula patebit. Et ſic pꝫ. q̄lr ſalon
lr̄alr loquit in h libro de xp̄o ⁊ eccłia. lꝫ
per vocabła methaforica put ifra pate/
bit. Quātum ad terciū capłꝫ hui⁹ plogi
in quo querit de cauſa formali h⁹ libri ē
primo notādū q duplr ānotat forma in
hoc libro. ſ. forma tradēdi ſiue tractādi
et forma tractat⁹. Forma aūt tradēdi dr
methaforica ⁊ decātatiua inq̄ntū pcedit
metrice ⁊ decātatiue. ſ. metro ſafico aut
pindarico ⁊ generalr lyrico. Et ſic totū
hoc op⁹ denomiat cāticū ſiue cātica. Itē
qr i toto iſto ope pcedit methaforice ſeu
parabolice: idō dicit cāticū methaforicū
ſeu pabolicū. Sꝫ qr procedit ſub triplici
methafora ſm triplicē conditiōꝫ pſonaꝝ
q̄s itroducit ad loq̄ndū. Ideo iſtud op⁹
ſiue carmē triplici noie denoiat ⁊ appel
lat/ſm q ſub triplici methafora itrodu/
cit xp̄m ⁊ eccłiaꝫ. q̄ ſunt pſone principa/
les ad loq̄ndū itroducte. Nā inq̄ntū
introducit xp̄m et eccłiaꝫ ſub pabola et
methafora ſpōſi ⁊ ſpōſe: tūc dr carmē ſi
ue cāticū epithalamicū. et totū op⁹ dr e/
pithalamiū. i. cāticū nuptiale. Inq̄ntuꝫ
deſcribit amor xp̄i ad ſpōſaꝫ ſuā quā ſi/
bi p fidē deſpōſauit hic p grāꝫ ⁊ i futuro
per glīaꝫ: in quo cātico nuptiali explicā/
tur oīs effect⁹ amoris quos xp̄s oñdit
erga eccłiā ſpōſaꝫ ſuā i ope nr̄e redēptio
nis et glīficatiōis. put patebit p ſingula
cātica. Sꝫ inq̄ntū q̄noqꝫ introducit xp̄ꝫ
et eccłiaꝫ ſub methafora paſtoris et gre/
gis: tūc dr carmē bucolicū. i. carmen pa
ſtorale. Et totū opus dr quedā bucolica
et q̄dā egloga ad modū bucolicoꝝ theo/
criti ⁊ virgilij. Sꝫ inq̄ntum introducit/
xp̄ꝫ ⁊ eccłiaꝫ ad loquēdū ſub methafora
agricole ⁊ vinee aut orti/aut agri. tūc po
teſt dici q̄dā methaforica georgica. Et ſic
pꝫ q̄lr triplici modo methaforico pcedit
ſalon in h ope. ſ. modo epithalamico et
bucolico et georgico. Et ſic iſtud opus/
partiꝫ dr epithalamiū. ⁊ ptiꝫ bucolica. ⁊
partiꝫ q̄daꝫ georgica ſm diuerſitatē pdi
tionū pſonaꝝ itroductaꝝ ad loquēdū ſi/
ue pſonaꝝ de quib⁹ fit ſmo. Et hoc pti/
net ad formaꝫ libri eo q denoiatio fit a
forma. Secūdo modo pſidat i hoc libro
forma tractat⁹ inq̄ntū totū hēt rōnē for/
me reſpectu partiū. ⁊ put pponit ex ſuis
partib⁹ aut diuidr i eas. Et ſic totū iſtud
op⁹ duplr pōt diuidi. vno modo p deceꝫ
cantica ptic̄laria. Alio modo p dramata
vñ drama dramatis grece. idē eſt q iter/
rogatio ſiue petitio latine. Sꝫ qr iſtd o/
pus pcedit q̄noqꝫ p modū petitiōis ⁊ i/
terrogatiōis. vt ibi. Que ē iſta q̄ aſcēdit
p deſertuꝫ ⁊c̄. aut ibi. Qualis eſt dilectus
tuus. aut quo abijt dilect⁹ tuus ⁊c̄. Idō
dicitur etiā canticum dramaticum. i. di
alogicum ⁊ interrogatiuuꝫ. Et idō quot
ſunt iterrogatiōes: tot dñr eſſe dramata
Et ſic origenes et hiero⁹. diuidebāt totū
iſtd op⁹ p dramata. Sꝫ ſati⁹ mihi videt.
vt diuidat p cātica. put i pcedēdo pate/
bit. Quātū ad q̄rtū capłꝫ de fine hui⁹
libri ē aduertēdū. q ſalon duplicē finē aſ
ſignat ⁊ notat i h libro. ſ. vnū ppheticū
et alteꝝ anagogicū. Prim⁹ finis ⁊ ime/
diat⁹ erat vt eccłia p illo ſtatu. ſ. pplus
iſrł recipet xp̄ꝫ i ſpōſuꝫ ⁊ verū meſſyā ⁊



UVA. BHSC. IyR 068_1

redēptorē ī ſuo primo aduētu qn̄o veni/
ret ⁊ apperet in carne. Q̄d notaꝛ capl̄o
tercio. ī q̄rto cātico cū dr̄. Egredimini fi
lie ſyō/ ⁊ videte regē ſalōnē ī dyademate
quo coronauit eū mater ſua ī die deſpō/
ſatiōis illi⁹ ⁊c̄. Quaſi dicat/ O iſrl̄ite et
iudei cū videritis xp̄z deū īcarnatū veni
entē in carnē/ ⁊ p̄dicātē vob̄: egredimini
a iugo legis. et relinquite cerimonias et
oīa legalia. et recipite xp̄z in regē ⁊ meſ/
ſyā ⁊ redēptorē: ⁊ recipite doctrīaz ⁊ le
gez ei⁹ euāgelicā. Secūd⁹ vero finis vlti
mat⁹ ⁊ anagogicus ē. vt vnaqueqꝫ aīa fi
delis poſtq̄ eſt iā ꝑ xp̄z redēpta/ relinq̄t
iſta mūdana trāſitoria: et iūgatur ſpōſo
ſuo xp̄o ꝑ caritatē/ ⁊ anelet ad ſupiorem
patriā/ et cupiat diſolui/ ⁊ eſſe cuꝫ xp̄o.
Et tādē vt tota eccl̄ia in fine mūdi intro
ducaꝛ ad nuptias celeſtis gl̄ie et p̄rie cuꝫ
ſpōſo ſuo xp̄o. Q̄d notaꝛ in fine toti⁹
libri. cū ſpōſus vocat ſpōſaꝫ dicēs. Que
hītas ī ortis fac me audire vocē tuā. Et
ip̄a reſpōdēs dicit. Fuge dilecte mi. eſto
ſimilis capree hynnuloqꝫ ceruoꝝ ſuper
mōtes aromatū. Quaſi dicat. Fugiam⁹
ab hoc miſ̄o mūdo: et duc me tecū in pa
triā celeſtē. Et ſ̄m iſtū finē moralē ⁊ ana
gogicū oēs ſacri doctores antiqui expo/
ſuerūt iſtū librū. vn̄ ſicut toti erāt ſc̄ti et
feruētes caritate / nō curabant de ſenſu
ꝓphetico huius libri. naꝫ p̄ſupoſita fide
poſtq̄ iā eram⁹ redempti: nō laborabāt
niſi deducere aīas ad amorē ſui ſponſi et
creatoris ⁊ redēptoris. Ei ſic origenes ⁊
b̄tus hiero⁹. ⁊ aug⁹. ⁊ grego⁹. ⁊ b̄ts ber/
nard⁹ et venerabilis beda magis attēde/
rūt ī h̄ libro ad ſenſuꝫ moralez ⁊ anago/
gicū q̄ ad ꝓpheticū ⁊ l̄ralez. intm̄ q̄ vix
apud modernos intelligiꝛ. et h̄etur ſen/
ſus ꝓpheticus hui⁹ libri ꝓpter cauſas iā
dictas. Et ideo q̄ nō ſoluꝫ caritas ſꝫ etiā

fides īcipit frigeſcere ī mūdo. et ſtudiuꝫ
ſacre ſcripture et eius fidelis intelligētia
multū minuit: hinc ē q̄ poſtq̄ deo fauēte
expoſui librū pſal̄oꝝ dd̄ iux̄ ſenſuꝫ l̄ralez
et ꝓpheticū. Ideo ī p̄nti conabor cū dei
adiutorio et auxilio ſ̄m mihi grāꝫ deſuꝑ
datā detegere ⁊ reſ̄are ītellectū ⁊ ſenſuꝫ
ꝓpheticū ſub methaforis et parabolis ī
hoc libello latētez ⁊ clauſuꝫ. Uerūtamē
valde mihi difficile videꝛ opus tā arduū
aggredi velle tētare. tn̄ ꝓpter difficulta/
teꝫ materie. q̄ de reb⁹ altiſſimis ⁊ ineffa
bilib⁹ miſterijs. ſ. incarnatiōis ⁊ redem
ptiōis. Tuꝫ ꝓpter latitudīeꝫ materie. q̄
de toto diſcurſu eccl̄ie ab adā vſqꝫ ad iu/
diciū. Tū ꝓpter formā tradēdi ⁊ tractā
di hui⁹ libri. q̄ ꝓcedit modo methafori/
co multiplici. ſ. epitalamico. et bucolico
et georgico. Tuꝫ ꝓpter deffectū humani
auxilij. nā oēs ſacri doctores antiqui re/
licto ſenſu ꝓphetico ⁊ litterali ꝑ maiori
parte expoſuerūt iſtū libruꝫ tm̄ quo ad
ſenſuꝫ moralez ⁊ anagogicū. Itē q̄ ori/
genes qui p̄m⁹ poſt apl̄os attētauit expo
nere iſtū librū. tm̄ fecit duas omelias.
q̄s b̄tus hiero⁹. trāſtulit ex greco in lati
nū. In quib⁹ vix abſoluit primū capl̄m
hui⁹ libri. Iteꝫ b̄tus hiero⁹ fecit q̄ttuor
omelias q̄b⁹ vix abſoluit ſcd̄ꝫ capl̄ꝫ hui⁹
libri. Iteꝫ b̄tus bernardus edidit. lxxx.
omelias ſiue ſ̄moēs ī quib⁹ vix attingit
et explet terciū capl̄ꝫ huius libri. Solus
aūt venerabilis beda ⁊ b̄tus greg⁹ expo/
ſuerūt ⁊ expleuerūt totū librū. ſꝫ ſolum
ſ̄m ſenſuꝫ moralez ⁊ anagogicū/ ſicut ce/
teri doctores. Et id̄o cū grādi veneratio
ne ſuſcepta et p̄ſupoſita doctrīa ſup̄dic/
toꝝ ſacroꝝ doctoꝝ. et cū grādi hūilitate
ſemper īuocato diuino auxilio/ quid ſibi
velit iſte libellus iux̄ ſenſuꝫ ꝓpheticuꝫ et
litteralē expiri conabor. Et ideo in noīe

UVA. BHSC. IyR 068_1

iesu ad ei⁹ expoſitiōem accedā⁹. Et p̄mo
ad expoſitiōe; titl̄i. deīde ad expoſitiōe;
tractat⁹. Unde huic libello ſm latinos
ꝓponit̄ talis titulus. ſ. Cātica cāticoꝝ ſa
lomonis. ſcḋ; vero hebreos. cāticū cāti
coꝝ ip̄i ſal̄oni. Et ſic videt̄ dr̄ia iter nos
et hebreos ī poſitiōe ⁊ ꝓnūtiatiōe huius
titl̄i. quē ꝓpoſuit eſdras huic libro. nam
nr̄a trāſlatio ſonat mlt̄a cātica cōtineri
in h̄ libro. Et lr̄a hebrayca ſonat eſſe tm̄
vnū canticū. Sꝫ ī h̄ nulla ē dificultas
q2 totus iſte liber pōt dici vnu; canticu;
vniuerſale. et mlt̄a particl̄aria cantica.
ꝓut patebit ī diuiſiōe et ꝓſecutiōe libri.
Sꝫ ē valde notāda dr̄ia. nā p nr̄a; trāſla
tiōe; denotat̄. q᷑ ſal̄on fecit iſtū librū. Et
p lr̄am hebraycā notat̄. q᷑ totū iſtud cā/
ticū dirigit̄ ip̄i ſal̄oni. Et ſic videt̄. q᷑ ſa/
lomō fecerit h̄ cāticū ꝓ ſe ip̄o ⁊ ſibi ip̄i.
Et ſic nullū eēt q̄rēdū miſteriū/nec ſp̄ua
le ſacramētū n̄c aliq̄ ꝓphetia in h̄ libro.
qḋ eēt erroneū ⁊ hereticū. Quia tūc
iſte liber nō eēt ānumerand⁹ īter libros
ſacri canonis. Qḋ eēt ꝯ̄ dicta ī p̄mo
capl̄o. huius ꝓlogi. et ideo ꝓ huiuſmōi
errore vitādo et dr̄ia trāſlatiōu; h⁹ titl̄i
declarāda ē p̄mo notandū: ſicut dictum
fuit ī ꝓlogo expoſitiōis libri pſal̄oꝝ trac
tatu. iiij. q᷑ oīa noīa p̄triarchaꝝ et ꝓphe/
taꝝ fuerūt eis īpoſita ꝓphetice ex diuia
ꝓuidētia ⁊ inſpiratiōe ꝓphetica ſcḋ; of/
ficia ⁊ proprietates eoꝝ inq̄ntū fuerunt
figura xp̄i futuri. ⁊ inq̄ntū xp̄s fuit figu
rat⁹ in eis. Et ſic dicit aug⁹ et leo papa.
q᷑ xp̄s fuit occiſus in abel. ⁊ liberauit ec
cleſiā figuraliter in noe. Et fuit figurat⁹
pater gētiū in abraa;. ⁊ īmolat⁹ in yſach
et bn̄dict⁹ in iacob. et lib̄auit eccl̄ia; ſiue
gen⁹ hūanū de captiuitate diaboli ī moy
ſe. et introduxit fideles in terrā viuētiu;
in ioſue. Et paſſus ē/⁊ reſ̄rexit in dauid

Et edificauit eccl̄ia; in ſal̄one ⁊c. Et
ſic xp̄s fuit ver⁹ abel/et ver⁹ noe/et ver⁹
dḋ/⁊ ver⁹ ſal̄on. Et q2 illi nō fuerūt niſi
figura ⁊ pictura xp̄i. Et idḋ xp̄s mathei
xij. iudeis q̄rētib⁹ ſignū de celo ī q̄ pfate
faciebat miracl̄a. rn̄dit dicēs. Generatō
praua et adultera ſignū q̄rit. et ſignū nō
dabit̄ ei/niſi ſignū ione ꝓphete. q2 ſicut
ionas ſtetit ī vētre ceti trib⁹ dieb⁹ et tri/
bus noctib⁹: ita erit fili⁹ hoīs in vētre
terre. Et ſubdit. Ecce plus q̄ȝ iona hic.
Itē regia auſter veīt audire ſapiētiā ſa/
lomōis a finib⁹ terre. ⁊ ecce plus q̄ȝ ſalo
mō hic. q̄ꝗ dicat. q᷑ ille fuit ionas ī figura
ſꝫ xp̄s fuit plus q̄ȝ ionas et verus ionas
q2 tercia die reſ̄rexit de ſepulchro. Ite;
xp̄s fuit ver⁹ ⁊ plus q̄ȝ ſal̄on. q2 ille acce
pit ſciam ad mēſurā. et ſolū venit regia
auſtri ⁊ quidā finitimi ad audiēdā ſapiē/
tia; ei⁹. ſed xp̄s accepit gr̄a; et ſcia; ſine
menſura. et ad ei⁹ doctria; et legē euāge
licā venerūt oēs gētes a ſolis ortu ⁊ occa
ſu: et ab aquilone et auſtro. Et ideo xp̄s
fuit ver⁹ ſal̄on. ille aūt fuit ſolū figura ⁊
pictura hui⁹. Et ita pariter eſt dicēdū. q᷑
ille ſal̄on dict⁹ eſt deo amabilis ſolū figu
raliter reſpectu xp̄i. q2 ille fuit amabilis
deo ſolum ī iuuētute. ſꝫ in ſenectute fuit
deprauat⁹ et deo fcūs odioſus. ſꝫ xp̄s fuit
ſemꝑ deo p̄ri dil̄ct⁹ in quo ſibi ſemꝑ com
placuit. et cui ſemꝑ fuit obediēs vſq; ad
mortē crucis. Itē ſal̄on fuit figuraliter
intm̄ dict⁹ eccl̄iaſtes inq̄ntū ꝯgregauit in
ſe ꝑ ſtudiū ⁊ doctria; ſcias hūanas crea
tas et diuias. Sꝫ xp̄s dict⁹ eſt ver⁹ et
plus q̄ȝ eccl̄iaſtes. et q2 ip̄e fuit lux vera
que illumīauit ſal̄onē/ et locut⁹ ē ꝑ oēs
p̄triarchas ⁊ ꝓphetas. Et poſtea locut⁹ ē
nb̄ in carne. Et illumīauit oē; hoīem
veniētē ī hūc mūdū. Et ſic p; qual̄r xp̄s
eſt ver⁹ ſal̄on ⁊ ver⁹ deo dil̄ctus/ et ver⁹

UVA. BHSC. IyR 068_1

eccꝉiaſtes.et q̄r ſalomõ nõ fuit ſoꝛtitus
huiuſmõi noīa/niſi inquãtuʒ fuit figura
xp̄i.Et ſic ergo eſt dicēdū.ꝙ qꝛ ille ſaꝉon
tp̄oꝛalis et terrenus fuit figura xp̄i veri
ſaꝉonis. Jdeo ꝯpoſuit iſtū libꝛū de xp̄o
ſaꝉone ſp̄uali:dirigēdo ip̄ʒ ip̄i ſaꝉoni ſpi
rituali/ qui ē vere deo p̄ri dilc̄tꝰ et verus
eccꝉiaſtes ⁊ verꝰ cõgregatoꝛ om̄iuʒ diſſi/
pataꝝ.et verꝰ cõgregatoꝛ oīuʒ virtutuʒ
et veritatū. Eſt ergo ſenſus huiꝰ titꝉi.ꝙ
ſaꝉon terrenꝰ et figuratiuus fecit hūc li/
bꝛū directū vero ſaꝉoni ſp̄uali/qui ē xp̄s
deꝰ et homo ſpõſus eccꝉie.Sʒ nūc reſtat
querēdū. q̄re dr̄ cãtica cãticoꝝ.i.q̄re ad/
ditur li cãticoꝝ. Ad hoc breuiter rn̄deť
ꝙ lʒ genitiuus pluralis additꝰ ſup̄ noīa
tiuuʒ ſeu quēcūqʒ obliquoꝝ communiter
denotet aliq̄ʒ excellētiã ſeu exceſſuʒ ſuꝑ
oīa eiuſdē generis. vt ꝓpheta ꝓphetaꝝ.
philoſophꝰ philoſophoꝝ.lʒ bene iſtd̄ cã/
ticū ſaꝉonis excedat oīa cãtica moyſi/et
alioꝝ ꝓphetaꝝ ī ſublimitate ⁊ ꝓfundita
te ꝓphetie:tn̄ nõ excedit cãtica dauid.cū
ꝓbatū ſit ī ꝓlogo libꝛi pſalmoꝝ dd̄ fuiſ/
ſe eximiū omīuʒ ꝓphetaꝝ in ꝓfunditate
pꝛophetie de xp̄o et eccleſia. Et ideo ille
genitiuꝰ pl̄ralis nõ denotat excellētiã al
titudīs ꝓphetie ī ſaꝉone. ſʒ dicit excellen
tiaʒ ī ꝯpꝛehēſiõe multitudīs ſentētie ſub
bꝛeuitate ſmõis. eo ꝙ ſaꝉon cõpꝛehēdit
in iſtis paruis decē cãticis ſentētiaꝉr to/
tū diſcurſuʒ legiſ ab abꝛaã ⁊ moyſe vſqʒ
ad xp̄m.et exīde vſqʒ ad magnū ꝯſtãti/
nū.Et etiã inq̄ntū in his decē cãticis cõ/
pꝛehēdit ſuꝑficiaꝉr oīa cãtica dd̄ p̄ris ſui
et omīa cantica moyſi et alioꝝ. Et ſic dr̄
cãticū cãticoꝝ.i.cõtinēs oīa alia cãtica.
qꝛ lʒ dd̄ in.c l.pſaꝉo cõpꝛehēderit totam
legē et ꝓphetas et totū nouū teſtamētū
tn̄ ſaꝉon ī bꝛeuioꝛi ſmõe fuit abꝛeuiatoꝛ
ſentētie p̄ncipalis ip̄oꝝ pſaꝉoꝝ dd̄.Et ſic

hoc opꝰ dr̄ cãticū q̄i abꝛeuiatoꝛiū pſaꝉoꝝ
et canticoꝝ dd̄. vn̄ ſicut ypochꝛas ꝯple/
xus ē totū coꝛpꝰ medicine ī bꝛeuibꝰ cãti/
cis/qui dicuntur amphoꝛiſmi.Et etiam
auicēna poſtea voluit abꝛeuiare magis
cãtica ypochꝛatis ſub pautioꝛibꝰ et bꝛe/
uioꝛibus cãticis. Jta pariter ſaꝉon ſub
decē cãticis voluit ꝯpꝛehēdere ⁊ abꝛeuia
re oēs pſaꝉos dd̄.ymo totuʒ diſcurſum
legis ⁊ ꝓphetaꝝ. Jtē hec ē cauſa quare
eſdꝛas intitulauit iſtū libꝛū cãtica cãtico
rū. Sʒ poſtea venit virgo maria/ q̄ fuit
pꝛima ꝓphetiſſa ⁊ tympaniſtria et p̄ma
euangeliſta noui teſtamēti. que ꝯpoſuit
illud bꝛeuiſſimū canticū.ſ. Magnificat
aīa mea dn̄ʒ.ī quo ſub decē verſibus cõ/
plexa eſt totaʒ legē et ꝓphetas et totum
nouū teſtamētū.in quo ſimul fuit ꝓphe
tiſſa ⁊ euangeliſta vt pʒ.Et idō illd̄ cãti/
cū virgīs mereť dici cãticuʒ canticoꝝ.et
pſalteriū decē coꝛdaꝝ.qꝛ ſuꝑat oīa cãti/
ca ⁊ oēs pſalmos. Et idō ꝯtinue cantat
ip̄m eccꝉia in officio veſꝑoꝝ. ꝓut decla/
ratū eſt ī expoſitiõe illiꝰ cantici virginis
marie.Ex ſup̄dictis pʒ qualiter iſte liber
dr̄ cantica canticoꝝ.⁊ q̄uo ſaꝉon terrenꝰ
fecit ip̄m de ſaꝉone ſp̄uali ſponſo eccꝉie.

Declarato igiť titulo deueniēdū eſt
ad tractatū.et pꝛimo ad eius diuiſionē.
ſecūdo ad eius expoſitiõʒ.Quē quidem
tractatū quidã antiquoꝝ diuiſerūt per
octo capꝉa.alij aūt. ſ.oꝛigenes et hieroꝰ
diuiſerūt ip̄ʒ ꝑ dꝛamata.Et ſic quot ſunt
petitiões ⁊ interrogatiões:in tot parti/
tiones diuiſerūt euʒ in ſuis expoſitiõibꝰ
Sʒ ſatius ⁊ cõmodius mihi videť.vt di/
uidamus ip̄m ꝑ cantica. et ꝑ cõſeq̄ns ꝑ
miſteria:eo ꝙ in quolibet cãtico cantať
et explicať aliqd̄ diſtinctū miſteriū euan
gelicuʒ.Et ſic quot ſunt cantica ī h̄ libꝛo
tot erūt p̄ncipales ꝑtes eiꝰ ī exponēdo.

UVA. BHSC. IyR 068_1

# Prologus

Ez qꝛ dictū ē/ꝙ materia ṗncipalis ītēta
in h̄ libꝛo ſunt miſteria euāgelica et tot⁹
diſcurſus eccl̄ie xp̄i ab incarnatiōe vſqꝫ
ad iudiciū et maxime vſqꝫ ad pꝛoſpitatē
eccl̄ie datā tp̄ꝛe ꝯſtantini vſqꝫ ad iuſtini/
anū/ꝑut ſal'on pꝛeuidit ī ſpū ꝯtēplando
totū diſcurſuꝫ veteris teſtamēti vſqꝫ ad
ſuū tēp⁹. Ideo ē aduertēdū. ꝙ decē ṗnci
palia miſteria ꝯſiderauit et cōtēplatus ē
ſal'on in veteri teſtamēto. in quib⁹ ꝓuidit
in ſpū tanqꝫ in ſpecl'o decē miſteria futu
ra in nouo teſtamēto. de quib⁹ fecit decē
cātica in h̄ libꝛo. Et ideo ante ꝙ acce
datur ad expoſitiōeꝫ et diuiſioneꝫ huius
libꝛi/ſunt pꝛeſuponēda et pꝛenotāda illa
ſeptē ṗncipia/q̄ ego poſui in expoſitione
libꝛi pſal'oꝝ tractatu. iij. cū illis decē re/
gulis ſiue clauib⁹ ad apiēda miſteria no/
ui teſtamēti q̄ latebāt ſub figuris ⁊ geſtiſ
et ꝓmiſſiōib⁹ et general'r ſub l̄ra veteris
te. Quoꝝ ṗncipioꝝ primū ē iſtd̄. ſ. ꝙ to
ta ſacra ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamēti ē ab
ip̄o deo tradita et reuelata/ puta ī ṗmo
teſtamēto ꝑ pꝛ̄iarchas ⁊ ꝓphetas. Et in
ſcd̄o teſtamēto ꝑ verbū incarnatuꝫ. Ex
quo pꝫ. ꝙ ſacra ſcriptura nō poteſt mē/
tiri nec ſibi aliquid falſuꝫ ſubeſſe. Scd̄m
ṗncipiū. ꝙ in diuinis ē trinitas ꝑſonaꝝ
cū vnitate et ſimplicitate ſubſtātie. ſ. ꝙ
licet pr̄ et fili⁹ et ſp̄s ſcūs ſint tres ꝑſone
relatiue. tn̄ ſunt vn⁹ de⁹ ⁊ vna ſubſtātia.

Terciū. ꝙ verbū diuinum filius pr̄is
aſſumpſit verā carnē animataꝫ ex virgīe
maria ī vnitate ſupoſiti. itaqꝫ ꝙ xp̄s eſt
verus de⁹ et verus homo. Quartuꝫ.
ꝙ xp̄s in illa humanitate aſſumpta pro
nr̄a redēptiōe fuit vere paſſus ⁊ moꝛtu⁹
et reſrexit ⁊c̄. Ex cuius paſſiōis virtute
hn̄t virtuteꝫ et efficaciam oīa eccl'iaſtica
ſacramēta. Et a quo tanꝙ a capite deſcē
dūt et deriuāť oīa genera gr̄aꝝ ⁊ donoꝝ
ſpualiū in totā eccl'iaꝫ. Quintū ṗnci/
piuꝫ. ꝙ nō ſolum xp̄s ē caput et ſpōſus
eccl'ie. ſꝫ etiam eſt finis et terminus ⁊ ve
ritas toti⁹ legis veteris et ꝓphetaꝝ. Et
ꝑ ꝯn̄s tota ſcriptura legis et ꝓphetarū
nil aliud fuit niſi via in xp̄m/et ſignuꝫ ⁊
figura et vmbꝛa. itaqꝫ nihil fuit dictū n̄c
geſtum in veteri teſtamēto gr̄a ſui. ſꝫ in
figuraꝫ et ꝓphetiaꝫ xp̄i/q̄ erat finis legiſ
et ꝓphetaꝝ. que oīa fuerūt ꝯpleta et ve
rificata per xp̄m. ꝑut ibi fuit oſtenſum.

Sextuꝫ ṗncipiū. ꝙ xp̄s nō ſolū fuit ⁊
eſt caput et ſpōſus eccl'ie ⁊ finis et termi
nus legis et ꝓphetaꝝ. in quo finiuit cur
ſuꝫ lex et ꝓphete. Sed et xp̄s ē mediatoꝛ
dei et hoīum. Nam ſicut de⁹ pater ꝑ
filiū verbum ſuū oīa creauit: ita ꝑ eūdeꝫ
filium ſuū in carnatū gen⁹ hūanuꝫ recre
auit et repauit. Et ſic xp̄s ē medius ꝓpi/
ciatoꝛ et aduocatus et pꝛocuratoꝛ et fide
iuſſoꝛ et īterpres ⁊ iud̄x īter nos et pr̄eꝫ
et medi⁹ diſpenſatoꝛ oīum bonoꝝ. ut ibi
fuit ꝓbatū. Septiuꝫ ṗncipiū ē. ꝙ ſicut
xp̄s eſt metrū et ṗncipium et menſura et
fons oīuꝫ bonoꝝ effectiue. ita dyabolus
eſt ṗncipiū et cauſa oīuꝫ maloꝛū et pecca
torū ꝑſuaſiue. Itē nō ſolū ṗnotāda
ſuꝑdicta ſeptē ṗncipia. Sed etiā ille decē
regl'e et claues q̄ fuerūt aſſignate in eodē
tractatu ad apiendas ſcripťas ſacras et
enigmata earū. Quaꝝ prima ē de eēntia
et ꝑſona. Scd̄a de xp̄o d̄o et hoīe. Tercia
de xp̄o capite et eccl'ia ſpōſa ſua ſiue coꝛ/
poꝛe miſtico. Quarto de naťa et gracia.
Quīta d̄ ſpiritu et littera. Sexta d̄ ſenſu
verboꝛum in quo fiunt et nō qn̄oqꝫ quē
faciunt. Septia de ſeculis et etatibus
diuine legis et vni⁹ eccl'ie ab adā vſqꝫ ad
iudicium. Octaua regl'a de diabolo et
eius coꝛpoꝛe. Nona de ſpecie et gene
re. ſiue de toto et parte tam in numeris

UVA. BHSC. IyR 068_1

ꝙ in locis et natiõib⁹. Decima regla
de figuris et tropis gramaticalib⁹. put
ibi ad lõguz ſuit explicatum. Que quidẽ
ſeptẽ ꝓncipia et decẽ regle maxime ſunt
neccie ad apienda miſteria ſacra que ſub
methaforis et enigmatib⁹ latẽt ĩ h libro
ĩ quo ſalon ſub methafora ſpõſi ⁊ ſpõſe
et paſtoris et gregis et agricultoris et
orti et vinee ꝑdicit oĩa miſteria xp̄i ⁊ ec/
cleſie. et nr̄e redẽptiõis. Sumẽdo para/
bolas ex geſtis et ꝓmiſſiõib⁹ ⁊ vaticiniſſ
ſcripture veteris teſtamẽti. ſicut fecit dd
in libro pſaloꝝ. Quia ſalon ꝯſiderando
et cõtemplãdo miſteria ſacre ſcripture
veteris teſtamẽti: ibi tanꝙ ĩ ſpeculo pre/
uidit in ſpũ ꝓphetico futura decẽ miſte/
ria xp̄i et eccl'ie ⁊ toti⁹ nr̄e redemptiõis.

naz primo ꝯtẽplatus ẽ oẽs ꝓmiſſiões
de xp̄o futuro redẽptore fc̄tas p̄riarchis
et ꝓphetis veteris teſtamẽti/ et ſpecial'r
deſideriũ filioꝝ iſrl' exñtiũ in egipto petẽ
tiũ liberari de illa captiuitate. in quibus
preuidit ĩ ſpũ totũ deſideriũ p̄riarchaꝝ
et ꝓphetaꝝ et oĩuz fideliũ/ tam viuoꝝ ꝙ
mortuoꝝ exiſtẽtiũ in limbo inferni expe
ctantium xp̄m/ vt veniret ad redimẽduz
genus hũanũ de captiuitate peccati ⁊ de
limbo. Scd̄o cõtemplat⁹ ẽ ſalon totã
fabricaz arche et tabernaculi/ qd̄ de⁹ ꝑce
pit fabricari ipi moyſi. per quaz fabricã
ſalomon preuidit in ſpũ totũ miſteriuz
incarnatiõis. Tercio ꝯtẽplabat ſalon
qual'r de⁹ intrauit in archaz et loquebat
et docebat moyſen de tabernaclo. Per
qd̄ miſteriuz preuidit ꝑdicationez xp̄i in
humanitate. et datiõnẽ legis euãgelice.

Quarto cõtemplatus eſt pegrinatio
nez ipi⁹ arche ꝑ deſ'tũ/ a cui⁹ facie mota ẽ
terra et fc̄ta ſunt multa miracula. Per
qd̄ preuidit in ſpũ totã pegrinatiõez xp̄i
per terrã ꝓmiſſiõis faciẽda ſtupẽda mi/
racula multo maiora. Quinto cõſide
rauit aſcenſuz moyſi in mõtez abarin et
faſga: vñ ꝓſpexit totã terrã ꝓmiſſam ⁊
cõſiderauit diuiſiões et partes eius put
de⁹ oñdebat ſibi. vt pz deutero. xxxiiij.
Per qd̄ miſteriũ preuidit ſalon. ql'r xp̄s
luſtrata tota terra promiſſiõis debebat
aſcẽdere hieroſolimã ad predicãdum et
crucifigenduz ⁊c. Sexto cõſiderauit
⁊ contẽplatus ẽ ſalon/ ql'r moyſes poſt
multos labores et vexatiões ſibi illatas
ab illo duro populo mortu⁹ eſt ĩ vertice
faſga. ñc ampli⁹ viſuz ẽ corp⁹ ei⁹ illi pplo
Per ꝙ ꝑuidit ſalon qliter xp̄s erat mo/
riturus ĩ mõte crucis in ihrl'ez. quẽ iudei
ceci amplius nũꝙ erãt viſuri. Septio
ꝯſiderauit ſalon qliter ioſue fuit ſubſtitu
tus dux ꝑ moyſen. et ĩtroduxit illũ ppl'z
in terrã ꝓmiſſiõis. Per qd̄ myſteriũ pre
uidit reſurectiõz xp̄i. et qliter xp̄s p⁹ reſ/
rectõz debebat in troducere ĩ terrã viuẽ
tium oẽs fideles veteris teſtamẽti. quos
eduxit de ĩferno et de captiuitate diaboli

Octauo ꝯſiderauit ſalon qliter ioſue
elegit. xij. duces. cũ quib⁹ adept⁹ eſt totã
terram ꝓmiſſiõis cuz ſignis et portent.
Per qd̄ myſterium preuidit ĩ ſpũ qliter
criſt⁹ p⁹ reſurectões debebat mittere. xij.
apl'os ad predicãdum euangelium omni
creat'e. qui totũ ppl'm gẽtilem ſbiecerũt
iugo xp̄i diabolo foras eiecto. Nono
ꝯſiderauit totũ diſcurſuz illius ppl'i vſqꝫ
ad tẽpora dd. et oĩs afflictões quas paſ
ſus ẽ a finitimis tẽpore iudicũ. et oĩes
victorias qs de eis obtinuerũt. et final'r
ꝯtemplat⁹ ẽ victorias ipſius dd. et quo/
modo ſbiecit ſibi nõ ſolum totã terram
iſrl'. ſed etiã oẽs ppl'os infideliũ finitimo
rum fecit ſibi tributarios. Per qd̄ preui
dit ſalon in ſpũ decẽ et etiã q̃ttuordecim
ꝑſecutões impatoꝝ et tyrãnoꝝ ꝯ eccl'iaz

UVA. BHSC. IyR 068_1

tp̄re martiꝝ.et q̄uo eccleſia debebat ſibi
ſubijcere totū populū gētilez. Decio
contēplabatur ſalon ꝓſꝑitatez ſui regni
et pacē ⁊ multitudīez diuitiaꝝ.⁊ q̄uo ex
precepto dn̄s edificauerat illd̄ tēplū ma/
gnificū/⁊ ampliauerat/et ditauerat illā
ciuitatē et regnū ⁊c̄: Per qd̄ miſterium
preuidit in ſp̄u q̄lr eccl'ia xp̄i poſt mltas
perſecutiōes multo ſanguīe martiꝝ effu
ſo debebat ꝓſꝑari.⁊ ꝑ totū orbez libere
ampliari ⁊ quietari poſt ꝯuerſiōez cōſtā
tini. De ſup̄dictis ergo decē miſterijs
euāgelicis q̄ erāt facienda ī toto diſcur/
ſu noui teſtamēti/ ſalon fecit decē cātica
in hoc libro ſumendo parabolaz ex ſup̄/
dictis miſterijs veteris teſtamēti. Et ſic
in vnoquoqz cātico cātat vnū miſteriuz
euāgelicuz. Nam ī primo cantico cā
tat totū deſideriū oīuz fidelium veteris
teſtamēti xp̄m expectātiū. In ſc̄do cā
tico cantat miſteriuz incarnationis xp̄i.
In tercio cātat miſteriuz vocationis
ap̄loꝝ ꝑ xp̄m ⁊ electiōis eoꝝ. In q̄r/
to cantat oſtēſionez xp̄i in carne et pere
grinationem et operationem miraculo/
rum. In quinto cātat eius aſcenſuz.
in ihr'lz et exhortatōz ei⁹ ad iudeos et do
tatiōz eccl'ie in bonis ſp̄ūalibus. In.vi.
cantat xp̄i mortē et paſſiōz et myſteriuz
nr̄e redēptōis. In.vij.cantat q̄liter ap̄li
poſt receptōz ſp̄us ſc̄ti predicarūt criſtū
eſſe verū meſſyā ꝑplo iudayco et ī ihr'lz.
In.viij.cātat miſſiōez ap̄loꝝ ad predicā
dum ꝑ vniuerſū orbē. In.ix.cātat cōfli
ctum et pugnam et victoriā martyruz.
In.x.cātat ꝓſꝑitatē et pacē eccl'ie dataz
ꝑ cōſtantinū. Primū canticū incipit
ibi. Oſculet̄ me oſc'lo oris ſui. Sc̄dm
ibi. Dū eēt rex ī accubito ſuo. Tertiū
ibi. Vox dilecti mei iſte venit ſaliens in
mōtib⁹. Quartū ibi. Que eſt iſta que
aſcendit ꝑ deſ'tuz. Quintū ibi. Quā
pulchra es amica m̄a. Sextū ibi. Sur
ge aquilo.et veni auſter. Septimum
ibi. Adiuro vos filie ihr'lz.ſi inueneritis
dilectū meū. Octauū ibi. Quo abijt
dilectus tuus. Nonū ibi. Quid vide/
bis in ſunamite ⁊c̄. Decimum ibi.
Que ē iſta que aſcēdit de deſ'to delicijs
affluens. Ad maiorē aūt euidētiā eoꝝ
que dc̄a ſunt et dicēda eſt aduertēdū.ꝙ
ſacra ſcriptura veteris teſtamenti duob⁹
nominibus generaliter nūcupat̄. Nam
primo dicitur teſtamentum dei inq̄ntū
deus promiſit illi populo bona futura.
et inq̄ntum illa ꝓmiſſio erat ꝯfirmanda
et ꝯplenda ꝑ mortē teſtatoris. Unde te/
ſtamētum dr̄ de teſtor teſtaris. qd̄ idē eſt
qd̄ cōfirmare et ratificare. Et ſic intātuz
dicit̄ teſtamētū inq̄ntuz eſt cōfirmatuz ꝑ
vltimā volūtatē teſtatoris.ſed q2 vltima
voluntas ē illa q̄ ꝑ ſolaz mortē teſtatoris
terminat̄ et finitur. Ideo nunq̄ dr̄ teſta
mentū ratum vſqzquo ē cōfirmatuz per
mortē teſtatoris. q2 ꝑ totū tp̄⁹ an̄ pote/
rat iṗe teſtator mutare volūtatē. Et ideo
heres nunq̄ accipit nec poſſidet heredita
tem niſi p⁹ mortē teſtatoris. q2 tūc ē vali
duz teſtamētū. Ex quib⁹ ſequit̄ ꝙ ſcript̄a
vet'is legis n̄ fuit vere teſtamētū.ſz diſpo
ſitō teſtam̄ti. n̄c dr̄ teſtam̄tū niſi īq̄ntū ē̄t
cōfirmandū ꝑ mortem dei teſtatoris. Et
ꝑ ꝯn̄s oportebat vt de⁹ moreret̄ ad h̄ ꝙ
teſtamentū cōfirmaret̄. q2 aliter manſiſ
ſet caducū et vanum. Sz q2 deus ē eſſen
tialiter īmortalis et infallibilis et etern⁹
q2 ineternū ꝑmanet idem.et anni ſui nū
q̄ deficient. pſal'o.c.j. Et ideo oportuit
vt deus fieret perſonaliter homo.vt ille
homo aſſūptus ꝑſonal'r de⁹ moreretur
ad confirmādūz teſtamētuz dei et vt cō/
pleret oīa promiſſa. Et ſic per mortez et

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſanguinem xpi fuit confirmatum totuꝫ
vetus teſtamentuꝫ. vt pꝫ ad hebre. ix. et
x. Et ideo patres et fideles veteris teſta/
mēti non potuerūt adipiſci repromiſſio
nes niſi ſimul nobiſcū ꝑ morteꝫ xpi. ad
hebre. xj. Et ſic pꝫ qualiter ſcriptura le/
gis et ꝓphetaruꝫ intm̄ dicebatur teſta/
mentuꝫ dei/ inq̄ntū erat ꝑ mortē et ſan/
guineꝫ xpi cōfirmāduꝫ. Et ideo dixit xps
Hic calix nouū teſtamētū eſt in meo ſan
guine. i. nouiter in meo ſanguine confir
matuꝫ. ꝑ ad coꝛ. xj. Scḋo modo ſcri/
ptura legis ⁊ ꝓphetaꝝ dicebat' pactum
ſiue phedus deſpōſale. inq̄ntū de⁹ elegit
ſibi illuꝫ populū in popolū peculiarem
et ꝓpriuꝫ. et ille populus accepit deū in
deuꝫ et dn̄m et paſtoreꝫ ſpūalem: ⁊ pro/
miſit obſuare legeꝫ eius. vt pꝫ exo. xix.
et. xx. et. xxiiij. et ꝑ totū diſcurſuꝫ legis
et ꝓphetaꝝ. vn̄ exō. xix. dicit de⁹. Si au/
dieritis vocē meaꝫ et cuſtodieritis pactū
meum: eritis mihi in peculiū de cunctis
populis. Mea eſt eniꝫ oīs terra. et vos
eritis mihi in regnū ſacerdotale. ⁊ gens
ſancta ⁊c̄. Cui reſpondit popolus. Cūc
ta que locutus eſt dominus faciemus.
Item hoc idem reſpōdit totus populus
quādo moyſes legit eis volumē legis. vt
patet. exo. xxiiij. Ideo tūc moyſes ad cō
firmationē illius deſpōſatiōis et ꝓmiſſi/
onis īmolauit. xij. vitulos. ⁊ effudit vnā
partem ſanguinis ſup altare/ et alteram
partē ſuper populū dicēs. Hic ē ſanguis
phederis. qđ pepigit vobiſcuꝫ dn̄s ſuper
cūctis ſermōib⁹ his ⁊c̄. Ad denotāduꝫ ⁊
ſignificādum ꝙ illud teſtamētum et illđ
phedus de ſpōſale nō poterat cōfirmari
niſi ꝑ ſanguinē xpi ſpōſi huius ppl'i. Ex
quib⁹ pꝫ ꝙ ſicut illud teſtamētuꝫ nō po/
terat confirmari et adimpleri niſi ꝑ mor
tem et ſanguineꝫ xpi teſtatoris: Ita illa

deſpōſalia ſiue deſpōſatio facta inter dn̄m
et ppl'm nō poterat ꝯfirmari nec adipleri
et ratificari niſi ꝑ preſentiā dei venturi ī
carnē. Eo q2 talis deſpōſatio facta fuerat
per verba de futuro. et ꝑ ſpōſum in carneꝫ
familiariter venturꝫ et cū ſpōſa locuturꝫ
et ꝯuerſaturum. Ex ſupdictis pꝫ. et put
dictū fuit in ꝓlogo expoſitiōis libri pſal
moꝝ. ꝙ vna lex et vnuꝫ teſtamentum dr̄
totus diſcurſus ſacre ſcripture et totius
eccl'ie ab adam vſq3 ad iudicium. Et hoc
ſcđm fidem et etiaꝫ rōe vni⁹ xpi crediti.
Sed totus iſte diſcurſus diuidit' princi/
paliter in duo tꝑa. ſ. ante aduētuꝫ xpi
et poſt aduētuꝫ eiuſdē. Temp⁹ eniꝫ ante
aduentū reſpectu dei dicebat' tꝑus diſpo
nendi et ꝓmittēdi/ inq̄ntū deus ꝓmitte/
bat futuraꝫ redemptionē et gloꝛificatiōꝫ
et reſtauratiōem toti generi humano. et
diſponebat illuꝫ populū ꝑ illa legalia ad
recipiēdū xpꝫ ī ſuo aduētu. Sꝫ reſpectu
eaꝝ reꝝ/ que gerebant' et fiebāt: dicebat'
tꝑus figurandi et ſignificādi. q2 oīa illa
fiebant et contingebant illis in ſignū et
figurā futuꝝ. Sꝫ reſpectu pr̄iarcharū et
ꝓphetaꝝ quib⁹ fiebāt ꝓmiſſiōes: dicebat'
tꝑus deſiderandi et expectādi et petēdi.
quia omnes deſiderabant et expectabāt
et petebant xpm futurum redemptorē
et gl'ificatiōeꝫ tanꝙ ſpōſum et ſaluatorē
Et ſic pꝫ q̄liter tempus ante aduētuꝫ xpi
fuit temp⁹ ꝓmittēdi et diſponēdi et figu
rādi et ſignificādi et deſiderādi et petēdi
et expectādi. Totuꝫ autē temp⁹ aduent⁹
xpi et totius diſcurſus noui teſtamenti
fuit tꝑus adimplendi promiſſa et confir
mandi diſpoſita ⁊ verificādi ſigna lega/
lia et figuras/ ſiue ea que erant figurata
et ſignificata. Et reſpectu omīuꝫ fideliū
fuit et eſt tꝑus colligendi et recipiendi.
Quia ꝑ aduentū xpi oēs fideles veteris

UVA. BHSC. IyR 068_1

teſtamenti ſimul nobiſcũ receperunt ꝓmiſſiones.ſ.fructꝰ oĩuȝ ꝓmiſſionum. vt ait apl'us ad hebreos.xj.Et nos collegimus et meſſuimus meſſes quas pr̃es veteris teſtamẽti ſeminarũt.vt ait ſaluator.Jo iiij. Ex quibꝰ om̃ibꝰ pꝫ qualr̃ xp̃s adipleuit et verificauit oĩa que fuerũt in veteri teſtamẽto diſpoſita et ꝓmiſſa et figurata. Et ſic etiã ꝯfirmauit teſ.ab initio inſtitutuȝ.Et ꝯpleuit ⁊ cõfirmauit ſpõſalia antiqua.Et ideo lex euãgelica et totũ nouũ teſtamentum nil aliud eſt/niſi veritas ⁊ confirmatio veteris teſtamẽti/in quo tẽpore omnes fideles receperũt omĩa que fuerũt ꝓmiſſa et deſiderata et petita in veteri teſtamẽto. Et ſicut totũ illud tp̃s fuit tempus deſiderandi et petendi et ſi/gnificandi.ita iſtud dicitur tẽpus recipiẽdi et faciendi.vñ nõ ſolum xp̃s verifica/uit oĩa que in lege veteri fuerũt ꝓmiſſa et figurata:ſꝫ adhuc nos verificãꝰ ⁊ iplemus oĩa illa ſeruando legem euangelicã et exercendo eccleſiaſtica ſacramẽta.que nil aliud ſunt: niſi quedam veritates illoꝝ ſignoꝝ legalium. Et ſic faciendo et operando recipimus fructꝰ ꝓmiſſionuȝ Omnia ergo ſupdicta conſiderãs et preuidens in ſp̃u ſalõ fecit iſtum libelluȝ. in quo voluit oſtendere totuȝ ingenium ſuum.quia ſub breuibus et dificilibus ⁊ obſcuris verbis deſcripſit totum diſcurſum vtriuſqȝ teſtamenti. Et ideo iſte li/bellus reddit̃ dificiliꝰ ad ĩtelligẽdũ.eo ꝙ oĩa q̃ ſcripta ſunt ĩ vtroqȝ teſ. de xp̃o et eccl'ia.⁊ oĩa q̃ dd cãtauit ĩ.cl.pſal'o.vo/luit ſalõ ꝯplcti ĩ h̃ libello ſub t̃plici methafora.ſ. ſub methafora ſpõſi et ſpõſe. Et ſub methafora paſtoris et gregis. Et ſub methafora agricole ⁊ vinee ſiue orti. Et ĩdo iſtd opus ſimlr̃ vocat̃ epithalamiũ et bucolicũ.et georgicum. Et ꝓpter hoc redditur difficilimũ ad ĩtelligẽduȝ.ſ.rõe ſtili et rõe breuitatis.nam in.x.canticis ꝯplectit̃ totũ diſcurſuȝ vtꝰſqȝ teſtamẽti. ſub ſupdcta triplici methafora. Vnd in primo cãtico cãtat totũ deſiderium et om̃s petitiões patrũ veteris teſtamẽti.⁊ ſic explicat tẽpus deſiderãdi et petendi ⁊ expectãdi. Et ĩ noue cãticis ſubſeqñtibꝰ cãtat totũ diſcurſuȝ eccl'ie ab incarnatõe xp̃i vſqȝ ad tp̃a ꝯſtantini et iuſtiniani et etiã vſqȝ adfinem mũdi. vbi erit genral̃ glorificatio. Jn quibus nouem canticis cantantur noue miſteria de xp̃o et eccl'ia ꝓut patebit.Jn quibꝰ ſatiſfacit et ãnuit deſiderio et petitioĩbꝰ p̃ruȝ veteris teſta. p ſingl'a. Procedẽdo ergo ad expoſitioȝ huiꝰ libri ſuabit iſte ordo. nã p̃io ponet̃ textꝰ cuiuſlibȝ cãtici per verſus diſtictuſ Scdo ponetur eius expoſitio. Jncipit ergo canticum primum.

**Sculetur me oſculo oris ſui.**
**Quia meliora ſunt vbera tua uino.**
**Fragrãtia vnguẽtis optĩs.**
**Oleũ effuſum nomẽ tuũ.**
**Jdeo adoleſcentule dilexerunt te.**
**Trahe me poſt te.**
**Curremus in odorem vnguentorum tuorum.**
**Introduxit me rex in cellaria ſua.**
**Exultabimꝰ et letabimur in te.**

UVA. BHSC. IyR 068_1

Memores vberum tuoruz
ſuper vinum.
Recti diligunt te.
Nigra ſum ſed formoſa fi
lie hieruſalem.
Sicut tabernacula cedar.
Sicut pelles ſalomonis.
Nolite me conſiderare ꝙ
fuſca ſum.
Quia decolorauit me ſol.
Filii matris mee pugnaue
runt contra me.
Poſuerũt me cuſtodez in
vineis.
Vineã meaz nõ cuſtodiui.
Judica mihi quem diligit
anima mea.
Vbi paſcas.
Vbi cubes in meridie.
Ne vagari incipiam.
Poſt gregẽ ſodaliũ tuorũ.
Si ignoras te o pulchra in
ter mulieros.
Egredere et abi poſt veſti/
gia gregum.
Et paſce edos tuos iuxta
tabernacula paſtorum.
Equitatui meo in curribus
pharaonis.
Aſſimilaui te amica mea.
Pulchre ſunt gene tue ſi/
cut turturis.
Collum tuũ ſicut mouilia.
Munerulas aureas facie/
mus tibi.
Vermiculatas argento.

Sculetur me oſcu
lo oris ſui. Hoc ẽ pri/
muz canticum huius libri
in quo ĩtroducit ecclia pri
oris teſtamenti tanꝙ ſpõſa. et xp̃s tanꝙ
ei⁹ ſpõſus ad loquẽdũ. Et ideo pñs cãti/
cum hẽt duas ptes pricipales. nã ĩ pma
ponitur et explicat ſpõſe diu deſiderata
petitio. Scdo ſpõſi gratioſa reſpõſio. ibi
Si ignoras te o pulchra. Quãtũ ergo
ad primũ ꝑ fundamẽto toti⁹ hui⁹ libri ẽ
valde notandũ. ꝙ indigẽtia et carẽtia ali
cui⁹ boni amiſſi eſt cauſa deſiderij recu/
pãdi ipm: ſz firma ꝓmiſſio ẽ cauſa firme
⁊ vehementis fidei et ſpei rey promiſſe.
Et ita accidit in adam. qꝛ cũ ipe ante lap
ſuz fuiſſet creat⁹ in illa oppulẽtia et feli/
citate nullaz patiẽs indigentiã: tñ cũ ſta
tuit ⁊ tẽtauit deſcẽdere ab hirlz ĩ hierico
trãſgrediendo diuinũ p̃ceptuz. tũc ĩcidit
in latrones: qui expoliauerũt euz oĩb⁹
bonis gratuitis. ⁊ vulnerauerũt et ſau/
ciauerũt. et plagis in corpore et aĩa affe/
cerũt et ſemiuiuũ reliquerunt. Et ſic ille
qui erat oppulẽtus et felix et dñs illius
ciuitatis. Cui etiã poſt longã vitã tp̃ralẽ
erat ꝓmiſſa alia nobilior felicitas eterna
ĩ celeſti pria / ꝓpter talẽ ergo ingratitudi
nem fuit priuatus pñti et futura felicita
te / et expulſus ab illa ciuitate. et factus
exul ꝑ hanc vallez lacrimaꝝ / ⁊ ſeparat⁹
a facie dei. Et ſic fcũs ẽ miſer et indigens

UVA. BHSC. IyR 068_1

10



om̃ibꝰ bonis nõ ſolũ ſpũalibꝰ ſȝ etiã tp̃ra
libꝰ. vt pȝ geñ.iij. Et inde ẽ ꝙ manet in
ſitũ deſideriũ om̃ibꝰ hõibꝰ recupãdi illaȝ
immortalitatẽ et totũ illũ feliceȝ ſtatum
Vȝ dicit augꝰ. in libro cur deꝰ homo. ꝙ
deus compatiẽs miſie et indigẽtie ipĩus
ade ⁊ totiꝰ ſue poſteritatis promiſit ſibi
mittere filiũ ſuũ in carnẽ.qui eũ ab om̃i
miſia et captiuitate redimeret/et ſibi re
cõciliaret/ et in patriã amiſſam et felici/
tatẽ reduceret.Et hoc fecit deꝰ:ne adam
deſparet/ſȝ lȝ de inſtãti miſia valde dole
ret:tñ de ſui ſueqȝ poſteritatis remedio
iaȝ de longinquo gauderet.vñ augꝰ.con
cludit dicẽs.vera itaqȝ rõe didiſciꝰ. ꝙ iã
ab adã dñi preſtolabaẗ aduẽtꝰ. Ex quibꝰ
verbis auguſtini ſequitur.ꝙ miſia et in
digentia ipĩus adaȝ et totiꝰ poſteritatis
ſue fuit cauſa diuine ꝓmiſſionis de xp̃o
futuro. Et talis ꝓmiſſio fuit cauſa fidei
et ſpei et deſiderij ipĩꝰ ade de xp̃o futuro
Ex ꝗ fide et ſpe et deſiderio adã cuȝ tota
ſua poſteritate fideliuȝ ſemꝑ expectabat
et petebat xp̃m vẽturꝫ ad redimẽdũ ipſȝ.
Scdõ ſequiẗ ꝙ eccl̃ia xp̃i primo fuit xp̃o
deſpõſata ꝑ fidẽ in adaȝ.Qd̓ ꝓbaẗ.nam
ſi adã cũ tanto deſiderio expectabat xp̃ȝ
vt inquit augꝰ.ergo iaȝ tunc hẽbat fideȝ
de xp̃o futuro. Quia ſpes nõ ẽ ſine fide
et caritate affectiua.quia qd̓ credimus ⁊
amamus cuȝ deſiderio expectamus. Et
ideo ẽ dicendũ.ꝙ ſicut deꝰ ꝓmiſit ipĩ ade
mittere ſibi xp̃m in redẽptoreȝ: ita adaȝ
credidit ip̃m vẽturũ.⁊ ꝓmiſit ſibi fidem
⁊ ꝓmiſit ſibi exhibere cultũ latrie ſub ta
li fide et ſpe xp̃i futuri.in quã fide adam
cũ tota ſua poſteritate fideliũ ſaluabaẗ.
Et ſic adam ꝓut fuit doctꝰ a deo. docuit
filios ſuos exhibere latriaȝ deo in ſignũ
fidei de xp̃o futuro.Et ſic abel offerebat
oblationẽ de frugibꝰ. et Cayn de agnis
gregis. geñ.iiij. Et q̃ꝛ latria non ſolum
conſiſtit in oblatõe et adoratõe:ſed etiaȝ
in oꝛ̃one. Ideo legiẗ.geñ.iiij. ꝙ enos in
cepit inuocare nomẽ dñi.i.xp̃m verbuȝ
incarnatũ qd̓ eſt nomẽ dñi.vt ꝓbatũ fuit
pſalmo.viij.Nam illd̓ nomẽ dñi ꝗtuor
litteris ſcriptũ ſignificabat xp̃m verbuȝ
incarnatũ.quẽ om̃s p̃res vetis teſtamẽti
inuocabant et expectabãt. Item enoch
placuit deo ĩ illa etate et dñs tulit illuȝ.
geñ.iiij. Et trãſlatus ẽ in ꝑadiſuȝ eccl̃ia
ſtici.xliiij.Sȝ q̃ꝛ ſine fide ĩpoſſibile ẽ pla/
cere deo.ad he.xi. ergo ſequiẗ ꝙ enos et
enoch iam hẽbant fidem de xp̃o fuẗo. et
erãt mẽbra eius. Et ꝑ ꝯñs continuabãt
eccl̃iam xp̃i et ciuitatẽ dei.Et ſic expecta/
bant xp̃m fuẗum tanq̃ ſpõſuȝ ſibi ꝓmiſ/
ſum.Et ſic pȝ ꝙ vera latria ⁊ ꝑfecta fuit
d̓o exhibita ĩ prima etate in ſignũ xp̃i fu
turi.Et per ꝯñs ſequiẗ ꝙ eccl̃ia in prima
etate iam fuit xp̃o ꝑ fidem deſpõſata. q̃ꝛ
iam expectabat eũ.et iã ſibi exhibebat la
triam ſuitutẽ. Itẽ ſequiẗ ꝙ eccl̃ia ſpõſa
nõ ſolum ab abel.ſȝ iam incepit ab adã.
ſed poſtea fuit diuiſa in duas ciuitates.
nam Cayn diuiſus ẽ a ciuitate dei. et cõ
ſtituit ciuitatẽ diaboli cũ ſuis ſequacibꝰ.
vt oñdit augꝰ.ꝑ totũ librũ.xv.d̓ ciuitate
dei.Abel aũt mãſit tanq̃ verus ciuis in
ciuitate dei. et fuit occiſus ꝓpter verã in
nocẽtiam ſuam ĩ figura xp̃i. Ideo abel
nõ diciẗ primus ciuis eccl̃ie.ſed p̓mus iu
ſtus et martyr qui mortuꝰ ẽ ꝓ iuſticia et
innocẽtia ĩ figura xp̃i.q̃ꝛ fuit primus qui
effudit ſanguineȝ in figura xp̃i et ꝓ xp̃o.
vt pȝ math.xxiij. Adam aũt fuit primꝰ
ciuis et fidelis hꝰ ciuitatis. cui p̓mo fcẗa
eſt ꝓmiſſio de xp̃o fuẗo.et primꝰ qui pro
feſſus ẽ et expectauit xp̃m fuẗum. et qui
exhibuit cultũ laẗe. et docuit filios ſuos
in quo primo eccl̃ia deſpõſata ẽ ipſi xp̃o



UVA. BHSC. IyR 068_1

p̄ fidē ⁊ spē et caritatē. Et exīde tota ciui
tas dī et ꝯgregatio fideliū xp̄m futuꝫ cre
dentiū et expectātiū fuit dc̄a spōsa xp̄i.
Eſt verum ꝙ iſta ſponſa ſemper creuit ī
fide et perfectione per ſucceſſum tempo
ris ſicut cōtinue recepit nouas promiſ/
ſiones et nouos modos colendi deum.
Nam in noe accepit nouā ꝓmiſſiōeꝫ de
xp̄o p̄ archam et ſignū arcus federis.
Per qđ p̄uidit miſteriuꝫ incarnatiōis et
nr̄e redēptiōis. Et ſic noe ꝯſtruxit altare
et obtulit aīalia mūda in ſignū fidei xp̄i
futi. Itē ipſi abraaꝫ fc̄a ē noua ꝓmiſſio
geñ. xv. Q̄n̄o dš dixit. Suſcipe celuꝫ. et
numera ſtellas ſi potes. ſic erit ſemē tu/
um ⁊c̄. Ubi credidit abraaꝫ de ſua gene
ratōe ſcđm carnē xp̄m futum et verbum
incarnāduꝫ. Ideo ꝑpter talem fideꝫ re/
putatum eſt illi ad iuſticiā. Quia in tali
fide xp̄i futuri ante circūciſiōeꝫ fuit iuſti
ficatus. vt pꝫ ad. Ro. iiij. et gala. iiij. Itē
alia promiſſio facta eſt eidem abrae geñ.
xxij. propter obedientiā ⁊ fidem. Quā/
do voluit immolare yſaac filium ſuum.
Cui deus ſub iureiurando ꝓmiſit xp̄m
ventuꝝ. et in eo oēs gentes regenerādas
et benedicēdas. Et appellauit locū illuꝫ
in quo fuit īmolatus aries ꝓ yſaac. In
mōte dn̄s videbit. vn̄ in lr̄a hebrayca ha
bet. In mōte dn̄s videbī. Quaſi dicat.
In iſto mōte vbi īmolaſti iſtū arietē do/
minus ieſus xp̄s videbī īmolari ⁊ cruci
figi ī redēptionē totiꝰ geñris hūani. De
quo miſterio dicit ſaluator. iohāis. viij.
Abraā exultauit vt videret diē meū. vidit
et gauiſus eſt. p̄ fidē ſuple. Ex quibꝰ pꝫ.
ꝙ deſpōſatio xp̄i ⁊ ecc̄lie fc̄a ⁊ incepta ē
in adaꝫ et abel. Sꝫ iam fuit magis cōfir/
mata in abraā. Et ſic vehemētiꝰ fuit xp̄s
in abraā deſideratꝰ. Iteꝫ iſta deſpōſatio
et vnio xp̄i et ecc̄lie iaꝫ fuit magis cōfir/
mata et expreſſa ⁊ figurata ī yſaac. geñ.
xxvij. qn̄o iaꝫ decrepitꝰ et cecutiēs voca/
uit eſau primogeituꝫ ſuū/ vt benediceret
eū. ſꝫ iacob ſcđo genitꝰ ſiue natꝰ ex ꝯſilio
matris ſimulato hitu ſurripuit bn̄oneꝫ
vn̄ yſaac ſentiēs fragrātiā veſtimētoꝝ
ip̄ius iacob dixit: da mihi oſculū fili mi.
Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni:
quē benedixit dn̄s ⁊c̄. In quo miſterio
preuidit yſaac totū miſteriū verbi īcarna
tiōis. ⁊ ecc̄lie cū xp̄o deſpōſatiōis ⁊ īcor
poratiōis. Preuidit eniꝫ q̄lr̄ filiꝰ dei ver
buꝫ eternū debebat oſcl̄ari hūanitateꝫ ⁊
carnē ſuſcipe de geñre ip̄iꝰ iacob. ⁊ vnire
eaꝫ ſibi ī vnitate ꝑſonali. Et p̄uidit etiaꝫ
in ſp̄u oſc̄lꝫ et deſpōſatiōꝫ ecc̄lie cuꝫ xp̄o
per miſticā vnionē. Et p̄uidit fragrātiaꝫ
veſtimētoꝝ hūanitatis xp̄i. ſ. fragrātiaꝫ
virtutū ⁊ ſanctitatis ⁊ donoꝝ ⁊ graꝝ. ⁊
fragrātiā ecc̄liaſticoꝝ ſacramētoꝝ euapo
rāteꝫ ex meritis paſſiōis. Per quā vir/
tutē ſacramētoꝝ ecc̄lia erat xp̄o deſpon/
ſanda ⁊ vniēda. Itē iſta deſpōſatio īcar/
natiōis ⁊ ecc̄lia cū xp̄o vniōis iā fuit ma
gis ꝓmiſſa ⁊ ꝯfirmata ⁊ figurata ī iacob
geñ. xxviij. qn̄o ī ſomnijs vidit ſcalā cuiꝰ
ſummitas tāgebat celū. et pars inferior
tāgebat terrā. ⁊ vidit dn̄m annixū ſcale
et angl̄os aſcēdētes et deſcēdētes ⁊c̄. vbi
preuidit iacob totū miſteriū īcarnatiōis
ſ. q̄lr̄ deꝰ erat iūgēdus hūanitati p̄ īcar/
natiōꝫ ī vnitate ꝑſone. et q̄lr̄ tota ecc̄lia
erat xp̄o vniēda ⁊ incorporāda ī vnitate
miſtica. Itē iſta deſpōſatio fuit iā magis
ꝯfirmata ī eođ iacob. geñ. xxxij. qn̄o luc
tatꝰ ē cū angl̄o ī forma viri. nec voluit ip̄ꝫ
dimittere vſqꝫquo bn̄dixit eū. vbi ſortitꝰ
eſt hꝫ nomē iſrl̄. vn̄ dixit. Uidi dn̄ꝫ facie
ad faciē. vbi iacob p̄uidit totū miſterium
incarnatiōis ⁊ ecc̄lie cū xp̄o deſpōſatiōis
inq̄ntū deꝰ ī forma hūana bn̄dixit eū ⁊c̄.

UVA. BHSC. IyR 068_1

et facie ad faciem ſibi locut⁹ ē ꝛc. Jtem hec deſpōſatio fuit magis ĩ ipo iacob cō/firmata geñ.xlix.qño benñdicēs filio ſuo iuda dixit. Juda te laudabūt fratres tui ꝛc.ꝛ nō auferet ſceptrū de iuda ꝛc. Jtē iſta deſpōſatio xp̄i et eccl̄ie iā fuit magis cōfirmata et manifeſta in plebe iſrl̄itica qño eduxit ipaʒ de ſuitute egyptiaca. et fecit ipaʒ populū ſibi peculialem ꝛ dedit ſibi legē ſpecialē.exo.xix.qño moyſes expoſuit populo oēs ſmones legis. Et reſpōdit oīs popl̄us dicēs. Oīa q̄ locut⁹ eſt dñs faciem⁹. Jtem iſta deſpōſatio xp̄i et eccl̄ie fuit iā magis manifeſta ꝛ explicita ĩ eodē popl̄o.exo.xxiiij. qño moyſes cōgregauit totū populuʒ et legit ſibi totuʒ volumē legis.ꝛ occidit.xij.victimas iux numerū tribuū filioꝝ iſrl̄.vñ tot⁹ populus reſpōdit dicēs. Oīa q̄ locut⁹ ē dñs faciem⁹.ꝛ erim⁹ obediētes ꝛc. Et tūc moyſes ad ɔfirmatiōʒ talis pacti ꝛ ꝓmiſſio/nis et deſpōſatiōis ſparſit vnā partē ſanguinis ſup populū et alterā ſup altare. Per qđ miſteriū fuit figuratū qual̄r illa deſpōſatio debebat impleri et cōfirmari per ſanguinē xp̄i futuri.ꝑ quē ſanguineʒ illud teſtamētū erat ɔfirmāduʒ. Et ſic ꝑ tale pactū ille popl̄us ꝓmittebat ſe recepturū xp̄m ventuꝝ. Jdeo moyſes effun/dēdo illū ſanguinē ſup popl̄uʒ dixit. Hic eſt ſanguis phederis.qđ pepegit vobiſcū dñs ſup cūctis ſmōib⁹ his. Jtē iſta deſ/pōſatio fuit iā magis explicita ꝛ ɔfirmata ĩ eodē moyſe et popl̄o.exo.xxxiij.cuʒ dñs de tabernacl̄o loq̄baẜ moyſi facie ad faciē: ſicut ſolet loqui amicus ad amicuʒ Cui moyſes dixit. Dñe ſi iueni grāʒ corā oculis tuis: mitte quē miſſur⁹ es ꝛc. Cui dñs finaliter miſteriū ĩcarnatiōis ꝓmiſit cū dixit. Poſteriora.i.hūanitatē meā videbis.quā hūanitateʒ vidit poſtea moy/ſes cū helia ĩ mōte thabor ĩ trāſfiguratione xp̄i. Mathei.xvij. Jtē iſta deſpōſato incarnatiōis xp̄i ꝛ eccl̄ie iam fuit magis explicita et manifeſta ipi moyſi.deut̄o. xviij. Cui de⁹ dixit. Prophetā ſuſcitabo de medio frūʒ tuoꝝ ſimilē tui: ꝛ ponam verba mea ĩ ore ſuo.loq̄turq; ad eos oīa que dixero illi ꝛc. Ex quo pʒ q̄l̄r xp̄s in lege ꝓmiſſus debebat eſſe ſimilis moyſi ĩ hūanitate. et debebat eſſe deus ymo verbū dei. q2 de⁹ debebat ponere verbū ſuū ĩ illa hūanitate et pſonal̄r nb̄ loqui et eccl̄iaʒ ſibi ꝑ legem euangelicā miſtice vnire ꝛ pſonal̄r ꝛ p̄ſential̄r oſcłari. Nā legit.exo.xx.ꝙ cū cūct⁹ popl̄us audiret voces ꝛ lāpades.et ſonitū bucine mon/temq; fumigātē. Qui pterriti ac pauore percuſſi: ſteterūt ꝓcul dicētes moyſi.nō loquat nb̄ dñs ne forte moriamur. Tūc aūt dñs ꝓmiſit mittere filiū ſuū ĩ carneʒ qui tanꝙ verū ſpōſuʒ abſq; terrore familiariter loqueret eis.et declararet eis le/gē datā/dicēs. Prophetaʒ ſuſcitabo eis de medio frūʒ ſuoꝝ ſimilē tui.ponā verba mea in ore ei⁹. loq̄turq; ad eos q̄cūq; dixero illi. Et qui verba ei⁹ q̄ loq̄tur: nō audierit: vltor exiſtā ꝛc. vt pʒ deut̄o.xviij Ex quib⁹ pʒ ꝙ illa deſpōſatio nō fuit facta ꝑ verba de p̄nti ĩ p̄ntia ſpōſi: ſʒ ꝑ ꝟba de futuro in abſentia ſpōſi per moyſen tanꝙ ꝑ ꝓcuratoreʒ xp̄i futuri. Et ꝑ ɔ̄ñs illa deſpōſatio nunꝙ fuit cōfirmata niſi ꝑ p̄ntiā xp̄i: qui ꝑ ꝟba de p̄nti familiariter locut⁹ eſt illi plebi..et deſpōſauit ſibi ipaʒ declarādo legē et ꝓphetas. Jteʒ ſequit ſcđo.ꝙ ſiml̄ cum lege data fuit promiſſus xp̄s ĩterpres et declarator legis ĩ mōte ſinay. Jtē ſequit tercio.ꝙ ſub ea/dē pena qua ſe obligauit tot⁹ ille popul⁹ ad obſuādū legē dei datā ĩ monte ſinay: ſub eadē pena ſe obligauit ad audiēdū et



UVA. BHSC. IyR 068_1

sequēdū xp̄m ī suo aduētu tanq̄ verū in
terp̄tē et declaratorē legis et ꝓphetaꝝ.
ꝑ h̄ qd̄ ait. Qui v̄ba q̄ loq̄tur audire no
luerit: vltor existā ⁊c̄. q2 simł cū lege fuit
ꝓmissus xp̄s de⁹ incarnat⁹ interpres et
declarator legis. sꝫ ꝯ hoc posset aliq̄s ista
re dicēs. ꝙ ꝓmissio hui⁹ ꝓphete nō facta
est in mōte sinay simł cuꝫ datiōe legis:
sꝫ in cāpestris moab cū moyses resume/
ret legē. vt pꝫ deutꝰ. xviij. Ad h̄ respōdē
ꝙ si bene ⁊ distincte volum⁹ attēdere ver
ba moysi deutꝰ. xviij. videbimus mani/
feste q̄liter de⁹ ꝓmisit illum ꝓphetam in
mōte oreb simł cum datōe legis. vnd̄ ait
moyses ad pplm. ꝓphetaꝫ de gente tua
et de fr̄ibus tuis sicut me suscitabit tibi
dn̄s. ip̄ꝫ audies. vt petisti a dn̄o deo tuo
in mōte oreb. q̄n̄o cōcio ꝯgregata ē. atqꝫ
dixisti. vltra nō audiam vocē dn̄i mei. et
igneꝫ hūc maximū amplius nō videbo.
ne moriar. Et ait dn̄s mihi. Bene omia
sunt locuti. ꝓphetaꝫ suscitabo eis de me
dio fratrū suoꝝ sileꝫ tui ⁊c̄. Ex quib⁹ pꝫ
ꝙ ista ꝓmissio de xp̄o futꝰ fc̄a est ī mō/
te oreb simł cū datōe legis. q2 lꝫ moyses
omisit scribere ullā ꝓmissiōeꝫ exo. scd̄o
tn̄ suplēdo explicat ip̄aꝫ deutꝰ. xviij. vbi
repetunt̄ ea q̄ ibi dicta sunt et suplentur
ea q̄ ibi fuerūt omissa. Ex quo pꝫ ꝙ ī da
tiōe legis fc̄a fuit despōsatꝰ dei cum illa
plebe in ꝑsona oīuꝫ successoꝝ. Et ꝑ p̄n̄s
illa despōsatio facta fuit ꝑ verba de futꝰ
in absentia spōsi. et ideo nō poterat ꝯfirma
ri nisi ꝑ eius p̄n̄tiaꝫ. et ꝑ incarnatōꝫ spō
si qui ī ore ad os erat pplō familiariter
locutus. et legē et ꝓphetas declaratus:
et spōsalia cōfirmatur⁹ ⁊ cōpletur⁹. vnd̄
sicut ꝑ mortē et sanguinē erat testamētū
cōfirmatur⁹. Ita ꝑ p̄n̄tiaꝫ erat spōsalia
ꝯpletur⁹. Et h̄ est osclm p̄n̄tie sponsi qd̄
petit spōsa dicēs. Osculetur me osclo oris
sui ⁊c̄. Itē q2 nō solū illa plebs isrłitica
scd̄ꝫ carnē erat xp̄ꝫ susceptura et sibi des
ponsanda ī aduētu suo/ sꝫ etiā plebs gēti
lis. Ideo despōsatio xp̄i ⁊ ecclie nō solū
fuit manifesta et fc̄a in populo isrłitico
carnali: sꝫ etiā ī poplo gētili. nā melchi/
sedech rex salem qui erat de poplo gētili
tanq̄ sacerdos dei altissimi ī fide xp̄i fu/
turi obtulit panē et vinū deo ꝑ abraā in
toto corpore mistico. vt pꝫ geñ. xiiij. Itē
iob nō de genere iacob/ sed de esau expec
tauit xp̄m ī carne ventuꝝ cū dixit. Credo
ꝙ redēptor me⁹ viuit: et in carne mea vi
debo deū saluatorē meū ⁊c̄. Iobā. xix.
Itē multi de poplo gētili exierūt de egip
to/ et iūcti sunt cū filiis isrł et cepūt legē
simul cū eis. Itē Ruth moabita de po/
pulo gētili exiuit de terra et cognatione
et iūcta ē populo isrłitico dicēs. Popul⁹
tu⁹ popul⁹ me⁹ ⁊c̄. Et sic ī ꝑsona ⁊ fi/
gura toti⁹ popłi gētilis ad fidē xp̄i vētu/
ri fuit xp̄o despōsata. Itē ista despōsatꝰ
iā fuit magis explicita et manifesta ī dd̄
cui fc̄a ē de xp̄o multipliciter repmissio
vt pꝫ. ij. R. vij. et. primo. paralipō. et ꝑ
totuꝫ librū psalmoꝝ. Itē ista despōsatio
incarnatiōis/ et xp̄i ⁊ ecclie iā fuit magis
explicita in ysa. ⁊ hier. et ceteris ꝓphe/
tis. quib⁹ fc̄a fuit reuelatio. Et maxime
in daniele. Cui nō solū misteriū incarna
tionis ⁊ passiōis xp̄i fuit reuelatū. sꝫ etiā
locus ⁊ tp̄⁹. vt pꝫ dani. ix. Ultimo autē
de ꝓpiquo ista despōsatio fc̄a fuit ⁊ ma
nifesta ip̄i zacharie. cui dictū ē ab angelo
Exaudita ē orō tua. Luce. primo. Item
fuit facta et reuelata ip̄i symeoni qui re/
sponsum accepat a sp̄ū scō nō visurū se
mortē nisi pri⁹ videret xp̄ꝫ dn̄i. Luce. ij.
Sꝫ pre ceteris clarius fuit reuelata talis
despōsatio ip̄i virgini marie ꝑ mltas epi
phanias ⁊ reuelatiōes ante diē incarna/

UVA. BHSC. IyR 068_1

tiōis: licet ignoraret pſonaꝫ de qua eſſet
filiꝰ dei carnē aſſumpturꝰ. qꝛ ſolū h̄ diuiſ
cit virgo maria expimētalr̄ qn̄o gabriel
āgelus fuit ad eā miſſus dicēs. Aue grā
plena ⁊c̄. Luce primo. vn̄ lꝫ ante non
ignoraret futuꝝ miſteriū incarnationis
tamē ignorabat modū ⁊ pſonā. ꝑut ipa
reſpōdēs angelo dixit. quō fiet iſtd ⁊c̄.
Ex toto ſupdcto diſcurſu ſequit̄ primo.
ꝙ tota eccl̄ia fideliū ab adā vſqꝫ ad vir/
ginē mariaꝫ incluſiue fuit deſpōſata xp̄o
futuro ꝑ fidē. Scd̄o ſequit̄. ꝙ t̄lis de/
ſpōſatio nō fuit fc̄ta ꝑ vba de p̄nti: ſꝫ ꝑ
verba de futuro. qꝛ ſicut xp̄s nōduꝫ erat
incarnatꝰ ſic ꝓmiſſus de p̄nti: ſꝫ de futo
Jta ꝓmittebāt ipm̄ recipe i ſuo aduētu
Unde lꝫ fides xp̄i eēt eis hitualr̄ et actu
alit̄ p̄ñs: tn̄ eiꝰ obiectū erat futuꝝ. iō ſub
t̄li fide ⁊ ſpe iuſtificabāt̄ ⁊ ſaluabāt̄. Ter
cio ſequit̄. ꝙ talis deſpōſatio nō fuit fc̄ta
illis p̄ribꝰ et fidelibꝰ pſonalr̄ et ꝑ moduꝫ
pſone p̄ntis: ſꝫ ꝑ ꝓcuratorē et ꝑ moduꝫ
pſone abſentis. Sicut multe mulieres
quoqꝫ deſpōſant̄ alicui viro abſenti per
ꝓcuratorē. q̄ quidē deſpōſatio cōfirmat̄
poſtea ꝑ p̄ntiā ſpōſi: qn̄o ipa pſonalr̄ et
preſentialr̄ videt ſpōſuꝫ. et pſonalr̄ reci/
pit eū. et oſculatur ab eo. Jta ergo ſimili
modo factū ē in illa deſpōſatiōe eccl̄ie ve
teris teſtamēti. nā nullus eoꝝ potuit eſ/
ſentialr̄ deū videre/nec locutus ē cū deo
niſi ꝑ ſubſtātiā mediā et ꝑ angelū repre
ſentātē deū. vt ait augꝰ. ſup geñ. Et ſi dr̄
ꝙ moyſes loquebat̄ deo facie ad faciem.
exo. xxxiij. Dicēdū ꝙ ibi nō ſumit̄ facies
ꝑ diuia eēntia: qꝛ talis viſio facialis fuit
negata ipi moyſi. vt pꝫ ibidē: ſꝫ ſumit̄ ibi
facies equiuoce ꝓ anglo ꝑ quē deꝰ loque
batur. ⁊ i quo deꝰ tanꝙ in facie ⁊ ꝑ faciē
repn̄tabat̄ et noſcebat̄. vt ait augꝰ. ij. d
trinitate caplo. xviij. nā deꝰ ꝑ anglos lo
quebat̄ et dedit legeꝫ moyſi. vt ait apl̄us
ad hebr̄. p̄io. et b̄tus ſtephanus act. vj.
Quō aūt intelligit̄. ꝙ moyſes vidit deū
facie ad faciē: iā declaratū ē i ꝓlogo libri
pſaloꝝ tractatu. ij. Nūc autē ſufficit
ſcire. ꝙ fideles veteris teſtamēti nō vide
rūt xp̄ꝫ niſi ꝑ fidē et per figuras ⁊ ꝑ pro
miſſiōes ⁊ reuelatiōes. Et tanꝙ venturo
promiſerunt fidem ſibi. Et in ſuo futu/
ro aduētu promiſerunt ipſum recipere.
Et ſic tanꝙ futurum promittebant ipſum
recipere Et ſic iam exhibebant ſibi late/
riam ſeruituteꝫ per figuras ſacrificioruꝫ
Et ſic pꝫ ꝙ illa deſpōſatio erat ꝑ moduꝫ
verboꝝ de futo. et ꝑ modū ꝓcuratoris.
qꝛ mediantibꝰ angelis. et ꝑ modū pſone
abſentis. Tercio ſequitur ꝙ q̄nto magis
tardabat venire xꝰ: magis creſcebat deſi
derium illius ſpōſe videdi pſonaliter et
p̄ntialr̄ ſpōſuꝫ ſuū xp̄ꝫ. et ſic vehemētius
deſiderabat accelerari aduētu ſpōſi. vt eā
repararet et libaret de maībꝰ inimicoꝝ.
et eam ſanaret. et nobilibꝰ veſtamētis di
uerſaꝝ grāꝝ ornaret et decoraret. et ſa/
cris āplexibꝰ eiꝰ frueret̄. et oſcul̄ eiꝰ ꝓſo/
laret̄. Hoc ergo deſideriū hꝰ ſpōſe ⁊ has
petitōes explicat ⁊ cātat ſpōſa i hac pri/
ma parte huiꝰ primi cātici ſalōnis i per/
ſona oīuꝫ fideliū veteris teſtamēti cū di/
cit. Oſculetur me oſc̄lo oris ſui. Jn quo
cātico ſeptē petit iſta ſpōſa ab ipo ſpōſo
Nā primo petit p̄ntialit̄ et perſonalr̄ ꝑ
incarnatiōeꝫ oſculari. Scd̄o petit trahi a
ſpōſo per perſonalē predicatiōeꝫ et vite
ſc̄titatē. Tercio petit i thalamū ſpōſi in/
troduci. Quarto plebs gētilis petit cuꝫ
plebe iſr̄litica in aduentu ſponſi ſociari.
Quinto petit a nigredīe ydolatrie deal/
bari. Sexto petit paſci pabl̄o ſacramen
toꝝ et fidei articuloꝝ. Septīo petit ſub
vmbra ſpōſi quieſcere ⁊ ꝓtegi. Scd̄o ibi



UVA. BHSC. IyR 068_1

Trahe me poſt te. Tercia ibi. Intro duxit me rex in celaria ſua. Quarta et Quinta ibi. Nigra ſum: ſed formoſa. Sexta et Septia ibi. Indica mihi q̄ʒ diligit aīa mea. Quantū ergo ad primū ē aduertēdū. q̄ oſclm dicit q̄ndā vniōnē. ſʒ q2 xp̄s q̄druplicit er erat nb̄ vniēdus. ſ. p incarnatiōeʒ ⁊ per ɔuerſationē et familiarē doctrīaʒ. et per miſticā icorporatiōʒ. et per gl̄ificatiōʒ: ꝑut ꝓmiſſuʒ fuerat in veteri teſtamēto. Ideo ſponſa hoc q̄druplx oſculū petit a xp̄o ſponſo. Et q̄druplici oſcl̄o petit oſcl̄ari. ſ. oſcl̄o incarnatiōis. Scd̄o oſcl̄o euāgelice doctrīe et familiaris conuerſatiōis. Tercio oſculo miſtice incorporatiōis et redēptōnis. Quarto oſculo gl̄ificationis. Quia ergo vt ſupdictū ē iſta ſpōſa p mltas reꝓmiſſiōes fuerat xp̄o p ꝓcuratores et verba de futuro in veteri teſtamento deſponſatā p longā morā et diſcurſuʒ tp̄oris ſpōſuʒ ſuū xp̄m expectauerat. Ideo cōfracta longa mora deſiderās preſentiā ſpōſi petit ab eo p̄ntialr̄ et pſonalr̄ oſculari. et poſita ī tali cōtēplatiōe dicit ītra ſe. Utinā ſpōſus meꝰ xp̄s oſculeṫ me oſcl̄o oris ſui p xba ð p̄nti/ ⁊ pſonaliter et preſentialr̄ p ſe ip̄m: et nō p ꝓcuratores. ſʒ loquatur ip̄e mihi p ſe/ et nō per moyſen et per patriarchas et ꝓphetas: nec p angl̄os. Sicut locutꝰ eſt ī toto veteri teſtamēto. Sed veniat ip̄e pſonaliter in carnē. et oſculetur me primo illo oſculo incarnatiōis et accipiat carnē de mea generatiōe: ſicut ꝓmiſit in principio ipſi ade/ q̄n̄o eiecit ip̄m de padiſo. et ſicut ꝓmiſit noe p ſignū arcꝰ pheder is geñ. viij. ⁊ ſicut ꝓmiſit abrae geñ. xv. et xxij. dicēſ In ſemine tuo benedicetur oēs gentes. Itē oſculetur me illo oſculo incarnationis q̄ð petiuit yſaac in pſona iacob. q̄n̄o dixit. Da mihi oſculuʒ fili mi geñ. xxvj. Et ſicut ꝓmiſit ip̄i iacob geñ. xxviij. p viſionem ſcale. et geñ. xxxij. q̄n̄o luctatꝰ eſt cuʒ angelo. Itē oſculeṫ me illo oſculo incarnationis q̄ð ꝓmiſit ip̄i dd̄. ij. R̄e vij dicēs. Suſcitabo ſemē tuū poſt te egredietur de vtero tuo. Et ſtabiliam regnum eius ineternū. et ille erit mihi in filium. et ego ero illi in p̄reʒ. Itē pſal̄o. lxxxviij Semel iuraui dd̄/ et nō mentiar. ſemen eiꝰ ī eternū manebit. Itē pſal̄o. c. xxxj. De fructu vētris tui ponam ſup ſedem tuā ⁊c. Iteʒ yſa. vij. Ecce virgo ɔcipiet et pariet filiū et vocabī nomē eius emanuel ⁊c. Itē hier. xxxi. Magnū faciet dn̄s ſup t̄rā. femina circūdabit virū. Itē ʒa. ij. Ego ip̄e veniaʒ. et hītabo in medio vr̄i ⁊c. Iteʒ ſpōſus meꝰ nō ſolū oſculeṫ me oſcl̄o īcarnatiōis: ſʒ etiā oſcl̄o familiaris p̄dicatiōis et legis euāgelice ditōis. ſicut deus ꝓmiſit moyſi. deut̄o. xviij. dicens. ꝓphetam ſuſcitabo de medio fr̄uʒ ſimilē tui in hūanitate. et ponam verba mea ī ore eius loq̄turq3 ad eos oīa q̄ dixero illi Item oſcl̄etur me illo oſcl̄o doct̄ne euāgelice de quo dixit yſa. ij. Uenite aſcēdāꝰ ad montem dn̄i et ad domū dei iacob. et docebit nos vias ſuas et ambulabimꝰ in ſemitis ſuis. q2 de ſyō exibit lex. ⁊ verbū dn̄i de hi̾lr̄eʒ. Item yſa. lij. ꝓpter h̄ ſciet ppl̄s meꝰ nomē meū ī die illa. q2 ego qui loq̄bar ecce aſſuʒ ⁊c. q2 ocl̄o ad ocl̄uʒ me videbūt ⁊c. Item hier. xxxi. Dabo legē meā in cordibꝰ hoīuʒ et ī viſceribꝰ eoruʒ ſcribā eam ⁊c. Itē nō ſolū oſcl̄etur me oſcl̄o īcarnatiōis ⁊ euāgl̄ice dotrine: ſed etiā oſcl̄o redēptiōis faciēdo me pticipeʒ ſue paſſiōis ſicut ꝓmiſit ip̄i abraā ī ſacrificio ip̄ꝰ yſaac. q̄n̄o dixit ī mōte h̄ dn̄s videbiṫ immolari pro oībꝰ ſucceſſiue. geñ. xxij. et ſic patet per totum diſcurſum li/

bri pſalmoꝝ.⁊ yſaye.l.Propter ſcelus populi mei percuſſi eum ⁊c. Item hoc idem patꝫ per totū diſcurſuꝫ legis et ꝓphetaꝝ.Itē nō ſolū oſculetur me oſclo incarnatiōis ⁊ doctrīe ⁊ redēptiōis:ſed etiā oſclo glificationis et ſue finitiōis ſicut ꝓmiſit ipi dd pſalo.xc.Protegā eū et glificabo eū.Itē pſalo.lxxxiij.Beati qui hītant in domo tua dn̄e. Et ſic pꝫ q̄r iſta ſpōſa iſto quadruplici oſclo petit a ſpōſo ſuo xp̄o oſclari in ſuo aduētu.ſ. oſclo incarnatiōis.et euāgelice p̄dicationis:et redēptiōis : et glificatiōis. Et nota ꝙ nō ſolū xp̄s oſculatᵘ ē ſpōſaꝫ ſuā eccliaꝫ iſto q̄druplici oſculo:ſꝫ etiā pater ſꝫ aliter ⁊ aliter.Nā xp̄s filiᵘ dei oſculatus eſt naturā hūanā pſonaliter ꝑ incarnatiōꝫ.q2 ſola pſona filij fuit incarnata ad quā illa vnio perſonalis fuit termiata.ſꝫ p̄r intātū oſculatᵘ eſt hūanā naturā inquantum ip̄e vniuit verbū ſuū illi humanitati.quia tota trinitas operata eſt illam benedictaꝫ incarnationem. Et ſic illud verbuꝫ eternū dicitur oſclum oris p̄ris. q2 eſt eterna ſapīa q̄ ex ore altiſſimi ꝓdijt. Et ſic p̄r ꝑ illud verbum et oſculū oris ſui oſclatᵘ ē hūanaꝫ nafaꝫ. Et ꝑ illō met verbū et oſcluꝫ pater nob̄ locutᵘ ē. et dedit legē euāgelicaꝫ.et redemit et glorificauit nos.et ſibi nos recōciliauit. Et ip̄e xp̄s dicit̃ oſclum p̄ris et oſcluꝫ inter nos et p̄rēꝫ.q2 nos ꝑ grām et adoptiōeꝫ patri recōciliauit et reuniuit. Hoc ergo oſculo oris p̄ris.ſ.v̄bo eterno iſta ſponſa petit oſclari.Itē petit oſclari ꝑ hūanitatē xp̄i ꝑ quā nb̄ fuit vnitᵘ. et ꝑ quaꝫ nb̄ p̄dicauit. ⁊ ꝑ quā nos redemit xᵘ.et p̄ri reconciliauit/⁊ vltimo nos glificabit Ideo prudēs lector cōtemplet̃ h̄ q̄druplex oſculū/quo tam pater ꝙ filius/ licꝫ nō eodē modo oſclatus ē ſpōſaꝫ ſuā.Referēdo ergo ad p̄rem:eſt iſte ſenſus.vtinam pater oſculetur me oſclo oris ſui.ſ mittēdo verbū qd̄ procedit de ore ſuo ⁊ de tota ſubſtātia ſua. qd̄ v̄bū ſumat carnem in vnitate ſuppoſiti de mea generatiōe et natura. Per quē filiū me doceat et mihi loq̄tur/et me ſibi recōciliet ⁊ glificet. Referēdo aūt ad filiū/ſenſus ē iſte vtinā filius dei ſpōſus meᵘ veīat in carnem et oſculet̃ me oſclo.ſ. doctrīa euāgelica oris ſui. et pſonalr̄ ī hūanitate loq̄t̃ mihi. et me recōciliet ſibi et p̄ri ꝑ mortē et paſſiōeꝫ .et glificet me ꝑ reſurrectiōeꝫ . Quatuor ergo petit ſpōſa ꝑ h̄ec oſclū.ſ. vniri deo per īcarnatōeꝫ.et doceri ꝑ pſonalem p̄dicatōeꝫ. et recōciliari ꝑ morteꝫ et paſſiōeꝫ.⁊ glificari ꝑ reſurectōeꝫ.Quia iſtis q̄tuor modis deᵘ oſclatᵘ ē nos ⁊ vniuit nos ſibi. Et iō xp̄s inq̄ntū aſſumpſit carnē ex hūana nafa et ex iſta generatiōe vocat eā matrē.ſed inq̄ntū docuit eā:vocat eā filiaꝫ.ſed inq̄ntū redemit eā et vniuit eam ſibi p̄ fidē ī vnitatē miſticā.vocat eam ſpōſaꝫ.et etiā inq̄tū vniuit eā ꝑ gliam.Iſta ergo ſpōſa dicit.vtinā oſcletur me ſpōſus meᵘ xᵘ mihi ꝓmiſſus oſclo oris ſui.eo modo quo dictū ē. Deinde ſpōſa ꝯuerſa ad ſpōſuꝫ alloquit̃ euꝫ apoſtrofando dicēs. Meliora ſunt vbera tua vino.q̄i dicat.iō deſidero oſculari oſculo oris tui/o xp̄e ſpōſe:q2 meliora ſūt vbera tua vino. Ad cuius intellectuꝫ eſt notandum. ꝙ cum totus iſte liber ſit methaforicus ⁊ parabolicus. ſicut ſalomon vſurpat vocabula reꝝ tēporalium trāſferēdo ad ſp̄ualia:ita etiaꝫ transfert partes ſexus feminini ad maſculinū per quādā ſimilitudinē.Et ſic vbera q̄ ꝑtinēt ad mulieres:attribuit xp̄o ꝑ quādā ſimilitudinē. nam ſicut mulier nutrit filium duplici vbere ⁊ lacte materiali : ita xp̄s



UVA. BHSC. IyR 068_1

nutrit eccłiam duplici vbere et lacte .ſ.
lacte doctrine articłoꝝ ⁊ lacte gr̃e ſacra
mẽtoꝝ eccłiaſticoꝝ. Sꝫ qꝛ iſta duo vbera
hoc duplici lacte nõ ſolũ nutriũt ⁊ refici
unt ſpũalr̃ ſpõſam ⁊ oẽs fideles: ſꝫ etiaꝫ
inebriãt eã in amore ſpõſi et delectãt in
odore virtutum: Jdeo cõparat ea vino.
Jdõ dicit. O ſpõſe iõ peto oſcłari pſona
lit̃ et p̃ntialr̃ oſcło oris tui: qꝛ vbera tua
emittẽtia lac doctne fidei articłoꝝ et gr̃e
ſacramẽtoꝝ Meliora ſunt om̃i vino.
qꝛ magis inebriãt fideles ĩ amore tuo ꝙ̃
vinũ materiale inebriat hoĩes. qꝛ trãſfor
mant fideles amãtes ĩ deũ amatũ ⁊ deſi
deratũ/ſe ⁊ mũdũ obliuiſcẽtes. quia aĩa
magis ẽ vbi amat: ꝙ̃ vbi animat. ⁊ infor
mat. Jdeo vbera tua meliora ⁊ fortiora
ſunt ad inebriãdũ/ꝙ̃ vinũ materiale. Et
nõ ſoluꝫ iſta duo vbera tua ſunt meliora
vino ad inebriãdũ ĩ amore tuo: ſed etiaꝫ
ſunt magis fragrãtia ⁊ fragrãtiora vn/
guẽtis optimis: eo qꝛ docet̃ oẽꝫ virtutẽ.
⁊ ꝓhibet̃ oẽ viciũ. ⁊ extingũt om̃e pctm

Quib⁹ virtutib⁹ fideles redolẽt ĩter
oẽs natiões ⁊ populos: magis ꝙ̃ vnguẽ
ta aromatica materialia. Et ſic vƀa tua
nutriũt ⁊ inebriãt ⁊ redolẽt ⁊ delectant
Et nomẽ tuũ ẽ p̃cioſiſſimũ et odoriferuꝫ
ſicut oleũ aromaticũ effuſuꝫ ⁊c̃. Ad cui⁹
intellectũ ẽ notãdũ. ꝙ ex mirrha et cina
momo ⁊ nardo ⁊ balſamo ⁊ ceteris aro
matib⁹ fit et cõficit̃ qddã oleũ aromati/
cuꝫ valde p̃cioſiſſimuꝫ. Eſt eĩꝫ prio valde
odoriferũ ⁊ delectabile ex cõpoſitiõe oĩuꝫ
iſtoꝝ aromatũ. ⁊ ẽ valde penetratiuũ ra
tiõe balſami. et valde attractiuuꝫ ratiõe
nardi. et ab om̃i corruptiõe p̃ſuatiuũ et
etiã curatiuũ ratiõe myrrhe. qd̃ quidem
oleũ q̃nto magis diffundit̃: magis opat̃
et penetrat et trahit et delctat. Jta ergo
ꝓprie illa pſona xp̄i ꝯfecta ex trib⁹ aro/
matib⁹ .ſ. ex v̾bo diuĩo et aĩa ratiõali et
carne. que quidẽ pſona xp̄i ẽ nomẽ dei ſi
gnificatuꝫ p illas quattuor lr̃as veteris
teſtamẽti ꝓut dictũ fuit pſałₒ. viij. Et ſi/
gnificatũ p iſtd̃ nomẽ ieſus noui teſtamẽ
ti/illud ꝑfecto nomẽ dei .ſ. verbũ ĩcarna
tũ et hũanatũ diffuſuꝫ p totũ mũdũ fuit
penetratiuũ et preſuatiuũ ⁊ ſanatiuũ et
odoriferꝫ. ſicut oleũ aromaticuꝫ effuſum
ſup capita regũ ⁊ ſacerdotũ. Nã primo
illud nomẽ p̃ſeruauit virginẽ matrẽ ſuã
ab om̃i culpa tã origĩali ꝙ̃ veĩali ꝙ̃ actu
ali·ſꝫ oẽs alios fideles ſanauit et curauit
ab origĩali. ſꝫ quoſdã preſuauit ab actua
li: ſꝫ oẽs alios ſanauit ⁊ curauit ab origi
nali ⁊ veniali ⁊ actuali. Et ſic illd̃ nomẽ
fuit pteſuatiuũ ⁊ curatiuũ. Fuit etiã pe
netratiuũ/qꝛ totũ mũdũ penetrauit. Et
fuit attractiuũ/qꝛ oĩa traxit ad ſe ip̃ꝫ/ et
totũ populũ gẽtilẽ ad fidẽ p apłos ꝯuer/
tit. Et fuit odoriferꝫ ⁊ delectabile/qꝛ oẽs
virgĩes ⁊ viri ꝯtẽplatiui currebãt ĩ odo
reꝫ ſue ſc̃titatis ⁊ virtutis. Et fuit inebri
atiuũ: qꝛ martires illo noĩe ieſu inebria
ti. ſue vite corporalis et huius mundi o/
bliti et ĩ xp̄m tranſformati/diris tormẽ/
tis ſua corpora tradiderũt. Et ideo dicit
ſponſa/o xp̄e ſponſe ideo deſidero oſcu/
lari oſculo oris tui: quia nõ ſolũ vbera
tua ſunt meliora vino ad inebriãdum. et
magis fragrãtia vnguẽtis optĩs ad d̾lec
tandũ: ſꝫ etiã qꝛ nomẽ tuũ ẽ ſuauiſſimuꝫ
et penetratiuũ et p̃ſeruatiuũ et ſanatiuũ
et linitiuũ et attractiuũ et odoriferum/
ſicut oleũ aromaticũ effuſum ſup capita
regũ et ſacerdotuꝫ et ſup ĩfirmos et ſup
capita amãtium. Et ideo adoleſcẽtule. i.
plebs et ppłs gentilis nouit̃ dilexerũt et
ſecute ſunt te. Jteꝫ p iſta duo vbera xp̄i
poſſunt intelligi duo teſtamẽta. ſ. vetus
⁊ nouũ. a quib⁹ eccłia ſponſa xp̄i iugiter

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſugit lac doctrīe ſalutis. Itē multi ſolū per vbera xp̄i intelligūt ſolā doctrinam euāgelicā. et ꝑ vinū intelligūt ſcripturā veteris teſtamenti vt ſit ſenſus. ſ. ꝙ melius eſt lac noui teſtamenti / ꝙ̄ ſcriptura vinaria cerimoniaꝝ veteris teſtamēti. ſ3 hoc videt̄ improprie dictū. Nā ſcriptura veteris teſtamēti nunꝙ̄ fuit dicta vinum ſ3 vinea. que nunꝙ̄ fuit matura nec ꝓtulit vinū niſi ꝑ xp̄m ī nouo teſtamēto. Et ſic doctrīa xp̄i euāgelica nō ſolū dicitur lac ſ3 etiā vinū. vt patuit ꝑ totā expoſitionē libri pſaloꝝ. et patebit etiā inferi⁹ cātico ſexto. vbi dicet xp̄s. Bibi vinū cū lacte meo: inebriamini amici ꝛc̄. Sic ergo doctrina xp̄i nō ſolū dicit̄ lac delectabile ꝛ nutritiuū: ſ3 etiā vinū inebriatiuū et vnguētū odoriferꝝ. Et nomē eius dicit̄ oleū aromaticū effuſu3 ꝑ totum mūdu3

In cuius virtute ap̄li demonia eiecerunt. ꝛ ꝯpetes pctoꝝ extinxerūt. ꝛ venena mortifera nō eis nocuerunt. Et ydolis cōminutis et principe huius mūdi foras eiectoꝛ oēs reges ꝛ impatores cū populo gētili iugo fidei ſubiecerunt. Eſt tn̄ aduertēdū. ꝙ inter cetera que reddūt materiā hui⁹ libri difficilē ad exponēdu3 et intelligēdū eſt diuerſitas tranſlationū q2 in mltis nr̄a trāſlatio differt a littera hebrayca. vn̄ vbi nr̄a trāſlatio hēt. oſculet̄ me oſclo oris ſui: q2 meliora ſūt vba tua ꝛc̄. lr̄a hebrayca modo pūctuata hēt ſic. Utinā oſclaret̄ me oſclo oris ſui. q2 meliores ſunt amores tui odoramentis optimis. ſicut oleū effuſu3 nomē tuū. iō domicelle dilexerūt te. Que quidē lr̄a nō differt in ſnīa in hac petitiōe. Que quidē diuerſitas trāſlatiōu3 accidit ex equiuocatōe vocabloꝝ hebraycoꝝ ꝓpter defectū lr̄aꝝ vocaliū. vt dictū fuit ī ꝓlogo libri pſaloꝝ. tractatu. vi. Unde q2 dictio hebrayca poīta in h̄ loco ē equiuoca ad vbera et ad amores. vel q2 vbera maxime trahūt hoīes ad amorem. Jdō nr̄a trāſlatio ſecuta ē vnā ſignificatō3 illius vocaboli ꝛ magis exp̄mēte3 veritatē rei.

Nam ſicut pueri ponūt totū ſuu3 amorē et delectatōe3 ī vberib⁹ matꝛ: Ita fideles in ꝯtemplatōe doctrīe xp̄i euāgelice ꝛ totius ſacre ſcripture. Itē ſicut vinū mat̄iale abūdāter et copioſe ſumptū inebriat hoīe3 trahens ip̄m ex̄ ſe: Ita pariter ymo mlto forti⁹ ꝯtemplatio doctrīe xp̄i et iuge ſtudiū ſacre ſcripture ꝑ xp̄m declarate extrahit hoīe3 ex̄ ſe trāſformādo ip̄3 ī amorē xp̄i ſpōſi ſui. Et ſic bene ꝓprie et accomodate doctrīa euāglica et grā ſacramētoꝝ dr̄ vinū inebriatiuū. et lac nutritiuū extortū et exhauſtum ex vberib⁹ xp̄i. Et dr̄ vnguētu3 odoriferū et oleum aromaticum / vt magis patebit infra. Et idō aduertat fidelis lector ad ꝓprietates vocabuloꝝ. q̄ parabolice et methaforice ponūt̄ in h̄ libro. Deinde cū dicit. Trahe me poſt te ꝛc̄. ponit ſcdā3 petitō3. nam p⁹ꝙ̄ explicuit et expoſuit cauſam ſui deſiderij et petitiōis. ſ. q2re petiuit oſclari pſonal̄r a ſpōſo: eo q2 meliora ſūt vbera ſua vino et fragrātia vnguētis optimis ꝛc̄. Jdeo in hac ſcdā petitiōe petit trahi ad amorē ſpōſi / ꝛ poſt ſpōſu3 ꝑ illa vnguēta fragrātia doctrīe xp̄i euāgelice et ꝑ p̄dicatiō3 et ſc̄titatē ei⁹. vt poſſit ſugere lac euāgelicū ꝛ grā3 ſacramētoꝝ ex vberib⁹ ei⁹. Et iō ait o xp̄e ſpōſe mi. trahe me p⁹ te ꝑ grām et legem tuā euāgelica3. Et oēs fideles currem⁹ in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ euāgelicoꝝ / et in odorē tue bone ꝯuerſatōis et exempli tue vite et doctrīe et ſc̄titatis. vt ſim⁹ bon⁹ odor xp̄i ꝑ bonā fama3 ꝛ ſc̄titatem. Ad cui⁹ intellctū ē notādu3 ꝙ tota iuſticia et ꝑfectio in q̄ fuit ada3 crea

UVA. BHSC. IyR 068_1

tꝰ ꝯſiſtebat ī q̄dā cōformitate volūtatis eiꝰ ad dīnaꝫ volūtatē. et ſic tota eiꝰ ſcitas et debitꝰ ordo ꝯſiſtebat in q̄dā rectitudīe ⁊ ſubalt̃natiōe et obediētia ꝑtiū īferioꝝ ad ſuꝑiorē. ⁊ vniuerſal̃r ſenſualitatꝫ ad rōeꝫ Et iſto mō aīa ipſius adam hēbat impe/ rium abſolutū ſuꝑ̄ corpꝰ. ⁊ ſpūs ſuꝑ̄ car nem. et ratio ſuꝑ̄ ſenſualitatē. Et iō erat dn̄s ſuoꝝ actuū tā ī effectu q̄ꝫ in affectu. eo ꝙ rō trahebat ſenſualitatē ad libituꝫ ſuū. et ſpūs carnē. Et h̄ hēbant et poſſi/ debant primi ꝑentes in ꝑ̄miuꝫ iuſticie o/ riginalis. Naꝫ intm̄ partes inferiores et om̄s alie creature obediebāt eis. Et ipſi hēbant liberū imꝑiū ſuꝑ eas: inq̄ntuꝫ ip̄i obediebāt deo. ⁊ fuerūt voluntates eoꝝ ꝯformes diuīe volūtati. Sed q̄ñ ip̄i pec cauerūt et deuiarūt a diuīa volūtate: illi co caro eoꝝ infrexit aduerſus ſp̄ꝫ. et ſen ſualitas fuit rebellis et ꝯtradixit rōi. et fuit corruptꝰ ⁊ ꝑuerſus totꝰ ordo īterior et corrupta nat̃a et ſauciata et vulnera/ ta in ſuis potētijs. Et ꝑuerſus appetitus ſenſitiuꝰ et auerſus ab om̄i bono et con uerſus ad om̄e malū. Et ſic ratio trahe/ bat ſenſualitatē ad ſe āte lapſuꝫ: ita poſt lapſum ꝑuerſo modo ſenſualitas vt plu rimum attrahit ad ſe rationem. Et ſic homo māſit ſubiectꝰ ſenſualitati et carni et mundo ⁊ diabolice ſuggeſtioni. Nam poſtq̄ꝫ ſenſualitas fuit corrupta faciliter trahit a mūdo et diabolo. Et pꝰq̄ꝫ ratio ꝑdidit imꝑiū ſuꝑ̄ ſenſualitatē. facial̃r tra hitur ab ea. Et ſic trahit ſua queq̄ꝫ volu ptas. puta ad ſuꝑbiā. auariciā. et luxuri am et cetera flagicia et vicia. Nec pōt hō ex ꝓprijs viribus ab his ſe retrahere/ nec eis reſiſtere pꝰq̄ꝫ ꝑdidit liberū imꝑiuꝫ. ni ſi iuuet̃ auxilio dī et gr̄a ꝑ ieſuꝫ xp̄ꝫ. quē deus prī ꝯſtituit mediatorē et auxiliatorē et iuſtificatorē oīuꝫ hoīuꝫ. Qui erat ven

turꝰ ad trahēdum oīa ad ſe ip̄m ꝑ odorē vnguētoꝝ ſuoꝝ euāgelicoꝝ. Et idō dicit trahe me pꝰ te ⁊c̃. Sed ad maiorē euidē/ tiā ē notādū ſcd̄m ariſto. x. methaſicice. ꝙ in vnoquoq̄ꝫ genere ē dare vnū quod eſt metrū et mēſura oīum illiꝰ generis. Sicut ē ignis ī genere calidoꝝ. ⁊ album ī genere coloꝝ. Ita ergo ꝑiter ī genere ma loꝝ moraliū datur diabolus tāq̄ꝫ metrū et cā ꝑſuaſiua oīuꝫ maloꝝ. Ita ergo eti am ꝑiter ꝑ oppoſitū deꝰ pater ꝯſtituit fi/ lium ſuū xp̄m deū et hoīeꝫ vt eēt metrū et mēſura et cauſa effectiua oīuꝫ bonoꝝ gr̄e et gl̄ie et oīum meritoꝝ et ꝑ̄mioꝝ et oīuꝫ virtutū ⁊ actuū m̄ritorioꝝ. In quē xp̄m oēs hoīes hērent inſpicere tanq̄ꝫ in exēplar ⁊ ſpeculū oīuꝫ virtutuꝫ/ ⁊ tanq̄ꝫ ducē ⁊ directorē in via virtutū. Quē oēs iuſti debebant ſequi quocūq̄ꝫ iret. Et ſic xp̄s inq̄ntū metrū ⁊ mēſura oīuꝫ bono/ ruꝫ gr̄e ⁊ gl̄ie debebat dare oībus gr̄am et gloriaꝫ pſalmo. lxxxiij. gr̄am et gl̄iam dabit dominus. Et inq̄ntū dux debebat oēs ducere et vocare. Sed inq̄ntum exē plar oēs debebāt ip̄m ſequi ꝑ imitatiōeꝫ in odorē vnguētoruꝫ ſuorū. i. ſequēdo eiꝰ ſctitatē ⁊ doctrinaꝫ ⁊ gr̄am ſac̃mētorū. ⁊ ſic expectabat̃ xp̄s vt eēt collator oīuꝫ bonorū. ⁊ dux ⁊ tractor oīuꝫ fidelium. Et norma et rl̃a oīuꝫ actuū hūanorū. pꝰ q̄ꝫ tota hūana nat̃a fuerat corrupta in a dam. Ut ſicut om̄s hoīes antea ſeq̄bant̃ fetorē corruptōis: quē ſerpēs ātiquus in ſufflauerat in adam. Ita pꝰea xp̄s trahe ret om̄s ad ſe: vt ſeq̄rent̃ odorē ſue inte/ gritatis ⁊ ſctitatis et doct̃ne ⁊ veritatis Et iō dicit ſpōſa/ o xp̄e ſpōſe veni ⁊ oſcu lare me oſcl̃o oris tui veniēdo ī carneꝫ. Et q̄r vbera tua ſunt meliora vino et fra grātia optimis vnguētis ſctitatis. Et q̄r nomē tuū eſt diffuſuꝫ ꝑ mūduꝫ ſicut oleū

UVA. BHSC. IyR 068_1

## .De primo cantico.

odoriferū. Et q꜡ ⁊ nomē tuū ē odorifeꝝ
ſicut oleū aromaticū effuſuꝫ. Et iō adoleſ
cētl'e. ſ. plebs gētiliū dilexerūt te recipiē/
do fidē odorādo tuā potētiā ī miracl'is.
⁊ tuā ſapiētiā in doctrīa. ⁊ tuā ſctītatē ī
vita ⁊ humilitate ⁊ mīa. Jdeo trahe me
poſt te. Et oēs currem⁹ in odorē vnguen
torū tuorū. ſ. grē ſacramētorū. ⁊ fidei ar
ticulorū. ⁊ donorū ſpūs ſcti ⁊ oīuꝫ aliarū
virtutū ⁊ bonorū. Jtē eſt aduertēdū
ꝙ ſicut adā rapiēs cibū ꝓhibitū ex arbo
re totū gen⁹ hūanū traxit ad pctm ſuū.
ita pariter xp̄s aſcēdens ī arborē crucis
oīa traxit ad ſe ip̄m. johānis. xij. Jdeo
dicit ſpōſa: trahe me poſt te. ⁊c. Ad
majorē intelligētiaꝫ huius particl'e ē no/
tāduꝫ. ꝙ decē vnguēta aromatica et odo
rifera effudit xp̄s in ſuo aduētu: quibus
reparauit totū genus hūanū. et ſanauit
oēs infirmitates nr̄as: ⁊ reſtaurauit to/
taꝫ ruynā et defect⁹ nr̄os. Ad quorū vn
guētorū odorē cucurrerūt et currūt oēs
fideles cuiuſcūqꝫ ſex⁹ ⁊ etatis ⁊ ꝯditōis
et ſequūtur agnuꝫ quocūqꝫ ierit. Unde
p̄mo effudit vnguētuꝫ fidei. Ad cuius
odreꝫ currebāt oēs fideles veteris teſta/
mēti: ⁊ currūt oēs xp̄iani. Scdo vnguē/
tum fuit doctrine p̄ceptoruꝫ et ꝯſilioruꝫ
euāgelicoruꝫ. Ad cuius odorē currebant
oēs apl'i ⁊ diſcipuli ⁊ turbe ſequētes xp̄ꝫ
vt pꝫ Math. xiij. ⁊ p totū diſcurſuꝫ euā
gelicū. Tercio effudit vnguētuꝫ ſctitatis
⁊ oīuꝫ virtutū in exēpluꝫ oīuꝫ iuſtoruꝫ.
ad cuius odorē currunt oēs aīe iuſte ⁊ de
uote ⁊ oēs ſtatus ⁊ ꝯditiōes hoīuꝫ puta
pueri innupteqꝫ puele iuuenes et virgi/
nes ⁊ ſenes ⁊ ꝯtinētes et vidue ymitan
tes eius ſctitatē. Quarto effudit vnguē/
tum ſtupēdoꝝ miraculoꝝ ſanādo egros
et demoniacos ⁊ ſuſcitādo mortuos ⁊c.
Ad cuius odorē currebat multitudo ma
gna languētiū/ q꜡ virt⁹ de illo exibat. Et
q꜡ videbāt ſigna q̄ faciebat ſuper his qui
infirmabātur. johā. vj. Quinto effudit
vnguētuꝫ mortis ⁊ paſſiōis ⁊ patiētie in
ſuis laborib⁹ ⁊ ꝑſecutiōib⁹. Ad cui⁹ odo
reꝫ oēs pctores vt ſanētur/ et oēs miſeri
vt ꝯſolētur in ſuis tribulatiōib⁹/ vt pate
bit in ſexto cātico. Et currebāt oēs mar
tires/ et currunt oēs afflicti. Sexto effu/
dit vnguētū ſeptē ſacramētoꝝ ī remediū
oīuꝫ ſpūaliuꝫ infirmitatū. Ad cui⁹ odo/
reꝫ currūt oēs fideles cuiuſcūqꝫ ſexus ⁊
cōditiōis. Septīo effudit vnguētuꝫ ſeptē
donoꝝ ſpūs ſancti ī die pēthecoſtes ſuper
apl'os ⁊ diſcipl'os. vñ receperūt oīa do/
na grāꝝ et genera liguaꝝ et intelligētiaꝫ
ſacre ſcripture ⁊c. Ad cui⁹ odorē currūt
oēs doctores ⁊ vniuerſaliter oēs xp̄iani.
Octauo effudit vnguētum virtutis noīs
ieſu. qđ ē nomē oīpotētie ⁊ ſapie et mīe
et ſalutis. p qđ apl'i demōes effugabāt et
mira ſigna facibant et tādē oīa ydola de
leuerūt/ ⁊ totū orbē fidei ⁊ jugo xp̄i ſub
iecerūt. Ad cuius odorē currimus oēs
indifferenter. Nono cōtinue xp̄s effūdit
vnguētuꝫ bonaꝝ internaꝝ inſpirationuꝫ
et grē actualis ad auxiliandū ⁊ roboran
dū liberꝝ arbitriū et ad mouēdam volun
tatem ad bene agēduꝫ ⁊ maluꝫ vitādum
et adīplenda diuīa p̄cepta. Ad cui⁹ odorē
currit tota hūana natura in adā viciata
et infirmata. vt in fine patebit. Decimo
effudit xp̄s vnguentū gl'ificatiōis ⁊ vltie
perfectiōis p ſuā reſrectionē gl'ioſaꝫ quā
iam comunicauit quibuſdā ſctis/ qui cuꝫ
eo reſrexerūt ad gl'iam. et comunicauit
virgini matri ſue: et comunicabit oīb⁹
iuſtis in fine mūdi. p qđ vnguētum ſana
bimur ab oīb⁹ defectib⁹ et infirmitatib⁹
corporalib⁹/ ⁊ bīficabimur in corpore ⁊
aīa. ⁊ recipiemus vltimaꝫ ꝑfectionē. Ex

UVA. BHSC. IyR 068_1

quibꝰ om̄ibꝰ pʒ ꝙ xp̄s eſt metrũ ⁊ meſ̄a
et principiũ ⁊ fons oĩuʒ gr̄aꝝ et bonorũ
et ꝑfectionũ. Hoc ergo preuidẽs in ſp̄u
ſpõſa veteris teſtamẽti q2 p̄uidebat qua/
liter xp̄s erat effuſurus ſupradicta deceʒ
vnguẽta in reparationẽ totius hũane na
ture lapſe. Jdͦ cupiẽs trahi et currere
poſt iſta vnguẽta dicit. Trahe me poſt te
curremus ĩ odorẽ vnguẽtoꝝ tuoꝝ. Jtẽ
eſt aduertẽdũ. ꝙ ſicut deꝰ exñs in archa
lignea teſtamẽti vet̄is trahebat totũ illũ
popl̄ʒ ꝑ deſ̄tũ/ ⁊ totus ille ppl̄us ſeque/
batur archã in odorẽ timiamatis et alio
rum vnguẽtoꝝ. ita pariter xp̄s figuratꝰ
per illã archã deꝰ exñs in carne ⁊ in ar/
cha hũanitatis trahebat popl̄os ĩ odorẽ
ſue p̄dicatiõis ⁊ ſcĩtatis ⁊ miracl̄orum.
Hoc ergo p̄uidẽs illa ſpõſa in ſp̄u dicit.
Trahe me o xp̄e poſt te: ſicut illa archa
trahebat illũ ppl̄m. Et curremus ĩ odo
rem vnguẽtorũ: ſicut popl̄us iſrl̄ curre/
bat poſt illã archã ⁊ tab̄naculũ odoriſe/
rum. Deinde etiã ſubdit tercio. Jn/
troduxit me rex in celaria ſua ⁊c̄. Petit
ſpõſa introduci in thalamũ ſecretorum
ſpõſi ſui xp̄i vt ibi doceat eaʒ ꝓfunda ſe/
creta miſteria q̃ latent ſub thalamo ⁊ ve
lo ſacre ſcripture. quia xp̄m ſpõſaʒ ĩ tha
lamũ ⁊ celaria ſua introducere: nil aliud
eſt/ niſi fidelibꝰ ſuis ſacre ſcripture ſecre
ta reuelare. Et ſic eſt dicẽdũ ꝙ xp̄s intro
duxit apl̄os ⁊ doctores. ſ. auguſtinuʒ et
hieronimũ et ambroſiũ in celaria et apo
thecas ſecretoꝝ aromatũ ſacre ſcriptur̄
reuelando eis altiſſima miſteria. Littera
aũt hebrayca h̄ẽt. Jntroducat me rex in
domos ſecretas ſuas. Et ſic lr̄a ẽ magis
clara. q2 iſta petitio eſt optatiua. ſʒ fre/
quẽter trãſlatio. lxx̄. ponit p̄teritũ ꝓ fu
turo et ꝓ optatiuo ꝓpter certitudinem
ꝓphetie. vt ſepius dc̄tʒ ẽ in pſalmis. Di

cit ergo ſpõſa. Utinã ſpõſus meꝰ intro/
ducat me in celaria ſua. i. ad cellas ⁊ ca/
meras ſecretas ſacre ſcripture. ⁊ ad tha
lamũ ſuũ. vbi ip̄e latet. et ad cellaria aro
matũ vbi reponũt̄ et latẽt ſecreta miſte/
ria noui teſtamẽti velata ĩ veteri teſtamẽ
to ſub vmbra cerimoniaꝝ. Quia veritaſ
euãgelica latebat ſub vmbra et thalamo
et velo ⁊ cortina illaꝝ cerimoniaꝝ. quaʒ
veritatẽ ſpõſa deſiderabat ſcire in aduen
tu ſpõſi. in quoꝝ intelligẽtia ⁊ guſtu ex/
pectabat ⁊ petebat ſpõſa letari cũ ſpõſo
ideo ſubdit. Exultabimus ⁊ letabimur ĩ
te. q̃i dicat/ o ſponſe xp̄e ſi tu introduxe/
ris me in celaria tua reuelãdo mihi diui
na miſteria/ ⁊ exhibẽdo mihi lac euãgeli
cũ ⁊ vnguẽta ſacramẽtoꝝ: tũc oẽs fidel̄s
memores vbeꝝ tuoꝝ exl̄tabimꝰ corpore
et letabimur mẽte et tota aĩa in te. ſugẽ/
do lac ſapiẽ ⁊ gr̄e vbeꝝ tuoꝝ. qͦd quideʒ
lac deſiderarũt ſugere oẽs p̄ẽiarche ⁊ ꝓ/
phete. Et iõ recti ⁊ iuſti ⁊ oẽs fideles di/
ligũt te ſuꝑ om̄e vinuʒ materiale ꝓpter
tale lac euãgelice doctrĩe ⁊ gr̄e ſacramẽ/
toꝝ. Cui lacti nullus ſapor corporalis ẽ
cõparandus. Et nota ꝙ li. ſuꝑ vinũ. põt
etiã ordĩari cũ li. memores vberũ tuoꝝ.
vt ſit ſenſus. ſ. nos memores vberũ tuo
rũ exl̄tabimꝰ ⁊ letabimur ĩ te: ſuꝑ om̄e
vinũ corporale. et iõ recti ⁊ ꝟaces guſtã
tes lac vberũ tuorũ diligũt te. Sʒ miſeri
et ceci iudei ⁊ obſtĩati ĩ ſua malicia/ quia
nolũt guſtare lac vberũ tuorũ: ſʒ currũt
poſt bona tp̄oralia. Jdeo nõ diligunt te
manẽtes ĩ vmbra legis/ nõ deſiderantes
intrare in celaria tua: ⁊ comedẽtes vina
tium ⁊ murcã ⁊ paleas. a quibꝰ xp̄s ex/
preſſit vinuʒ ⁊ oleum ⁊ granũ euãgelicũ
Et repoſuit ĩ celario ⁊ orreo ſuo: vt fre/
quẽter in expoſitiõe pſalmoꝝ dictuʒ eſt.
Jn hec ergo celaria vini ⁊ olei euãgelici

UVA. BHSC. IyR 068_1

et in apothecas aromatū. E in orreū fru
mēti euāgelici ſeperati a paleis legis pe/
tit introduci iſta ſpōſa vt ibi fruat᷑ ⁊ lete
tur cū ſpōſo. Ex oībꝰ ergo ſuꝑdictis pꝫ.
ꝙ huc vſqꝫ tria petit ſpōſa. Primo oſcu
lari ꝑ incarnationē ⁊ familiarē doctrinā
⁊ cōuerſatiōeꝫ ⁊ redēptiōeꝫ ⁊ gl'ificatiōꝫ
Scđo petit trahi ꝑ predicatiōeꝫ ſponſi ⁊
aromata euāgelica. Tercio petit intro/
duci ī ſecretum thalamū et celaria ſpōſi
vt cū eo fruat᷑ bonis ſp̄ualibus vt pꝫ. Et
notāter petit introduci in celaria ſponſi
et nō in ſoluꝫ vnuꝫ celariū: eo ꝙ xp̄s ſpō
ſus eccl'ie hēt duo celaria. ſ. vnuꝫ bonoꝝ
gr̄e in h̄ ſcl'o. in quo reponunt᷑ bona gr̄e
ſacramētoꝝ et ſecreta ſacre ſcripture. Et
hēt alterū celarium. ſ. gl'ie in quo repo/
nunt᷑ oīa bona gl'ie et fruitiōis et eterne
btitudinis. Et iō ſpōſa petit ītroduci in
hec duo celaria ſucceſſiue dicens. Intro
ducat me rex ī celaria ſua. Itē etiā dicit
ſpōſa. vtinaꝫ introducat me ſpōſus meꝰ
xp̄s in thalamū ſuū et celaria ſua/ vt ibi
reuelet et doceat me miſteria ſacre ſcrip
ture ſicut deꝰ quondā introduxit moyſē
in tab̄naculuꝫ phederis et ibi loq̄bat᷑ ſibi
familiarit᷑ tanq̄ amicꝰ ad amicuꝫ ⁊c. Ex
ſuꝑdictis pꝫ q̄liter ſpōſa ſub q̄dam me/
thafora quiqꝫ noībꝰ appellat xp̄ꝫ ſpōſuꝫ
ſuuꝫ. Nam primo vocat ip̄m oſcl'um dei
ꝓpter miſteriuꝫ incarnatiōis. ſ. vnionis
hūanitatis ad verbū. Scđo vocat ipſum
vbera dei inq̄ntuꝫ ex eo totꝰ mūdꝰ debe/
bat ſurgere copiā ſapīe et lactis euāgl'ici
Tercio vocat ip̄m nomen dei. nam ſicut
nomē vocale vl' ſcriptū notificat ꝯceptū
interiorē et notificat ꝓprietates vniꝰcuiꝰ
qꝫ rei. ita xp̄s verbū incarnatū notifica/
uit mūdo oīpotentiā et ſapiāꝫ et iuſticiā
et miāꝫ dī pr̄is. ꝓut fuit declaratū pſal'o
viij. Itē quarto vocat ip̄m oleū effuſum
odoriferꝝ rōe ſcl'itatis vite et doctne q̄ ꝑ
ꝑ̄dicatōꝫ apl'oꝝ ꝑ totū orbē fuit diffuſa.
Quinto vocat ip̄m vnguētū aromaticū
odoriferꝝ rōe paſſiōis ⁊ mīe. inq̄ntum ꝑ
vnguētū ſue paſſiōis iraꝫ pr̄is erga nos
placauit ⁊ mollificauit et vl'nera nr̄a ſa/
nauit ⁊ in eccl'iaſtica ſacramenta odoreꝫ
⁊ virtutē vnguēti paſſionis inſpirauit. q̄
quidē eccl'iaſtica ſacramēta ſunt vnguēta
paſſiōis xp̄i/ ꝑ q̄ vnguēta xp̄s nos trahit
ad ſe. ad quoꝝ odorē oēs fideles ip̄m ſe/
quūtur. ⁊ in celaria ſua introducūt᷑. Ex
quibꝰ oībꝰ ſequit᷑ ꝙ xp̄s ē ꝑ̇ncipiuꝫ et me
trū et mēſura oīuꝫ bonoꝝ hūane nat᷑e.

## Nigra ſuꝫ ſed formoſa. ⁊c.

Hec eſt q̄rta pars principalis huiꝰ primi
cātici in qua ſal'on introducit plebē gēti
lem petēteꝫ ſociari cū plebe iſrl'itica ⁊ fi
deli. ⁊ ſimul cū ea recipe xp̄ꝫ ſpōſuꝫ ſuū
vt ex vtroqꝫ popl'o fiat vna eccl'ia ⁊ ſpō
ſa xp̄i. Ad cuius intellectū ē notādū. ꝙ
lꝫ multi de popl'o gētili fuerīt ſociati po
pl'o dei ī veteri teſ. tn̄ inter ceteros tres
mulieres ſpōte fuerūt ſociate popl'o dei

In quibꝰ ꝑ̄cipue fuit figurata ſpōta/
nea conuerſio popl'i gētilis ad fidē xp̄i.

Et fuerūt figura qūo ex conuerſis de
popl'o iudayco ⁊ gētili debebat fieri vna
eccl'ia ſub vno rege ⁊ capite xp̄o. Quaꝝ
prima fuit thamar. vn̄ legit᷑ geñ. xxxviij.
ꝙ poſt vēditionē ioſeph/ iudas deſcēdēs
a fratribꝰ ſuis venit ī chānas. Et ibi di/
uertit ad codolamitaꝫ. et vidit ibi filiam
hoīs cananei noīe ſue/ ⁊ accepit eā ī vxo
rem. ex qua genuit tres filios. quoꝝ pri
mo noīe her tradidit thamar in vxoreꝫ.
Ex q̊ pꝫ ꝙ thamar erat d̄ filiabꝰ chanaan
et de ppl'o gentili. Sed mortuo ꝑ̇mo
filio iunxit eandē thamar filio ſcđo noīe
onam ī vxorē. quo mortuo abſqꝫ liberis

UVA. BHSC. IyR 068_1

reſtituit eā iudas ī domū pr̄is ſui: vt ibi
viueret ī viduitate expectādo ſelam t̄ciū
filiū in virum. tūc ip̄a thamar videns ꝙ
ſela nō libēter volebat/ymo fugiebat ac/
cipe eā in vxorem. Et ꝓuidens thamar in
ſpū q̄liter xp̄s ī lege ꝓmiſſus nō poterat
deſcēdere niſi de tribu iuda: tūc ſimłato
hītu meretricali poſuit ſe in biuio dum
iret iudas ſocer ſuꝰ ad tondendas oues.
Quā uidēs iudas putans eſſe meret̄cem
ꝯcubuit cū ea. ex q̄ gēuit phares et zarā.
ex quo phares deſcēdit xꝰ ſcōm carnem.
Et ſic phares fuit mixtꝰ ex duobꝰ pp̄lis.
ſ. iſr̄litico et gētili. Per qd̄ miſteriū fuit
figurata eccl̄ia xp̄i ꝯgregāda ex illis duo
bus pp̄lis. thamar ergo figurauit popłꝫ
gentilē ſpōte ad fidē xp̄i veturꝝ. et phares
figurauit eccl̄iaꝫ ex vtroqꝫ pp̄lo ꝯgregā
daꝫ. Et figurauit etiā phares qual̄r xp̄s
ab eo deſcendens ſcōm carnem debebat
vtrūqꝫ populum redimere et ſaluare.
Scd̄a ꝟo mulier ex popł̄o gētili que fuit
ſpōte iūcta popł̄o iſr̄litico fuit Raab. q̄
recepit ⁊ ſaluauit exploratores/que ſola
cū domo ſua fuit libata ⁊ reſuata in va/
ſtatiōe hierico. vt pꝫ joſue. vj. que quidē
raab poſtea fuit iuncta ī vxorē ip̄i ſalmō
principi tribꝰ iuda: ex qua genuit booz.
Et ſic pꝫ qual̄r etiaꝫ ip̄a raab fuit figura
populi gentilis ad fidē vēturi. Sꝫ multo
clarius fuit figura huiuſmodi ip̄a ruth.
moabita vnde ligitur ruth in primo ca/
pitulo. ꝙ orta fame ī t̄ra iuda: quidā vir
appellatus helimelech ꝯpulſus in edia
ꝓfectus eſt in terrā moab cū noemi vxo
re ſua ⁊ duobꝰ filijs. ſ. malaon et cheliō
Et f̄cm̄ ē cū moreret̄ helimelech ī terra
moab: manſit noemi orbata viro vidua
cum duobus filijs. qui acceperūt ſingu/
las vxores de popł̄o moabitaꝝ. qui poſt
decēniū ābo mortui ſūt. Tūc aūt noemi
vidēs ſe orbatam viro et ambobus filijs
decreuit redire in bethleē p̄riaꝫ ſuā. ruth
autem vna ex nuribꝰ ſuis vehemēti affectu
ſtatuit nō dimittere ſocrū ſuā: ymo veīt
cū ea ī bethleē iude. vn̄ cū noemi diceret
ſibi vt reuerteret̄ ad pp̄łuꝫ ſuū/⁊ ad dos
ſuos: ip̄a reſpōdit dicens. Populus tuꝰ
populus meꝰ ⁊ deꝰ tuꝰ deꝰ meꝰ. Et quo/
cūqꝫ p̄rexeris: ibo. Et vbi morata fueris
ego pariter morabor. Et ſic tandeꝫ ruth
moabita veīt cuꝫ noemi in bethleē viuēs
cū ea ſcd̄ꝫ legē moyſi in magna hūilitate
et pauptate. Tūc aūt accidit ꝙ tp̄re meſ
ſis ruth abijt ad agrum ip̄ius booz viri
effrathei. ⁊ ſequebat̄ meſſores colligēdo
ſpicas cadētes de manibꝰ meſſoꝝ ꝓ vita
ſuſtētanda. Uidēs aūt booz honeſtatem
et hūilitatē mulieris precepit ſibi: ne abi
ret ad aliū agrum: ſꝫ colligeret ſpicas in
agro ſuo. Et voluit vt comederet ⁊ biberet
ſimul cū meſſoribꝰ et ancillis ſuis. Que
cū fuit ſatiata reuerſa ē ad noemi ſocruꝫ
ſuam. ⁊ narrauit ſibi oīa bñficia q̄ booz
fecerat erga eā. Tūc ꝟo noemi narrauit
ſibi qual̄r iſte booz erat ꝯſanguineꝰ viri
ſui abimelech. Et ſic precepit ſibi vt redi/
ret iterꝝ ad agrū eiꝰ ad colligēdas ſpicas.
Et cū booz dormiret de nocte in area ac
cederet ad pedes eius. et coopiret ſe pa/
lio eius. et faceret oīa q̄ ſibi booz diceret
Cū aūt ruth feciſſet oīa iux̄ ꝯſiliū noemi
ſurgēs booz a ſomno ⁊ reperiēs ruth ad
pedes eius queſiuit q̄ nam eēt. illa aūt re
ſpōdit dicēs. Ego ſum ruth ancilla tua.
Expāde paliū tuū ſup ancillā tuaꝫ. quia
ꝓpinquꝰ es. Tūc īquit ille: bn̄dcta es tu
a dn̄o filia. qꝛ priorem miaꝫ poſteriore ſu/
peraſti. ⁊ non es ſecuta iuuenes paupes
ſiue diuites. Et tunc booz facto diſcurſu
ꝓpīquitatis ip̄iꝰ helimelech ſoceri ip̄ius
ruth: accepit eam ī vxorē. Ex qua genuit

UVA. BHSC. IyR 068_1

obeth.qui genuit ieſſe.qui genuit dd pa/
trē ſalonis.Et ſic pꝫ qualr̄ iſta ruth mo
abita de populo gētili cū magno affectu
iūcta fuit populo dei. Et q̄ cupiebat eſſe
ancilla: fcta ē vxor ꝛ dn̄a in domo ipſius
booꝫ:ex qua xp̄s deſcēdit ſm carnē. per
qđ miſteriū preuidit ſalon i ſpu totū mi/
ſteriū ꝯuerſiōis toti⁹ ppl̄i gētilis ad fidē
xp̄i.eo q2 ſalon erat ꝓnepos hui⁹ ruth.
Et iō frequēter ꝯtēplabat huiuſmōi mi/
ſteriū.vn̄ ꝑ hoc ꝙ ruth cū tāta hūilitate
et inſtātia adheſit ipi noemi/et ſecuta eſt
eaꝫ dicēs. Quocūqꝫ perexeris:ibo.et vbi
cūqꝫ morata fueris: morabor.populus
tuus pplus me⁹.et deus tuus de⁹ meus
ꝛc. Per hoc ꝑuidit ſalon in ſpu qualiter
poplus gētilis dimiſſa ydolatria et om̄i
ritu ſupſtitioſo cū magna hūilitate debe
bat venire ad fideꝫ xp̄i. et recipe eius le/
gē euāgelicā.Et debebat adherere cū cō/
uerſis de plebe iſrlitica/ꝛ cum eis ſimul
fieri vnus poplus xp̄ianus et vna eccl'ia
ſub vno xo deo et vno capite xp̄o. Et ꝑ
hoc ꝙ iſta ruth cū ſua hūilitate ꝛ magna
perſeuerātia ea q̄ colligebat ſpicas poſt
meſſores.ꝛ deſiderabat eſſe ancilla: fcta
eſt dn̄a domus ꝛ copulata i vxoreꝫ ipſius
booꝫ.Per hoc ꝑuidit ſalon i ſpu.qualr̄
plebs gētilis que nunq̄ hūerat legeꝫ nec
ꝓphetas. ſꝫ deſiderabat colligere ſpicas
poſt aplos:poſtea ꝑ ſuā hūilitatē ꝛ fideꝫ
iūcta fuit i ſpōſam xp̄o ſpōſo ſuo.ꝛ fuit
dn̄a principalis i eccl'ia:ſynagoga repro/
bata.et ipa que cupiebat colligere ſpicas
ſacre ſcripture poſt aplos:fcta eſt poſtea
dn̄a totius meſſis ſcripture ſacre. Quia
ꝑ maiori parte oēs doctores qui expoſu
erūt ſacrā ſcripturā vtriuſqꝫ teſtamenti
fuerūt ꝯuerſi de pplo gētili.vt pꝫ de euſe
bio ꝛ ambroſio et auguſtino et hieronīo
ꝛc. Itē per hoc ꝙ Ruth ſole denigrata
lauit faciē ſuā et expoliauit ſe vilib⁹ veſti
mentis ꝛ induit ſe nouis veſtimētis qn̄o
venit de nocte ad lectū ipſi⁹ booꝫ: ꝑ hoc
preuidit ſalon i ſpu q̄liter plebs gentilis
ſorde et eſtu ydolatrie denigrata lota et
dealbata a nigredine ydolatrie/ꝛ expoli
ata ab om̄i falſa ſupſtitiōe ꝑ fideꝫ/ debe/
bat indui nouis veſtimētis fidei/et iungi
ſpōſo ſuo xp̄o.et debebat renouari veſti
bus nuptialib⁹ in domo xp̄i ſpōſi ſui. et
debebat vngi baptiſmo ꝛ chriſmate ſalu
tis/ꝛ lauari ꝛ dealbari a nigredine pc̄to
rū ꝛ ſorde ydolatrie.Et ſic tota eccl'ia ex
iſtis duob⁹ populis ꝑ fidē ꝯgregata debe
bat viuere ſub vno ſpōſo ꝛ paſtore xp̄o.
Itē ꝑ h̄ ideꝫ ꝑuidit xp̄m ex vtroqꝫ pplo
naſciturꝫ.Et ꝑ h̄ ꝙ xp̄s ex vtroqꝫ poplo
erat ſm carneꝫ naſcitur⁹/ꝑuidit i ſpu q̄lr
vtrūqꝫ poplm xp̄s erat ſaluatur⁹. Pre/
uidēs ergo ſalomō in ſpu ſpōtaneā ꝯuer
ſionē popl̄i gētilis ꝛ vnionē eius cū con/
uerſis de poplo iſrlitico ſub vno ſponſo
et paſtore xp̄o in vna eccl'ia.ꝑ oīa miſte/
ria ſupdicta ꝛ maxime ꝑ miſteriū ipſius
ruth moabite.in qua maxime et clarius
fuit figurata ꝯuerſio gētiū. Ideo in hac
q̄rta pte hui⁹ p̄mi cātici introducit plebē
gētilem ſorde ydolatrie denigratā veniē
tem tanq̄ oueꝫ pditā ꝛ pegrinā: cupiētē
et petētem cū plebe iſrlitica et fideli ſoci
ari ad recipiendū ſpōſuꝫ ſuū ꝛ paſtorem
xp̄m.Ubi duo facit. naꝫ primo facit qđ
dictū eſt.ſcđo ꝯuerſa ad xp̄m petit ab eo
tanq̄ a xo paſtore paſci.ꝛ ſub eius vm/
bra quieſcere et ꝓtegi.ibi. Indica mihi
quē diligit aīa mea. Quātuꝫ ergo ad
primū vidēs iſta plebs gentilis/ ꝙ plebs
fidelis et iſrlitica fuerat iam diu ab adaꝫ
vſqꝫ ad ſalomonē ꝑ verba de futuro xp̄o
deſpōſata.ꝛ videns ꝙ ipa quōdā deuia/
uerat a fide vni⁹ dei ad ydola per chaꝫ et

UVA. BHSC. IyR 068_1

nemroth et zoroaſtē ⁊ ninuʒ ⁊ alios qui inceperūt ydola colere. ⁊ videns ſe tali ſorde ⁊ eſtu denigratā. et vidēs ꝙ plebs fidelis petebat a xp̄o ſpōſo perſonaliter oſculari ⁊ trahi. ⁊ ad thalamū eius ītro duci. Jdō rogat filias hiers̄m. ſ. plebē fi/ delēʒ. ne deſpiciat eaʒ in tali expeditione ſʒ recipiat eam in ſua ſocietate ad recipi endū xp̄m. quia lʒ ipa plebs gētilis eſſet denigrata foris ꝑ ydolatriā: tamē ipa ita erat pulchra quo ad naturaʒ ſicut plebs fidelis. qꝛ ita erat ad ymaginē dei creata ⁊ ꝑ cōſequēs ita erat capax fidei ⁊ btītu dinis ſicut ipa. Jtē qꝛ xp̄s ita erat ex ipa plebe gētili naſcituꝰ ſicut de iſrl̄itica. et ꝑ cōſequens ita erat ipam redempt̄us. Jdeo dicit iſta plebs gētilis o filie hiers̄. i. plebs iſrl̄itica ⁊ fidelis que videtis dn̄m ꝑ fidē recipite me ī v̄ra ſocietate vt chriſtꝰ ſpōſus oſculetur me ſiml' vobiſcuʒ oſc̄lo oris ſui ꝑ īcarnatiōeʒ. et trahat me ꝑ le gis euāgelice p̄dicatiōeʒ. ⁊ introducat m̄ in celaria ſua ꝑ redēptionē et ſecretoꝛuʒ reuelationeʒ quia ita eſt naſcituꝰ ex me ſc̄dʒ carneʒ. ſicut ex vob̄. Et nolite me cō ſid̄are ꝙ fuſca ſim. nam lʒ ſim nigra per pc̄tʒ. tn̄ ſuʒ formoſa ꝑ naturaʒ. qꝛ ad yma ginē et ſimilitudinē dei ſū creata qꝛ cūcta qui fecit ds̄ erāt valde bōa. ſʒ poſtea of fuſcauit et decolorauit me ſol. ſ. eſtꝰ pc̄ti et ydolat̄e. eo ꝙ nō vixi ſub vmbra et fi de vniꝰ dei. Et poit' hic ſol effectiue ꝓ eſtu cōburente et denigrante. Et ſic ponit' cā ꝓ effectu. et iō fui denigrata ꝑdēdo albe dinē fidei quā hūit adā et Seth et Enos et Noe et ceti p̄res mei. vn̄ iſta nigredo accidit mihi ex īfidelitate. qꝛ filij eue ma tris m̄e pugnauerūt ꝯ me iſto modo. nā ipē chā ⁊ nemroth ⁊ niuꝰ ⁊ ceti ydolatre qui fuerūt filij eue matris m̄e qꝛ oēs de ſcēdimus ab vna matre eua ⁊ ab vna ge neratiōe ipius noe. et etiā oēs moabite filij loth et oēs hiſmaelite et ydumei de/ ſcendūt a thare ⁊ vxore ſua matre abrae et aram. Et ſic oēs iſti filij matris mee pugnauerūt cōtra me decipiēdo aiaʒ me am/ ⁊ denigrādo eam ꝑ ydolatriā. Jſti eiʒ filij matris mee eue vel melche poſue rūt me cuſtodē. i. cultorē in vineis ydola trie. i. cōmouerūt me ⁊ docuerūt me fal ſos ritus ydoloꝝ. et coegerūt me cuſto/ dire ⁊ obſ̄uare deteſtabiles ritus ⁊ ſup/ ſtitiones ydoloꝝ. Et ſic vineam meaʒ nō cuſtodiui. i. nō colui. i. legē nature quaʒ deus tradidit ipi adam et noe et melchi/ ſedech ⁊ abrae ⁊ ipi iob ⁊ ceteris fideli/ bus non cuſtodiui nec ſ̄uaui. Quia illa erat vinea mea ꝓpria quā deꝰ tradiderat patribꝰ meis ſup̄dictis colēdaʒ. Jn cuiꝰ cultura ſub fide xp̄i vēturi fuerūt ſaluati Sʒ venerūt ſup̄dicti filij matris mee et relicta v̄a vinea dei/ declinarūt ad falſaʒ vineā ydolatrie. ⁊ illā docuerūt me ſ̄ua re. Et ſic in tali ſorde ⁊ eſtu pc̄toꝝ poſita extra vmbrā fidei vniꝰ dei fui denigrata et abobinabilis fc̄ta q̄ntū ad extra. ſʒ nō reſtat quin maneat ymago dei ī aīa. ſ̄m q̄ ſum capax fidei ⁊ grē redēptionis. Et idō lʒ ſim nigra ad extra ſicut tab̄nacula cedar que ſunt nigra ⁊ ſcalica ꝓpter ar/ dorē ſolis: tn̄ ego ſuʒ formoſa natural'r abintra. inq̄ntū ſum ad ymaginē dei. Et ſic ſum formoſa abītra ſicut pelles. i. cor tine tēpli ſalomōis. nā ſicut tēpluʒ ſalo/ monis abītra eſt totū ornatū et pulchrū cortinis ſericis ⁊ aureis ⁊ diuerſoꝝ colo rū. ita deꝰ ornauit aīam meā donis natu re. ſ. quinqʒ ſenſibꝰ corporalibꝰ/ ⁊ tribuſ ſp̄ualibꝰ potētijs ⁊ incorruptibilibꝰ. ſ. in tellectu ⁊ memoria ⁊ volūtate quibꝰ ſuʒ capax ad grām ⁊ redēptionem ⁊ gl'iam. pc̄l' pulſa nigredine ydolatrie ⁊ peccati.

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De primo cantico.

Ergo o filie hieruſalē nec me deſpicia
tis nec recuſetis me ī vr̄a ſocietate recipe
ad oſculādū ſpōſum ī ſuo aduētu. vt ſi/
mul viuamus ſub vno ſponſo ⁊ paſtore
xp̄o. et ſub vna lege et fide et baptiſmo.
Ex ſupdictis pꝫ. ꝙ Ruth moabita cum
thamar et raab tanꝗ ꝓcuratrix totius
plebis ⁊ popl'i gētilis venit figura ad ple
bē iſrl'iticā petēs ſimul cuꝫ ea ſociari ſub
eodē diuino cultu ⁊ fide xp̄i futuri. vt ſi/
mul populus gētilis ſaluaret in xp̄o cuꝫ
plebe iſrl'itica et fieret vnus pp'lus cū ea
Et ſic Ruth ī pſona totiꝰ populi gētilis
dicebat. Nigra ſum ſꝫ formoſa. No/
tādū ē etiā. ꝙ nō ſolū ſupdicte tres mu
lieres erāt de populo gētili: ſꝫ etiaꝫ oēs
xij. ꝑiarche fuerūt filij mulieꝝ de popl'o
gētili. Uñ iacob qui et iſrl' ꝑmo genuit
ſex ꝑiarchas ex lya filia laban hominis
gētilis. Scd'o genuit duos. ſ. Joſeph et
benjamin ex rachel filia eiuſdē labā. Ter
cio genuit duos ex celfa/ ⁊ duos ex vala
que ambe erāt ancille ⁊ de popl'o gētili.
Et ſic pꝫ qualr' oēs. xij. ꝑiarche erāt filij
mulierū de popl'o gētili. que libenter ad
heſerūt ipi iſrl'i. Et etiaꝫ pꝫ qualr' iſrl' ex
mulieribꝰ alienigenis de popl'o gētili ge/
nuit oēs. xij. ꝑiarchas. ex quibꝰ fuit mul
tiplicatus totꝰ popl'us iſrl'. Ex ſupdictis
ergo ſequit'. ꝙ plebs iudayca moderna
falſo ⁊ ſtulte ⁊ inaniter gl'iat' de natura
ſua. Nam ⁊ ſi vult incipe naturā ſuā ab
abraaꝫ. ipe erat ex gentibꝰ dijs alienis et
ydolis ſuiētibꝰ. vt pꝫ Joſue vltimo. Si
aūt vult incipe naſaꝫ ſuaꝫ a iacob et duo
decim ꝑiarchis. ipi erant oēs filij ſuitu/
tis et mlr'ieꝝ de popl'o gētili. Unde iacob
precio ſuitutis emit duas vxores. ſ. lyaꝫ
et rachel. Unde ipe dixerunt. Pater nr̄
vēdidit nos et comedit ꝑciuꝫ nr̄m. vt pꝫ
geñ. xxxij. Et ſic pꝫ qlitēr oēs ſunt filij
ſuitutis. Item ſuitus iſtoꝝ magis pa/
tuit ī captiuitate egypciaca. vbi fuit ſub
oneribꝰ dorſum eiꝰ. et manꝰ eius ī cophi
no ſuierūt. Item magis patuit in terra
ꝑmiſſiōis tp̄re iudicū vbi decies fuerunt
traditi ſuituti finitimoꝝ. Itē legit'. ꝑ. ꝑ
ali. Scd'o ꝙ ſal'on ꝗſiuit et nūerauit oēs
proſelitos in terra iſrael numero. C. liij.
et. dc. de numero quoꝝ deſtinauit. lxx. ꝗ
humeris onera portarēt. Et lxxx. qui la/
pides de mōtibꝰ cederēt. Ex quo ſequit'.
ꝙ oēs illi erāt aduēticij de gētilitate ad
iudayſmuꝫ. ex quibꝰ maxia ps iudeoꝝ de
ſcendit. Ex quo ſequit' ꝙ totꝰ popl's iude
orum eſt filius ſuitutis ſcd'm carnē et de
popl'o gentili. Et ſic nō hēt vnde gl'ietur
de naſa ſua ſꝫ magis vñ vilipēdat'. De
inde cū dicit. Indica mihi quē diligit aīa
mea ⁊c. Petit iſta ꝑegrina. ſ. plebs gen
tilis ſiml' paſci cū ſpōſa et ꝓtegi ſub vm
bra ſpōſi. Ad cuiꝰ itellctū ē primo no
tādum. ꝙ ſal'on ſumit pabolam ex miſte
rio nubis obūbrātis tabnacl'uꝫ. vñ legit'
exo. vltio. ꝙ pꝰꝗ tabnacl'ꝫ dn̄i fuit fabri
catū et erectū. et archa teſtamēti ꝑpoſita
īfra tabnacl'uꝫ. ilico ꝗdā nubes obūbra/
uit et īcubabat ſup tabnaculū. ꝗ quidem
nubes ꝗtuor faciebat. Nā ꝑmo ꝑ totaꝫ
noctē illūiabant totū tabnacl'ꝫ circūqꝫ
in die aūt obūbrabat ipm ꝓtegēdo ab ar
dore ſolis et caumatibꝰ. Scd'o dirigebat
totū exercitū ꝑbendo ſibi ducatū ꝑ totū
deſtuꝫ. qꝛ ad motū illiꝰ nubis mouebat'
et dirigebat' totus exercitus. Tercio illa
nubes pluebat māna ad refectōeꝫ et nu/
tritiōꝫ totiꝰ exercitꝰ. quo cibo totꝰ exerci
tus paſcebat'. Illa ergo nubes illumina
bat et ꝓtegebat et dirigebat et paſcebat
illum. Per quod miſteriū ꝓuidit ſalomō
ꝗlit' xꝰ filiꝰ dei debebat cubare ī tabnacl'o
eccl'ie tanꝗ caput et ſedere in thalamo eiꝰ

c

UVA. BHSC. IyR 068_1

tanq̄ ſpõſus. Et q2 ſpũs ſcẽs debebat ĩ
cubare ſup̄ totã eccliã et obũbrare eam
et illũinare et ꝓtegere et regere et paſce/
re eã pabulo eccliaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ.
Quia ſpũs ſcẽs iugiter pluit ſup eccliam
mãna ſacramẽtoꝝ et gr̃aꝝ et donoꝝ. Ex
ſup̄dicto ergo miſterio accepit ſalõn pa
bolam ad petendum paſci et quieſcere et
ꝓtegi et dirigi in eccliam xp̄i ſub vmbra
ſpũs ſcti. Secūdo ẽ notãduꝫ ꝙ ſicut ſupius
ſalõn ĩtroduxit plebẽ iſrliticã et fidelem
ad loq̄nduꝫ ſb̄ methafora ſpõſe. Jta hic
introducit plebeꝫ gentilẽ ſub methafora
ꝑegrine et gregis errãtis. Et cã huius di
uerſitatis eſt. nam plebs fidelis ſemper
mãſit colona et ciuis in ciuitate dei ĩfra
muros fidei xp̄i futuri ab adam vſqꝫ ad
aduẽtum xp̄i. Et ſic ſemꝑ fuit ſpõſa xp̄i
per fidẽ. Sꝫ plebs gẽtilis poſtq̄ deuiaue
rat a fide vni⁹ dei poſt noe et declinaue/
rat ad ydolaꝫ ſemꝑ errauerat ex ciuitatẽ
dei tanq̄ pagana ⁊ ꝑegrina ⁊ tanq̄ ouis
q̄ ꝑierat ſine paſtore vero et ꝓꝓo. ducta
ꝑ diabolũ/ ⁊ denigrata ſorde ydolatrie et
oĩuꝫ vicioꝝ. Et iõ ſalõn in h̄ ꝑmo cãtico
introducit plebẽ iſrliticã et fideleꝫ tanq̄
ſpõſaꝫ ad loquẽdũ cũ ſpõſo ſuo xp̄o. cui
ab initio fuit deſpõſata ꝑ ꝟba de futuro
vt dictũ ẽ. Sꝫ plebẽ gẽtileꝫ introducit ad
loquẽdũ tanq̄ ꝑegrinã ⁊ ouẽ ꝑditã que/
renteꝫ paſtoreꝫ qui paſcat eam et ꝓtegat
ſub vmbra ſua ⁊ dirigat et illuminet eaꝫ
Unde ſicut illa petit ꝑſonalr oſculari et
trahi ⁊ introduci in thalamũ tanq̄ ſpon
ſa a ſpõſo: Jta iſta ouis ꝑdita ⁊ ꝑegria
et erratica petit paſci ⁊ ꝓtegi ⁊ dirigi a
xp̄o vero paſtore. Et iõ iſte libellus ꝑtiꝫ
dr̃ epithalamiũ. i. cãticũ ſpõſale ſiue nup
tiale inq̄ntũ ecclia introducit̃ ad loq̄ndũ
tanqꝫ ſpõſa et x⁹ tanqꝫ ſpõſus. Et ꝑtim
dr̃ bucolica q̄daꝫ inq̄ntũ ecclia ĩtroducit̃
tanqꝫ ouis ſiue tanqꝫ grex ouiũ et tanqꝫ
ꝑegrina ad loq̄ndũ paſtori ſuo xp̄o. Et et
dr̃ q̄dã georgica inq̄ntũ ecclia introducit̃
ſb̄ methafora vinee aut agri aut orti. Sꝫ
oĩa iſta poſſunt cõꝑhendi ſub methafora
bucolica et cantico bucolico. Unde can/
ticuꝫ bucolicum dicit̃ canticũ paſtorale.
in quo ĩtroducũtur paſtores ad loq̄ndũ
de ouib⁹ et armẽtis et de paſcuis et fruc
tibus et florib⁹ et arborib⁹. vt pꝫ ĩ buco
licis theocriti et virgilij. Jta ergo ꝑiter
facit ſalõn ĩ iſto libro. nam ſicut virgili⁹
introducit ĩ bucolicis poetas tãq̄ paſto
res loq̄ntes de regibus ſb̄ methafora al
tiſſimaꝝ arboꝝ et magnoꝝ leonũ. Et lo
q̄ntes de populis ſub methafora arbuſta
rum et miricaꝝ. cũ dicit ĩ quarta egloga
Sicilides muſi paulo maiora canamus.
Si canimus ſiluas ſilue ſint conſule di/
gne ⁊c. Jta pariter ſalomon in hoc li/
bro ĩtroducit xp̄m nõ ſolũ tanq̄ ſpõſuꝫ
ſed tanq̄ paſtorẽ et arborẽ altiſſimã ꝑbẽ
tem vmbrã et refrigeriũ toti ecclie. Et
ꝑ capream et ceruos capoꝝ intelligit pa
triarchas et ꝓphetas. Et ꝑ paſtorẽ q̄noꝫ
intelligit aplos. Et ꝑ mala gramata in/
telligit mres. et ꝑ poma et cetos fruct⁹ ĩ
telligit doctores et ꝓfeſſores. Et ꝑ lilia ĩ
tlligit virgĩes. ⁊ ꝑ vineã ⁊ ortũ ⁊ agrũ ĩ
tlligit totã eccliã fidliũ. Et ꝑ cuſtodes vi
nee intlligit reges ⁊ ꝑlatos. vt lati⁹ pate
bit ꝑ totũ iſtũ librũ in quo in magnã ꝑtẽ
ꝓcedit̃ mõ bucolico et georgico. vnde q2
ſalõn loquit̃ d̾ ecclia cõgregata ex duob⁹
ꝑplis. ſ. iſrlitico et gentili. iõ loquit̃ in h̄
libro ſub duplici ſtilo. nã q2 plebs iſrliti
ca venit ad xp̄m tanqꝫ ſponſa q̄ diu ante
fuerat ſibi ꝑ fidẽ ꝑ verba de fuſo deſpon
ſata. iõ introducit ĩpam tanqꝫ ſpõſam.
Sed q2 plebſ gẽtilis venit ad xp̄m tanqꝫ
ouis ꝑdita et ꝑegrina et exnea: iõ in eius

UVA. BHSC. IyR 068_1

petitiõe ꝓcedit modo bucolico mutãdo ſtilũ: vt ſatiſfaciat vtriq; populo. Unde ſicut virgilius ĩ prima egloga ĩtroducit ad loq̄ndũ. Titirũ ⁊ Melibeũ. Melibe⁹ enĩ reputabat titirũ felicē. eo q2 quieſce bat ſub vmbra et fauore octouiani augu ſti. Ideo cupiens cu; eo quieſcere dicit. Titire tu patule recumbãs ſub tegmine fagi. Siluestrē tenui muſa; meditaris an eua. Nos patrie fines et dulcia linqui/ mus arua. Nos p̄ria; fugim⁹. tu titire lē tus ĩ vmbra. Formoſa reſonare doces a mari lida ſiluas ⁊c. Ita ergo piť iſta ple bs gētilis que tanq̄ꝫ ouis perdita erra/ uerat veniēs eſtu ydolatrie ſordida ⁊ de nigrata/ vidēs plebē iſrl̄iticā veniēte; ad paſcendũ ⁊ quieſcēdũ cũ ſp̄õſo: petijt ſi/ bi ſociari/ vt dictũ ē. S; cõuerſa ad xp̄m petit paſci ⁊ ꝓtegi ſub vmbra ei⁹ ſiml̄ cũ plebe iſrl̄itica dicēs ad xp̄m verũ paſto/ rem. o xp̄e quē diligit aĩa mea/ indica mi hi vbi ⁊ in quo agro et in quib⁹ paſcuis paſcas oues tuas fideles. Et indica mi/ hi quibus paſcuis et quo pabulo ſacra/ mentorum et gratiarũ ⁊ donorum paſ/ cas eas: vt ſimul paſcas me cu; eis. Itē indica mihi eccleſiam nube ſpiritus ſcti obũbratã et protectã et directa; vbi cu/ bes in meridie. i. in ardore ſolis ⁊ ĩ eſtu b⁹ mũdi. quã eccl̄ia; tu ꝓtegis ſb̄ tua vm bra ab imbrib⁹ et caumatib⁹ ꝑſecutionũ hui⁹ mũdi. Et etiã indica mihi illã celeſtē mãſionē vbi tu cubas ꝑ gl̄ia; in meridie eternitatis ſine nocte. vbi paſcis beatos illa celeſti fruitiõe ſine aliquo defectu cũ om̄i ſecuritate. vñ o xp̄e x̄e paſtor deus ego peto vt paſcas me in tua eccl̄ia. ⁊ ꝓ tegas ⁊ regas me ſub tua vmbra: ne va/ gari incipiã poſt greges. i. poſt populos ſodaliu; tuoꝝ. ſ. regũ ⁊ principũ de po/ pulo gētili. vñ oēs reges ⁊ principes di/ cũtur ſodales ⁊ ſocij dei: inq̄ntũ cõmiſit eis vices ſuas in mũdo vt regãt popl̄os et regna. Quia oĩs poteſtas a dño deo ē Et ſic reges tanq̄ꝫ vicarij ⁊ ſodal̄s dei re gũt mũdũ. Et ſic reges et p̄cipes et iu/ dices dicũtur dij terre. vt p; exo. xxij. et pſal̄o. xlvj. ⁊. lxxxj. Et etiã dij gentiũ. ſ. ydola dicebãtur ſodales dei q̄ntũ ad exi ſtimatiõe; ⁊ opinionē vulgi gētilis. qui ydola deos putabãt et ſocios magni dei toti⁹ nature. dicit ergo iſta plebs gētilis o xp̄e quē diligit aĩa mea: ĩdica mihi vbi paſcas ⁊ vbi cubes in meridie. et recipe me ſimul cũ plebe iſrl̄itica: ne tanq̄ꝫ ouiſ ꝑdita vagari et errare incipiam poſt gre ges principũ ſodaliũ tuoꝝ. nec poſt gre/ ges ydoloꝝ ⁊ poſt deos gētiũ/ qui repu/ tãť dij apđ vulgus. nã ſicut tu diceris ds̄ iſrl̄ita ĩpi dñr dij gētiũ. Et ſic dñr dij ſo lo noĩe: ſ; nõ re vera. Et iõ decepũt me et denigrauerũt me mlt̄iplici ſorde pcti cum ſua deteſtabili ſuperſtitione.

## Si ignoras te o pulchra ⁊c.

Hec eſt ſcđa pars principalis hui⁹ primi cantici in qua xp̄s ſp̄õſus et paſtor p̄bet gratioſu; rñſu; p̄fate pegrine annuēdo petitiõib⁹ ſuis. ꝓcedēdo modo bucolico. Ad cui⁹ ĩtell̄ctũ ē notãdũ. q̄ ſicut ĩ p̄ma egloga virgilij tytirus ãnuit precibus et petiõib⁹ melibei petētis quieſcere ⁊ paſ/ ci ſb̄ tegmĩe fagi cũ eo. dicēs ĩ fiñ egloge Hic tñ hac mecũ poteris requieſcere noc te. Frõde ſup viridi ſũt nb̄ micia poma. Caſtaneeq; molleset preſſi copia lactis. Et iã ſumma ꝓcl̄ villaꝝ culmĩa fumãt. Maioreſq; cadũt altis đ mõtib⁹ vmbre. Ita ergo pariter xp̄s paſtor ãnuit peti/ tionib⁹ hui⁹ pegrine et ſp̄õſe petēti paſci et quieſcere ſub vmbra ei⁹. q2 recipit ea; vt paſcať in eccl̄ia ſua. et quieſcat ſub ei⁹



UVA. BHSC. IyR 068_1

vmbra.vt patebit in tercio cãtico.vbi di
cit.Dilectꝰ meꝰ mihi ⁊ ego illi.qui paſci
tur inter lilia:donec aſpiret dies et incli
nẽtur vmbre ⁊c̃.Annuẽs ergo xp̃s ſpon
ſus ⁊ paſtor petitioni huiꝰ ꝑegrine dicit.
O plebſ gẽtilis tu dicis/ꝙ venis denigra
ta eſtu ydolatrie.⁊ ꝙ filij matris tue po
ſuerũt te cuſtodẽ in vineis ydolatrie. Et
iõ petis dealbari ⁊ ſociari cũ plebe iſrli/
tica ſpõſa mea.Et petis paſci et ꝓtegi et
dirigi ſub vmbra eccl'ie mee.ne incipias:
ymo ne ꝓcedas vagari ⁊ errare vltra pꝰ
veſtigia regũ ⁊ principũ mũdi et falſorũ
deoꝝ.Ideo dico tibi.ꝙ ſi ignoras te. et
ponit̃ ſi ꝑ.i.q2 huc vſq3 ignoraſti te : nõ
cognoſcendo creatorẽ tuũ et verũ deum
ambulando poſt falſos deos.et q2 igno/
raſti legẽ ⁊ ꝓphetas.iõ egrede ab ydola
tria ⁊ falſa ſuꝑſtitiõe ydoloꝝ.⁊ abi poſt
veſtigia gregũ meoꝝ fideliũ3 ſequẽdo le/
gem euãgelicã ⁊ paſce edos et filios tu/
os ĩ eccl'ia mea iux̃ tab'nacula paſtoꝝ.ſ.
p̃riarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ apl'oꝝ.quos po
ſui paſtores in eccl'ia mea.vnde p̃riarche
docebũt te aduẽtũ meũ ꝑ figuras ⁊ pro/
miſſiones.⁊ ꝓphete ꝑ vaticinia. et apl'i
annũciabũt tibi aduẽtu3 meũ ⁊ miſteriũ
incarnatiõis ⁊ redẽptiõis ꝑ predicatiões
euãgl'icã.Ergo abi pꝰ veſtigia.i.pꝰ p̃dica
tõ3 eoꝝ.⁊ imitãdo vitã eoꝝ.et egrede a
cl'tu ⁊ ritu falſoꝝ deoꝝ.Q2 iã aſſimilaui
te o amica mea equitatui meo in curribꝰ
pharaonis.nã ſicut lib'aui exercitũ meũ
et plebẽ iſrl'iticã ſpõſa3 meã a curribꝰ et
exercitu pharaõis ĩ mari rubro.q2 popu
lus meus trãſiuit illeſus.et pharao fuit
ſubmerſus ⁊ piſt cu3 curribꝰ et exercitu
ſuo.Ita ego pariter lib'abo te de ꝑſate
diaboli ⁊ de ſ'uitute pc̃i in qua fuiſti. et
eijciã diabolũ foras.et cõminuã oĩa ydo
la eiꝰ.et ſubmergã diabolũ ⁊ pc̃3 ĩ mari
rubro ſanguĩs xp̃i ⁊ in aquis baptiſmali
bus.Per quas aquas baptiſmi ego te d̃
albabo ⁊ lauabo a nigredĩe ydolatrie et
pc̃i. Et ſic tu qui eras nigra et ſordida
eris pulchra ĩter mulieres de plebe iſrli/
tica.Et tũc cũ fueris tali aqua baptiſma
li abluta:gẽne cõſcientie ⁊ facies aĩe tue
erũt pulchre pl'chritudĩe ĩnocẽtie.ſ.erũt
honeſte ⁊ pulchre ſicut gẽne turturis.et
collũ tuu3 erit ſicut monilia.i.ornatum
monilibꝰ ſpũalibꝰ. q2 baptiſmus abluit
⁊ dealbat aĩa3/lauãdo eã a culpa ⁊ reſti
tuẽdo eã ĩ ſtatũ ĩnocẽtie ad modũ turtu
ris.et ornat eã virtutibꝰ theolagalibꝰ et
donis grãꝝ ſp̃s ſc̃ti.Ʒ3 q2 maxime dona
ſp̃s ſc̃ti ꝯferũtur ĩ ꝯfirmatiõe ad ĩtelligẽ
das ⁊ predicãdas ſcripturas. Idõ ſub/
dit murenulas aureas faciemus tibi ver
miculatas argẽto.i.faciemus tibi auricu
laria aurea ex auribꝰ pendentia argento
pũctuata ⁊ depicta ⁊ celata.Littera aũt
hebrayca habet.Pulchre ſunt gẽne tue ĩ
ordinibus ſiue ĩ auricularibꝰ. et collum
tuum cum monilius.Auricularia aurea
faciemꝰ tibi pũctuata argẽto. Et tũc l'ra
eſt magis plana.Eo q2 baptiſmus et ec/
cleſiaſtica ſacramẽta ornãt aĩa3 varietate
virtutũ ⁊ grãꝝ quo ad oẽs potẽtias. Et
ſic p3 qual'r xp̃s paſtor ſatiſfacit plebi gẽ
tili petẽti dealbari a nigredĩe ydolatrie.
⁊ paſci ⁊ ꝓtegi ſub vmbra eiꝰ.Eſt veru3
ꝙ iſta rñſio et exhortatio xp̃i põt referri
et dirigi tã ad plebẽ iſrl'iticã ꝗ̃ ad plebe3
gẽtilẽ ꝑegrinã.nã plebẽ iſrl'iticã exortat̃
et monet/vt egrediat̃ a iugo legis ⁊ ceri
moĩaꝝ.Et baptizet̃ in re poſtꝗ̃ ĩ figura
fuit baptizata ĩ mari rubro.Et recipiat
legẽ euãgelicã ſequẽdo ſpõſu3.Et plebe3
gẽtilẽ exhortat̃/vt egrediat̃ ab ydolatria
et cultu falſoꝝ deoꝝ.⁊ dealbet̃ ꝑ baptiſ/
mu3.et ornetur ornamẽtis grãꝝ. Quia

UVA. BHSC. IyR 068_1

redēptio ita fuit ꝓmiſſa pplo gētili ſicut iſrlitico. Itē ſponſā ex vtraqꝫ plebe in vna fide ꝯgregatā ꝓmittit aſſimilari eq̄tatui ſuo i currib⁹ pharaonis. Nā ſicut equitatus ⁊ exercitus dei tūc triūphauit de currib⁹ pharaonis in egypto et ī mari rubro: Ita p⁹ea eccleſia xp̄i ex vtroqꝫ populo cōgregata triūphauit de tyrānis et hereticis ⁊ de diablo. vt patebit ī .ix. cātico. Itē ſicut de⁹ mūiuit ⁊ ornauit et ditauit illā plebē iſrliticā monilib⁹ et ioalibus q̄ mutuo ab egyptiis accepant: ita pariter xp̄s ornauit et ditauit eccliā ſuā primo monilib⁹ ſpūalib⁹ grāꝝ ⁊ virtutū: poſtea monilib⁹ et bonis tp̄oralib⁹ p reges et īpatores de pplo gētili ad fidē cōuerſos. vt patebit ī cātico vltio. Et h̄ eſt qd̄ ꝓmittit ſpōſus ecclie ſpōſe ſue cū ait. Equitatui mō ī currib⁹ pharaōis aſſimilaui te ⁊c. Et cū p⁹ea ſubdit. Pulchre ſunt gene tue ⁊ murenulas aureas faciē⁹ tibi ⁊c. Que oīa cōpleuit x⁹ ī ſuo aduētu ſucceſſiue prout patebit. Ex ſupdictis patēt ſeptē petitiōes fcte in iſto primo cātico/ qs plebs iſrlitica ſponſa xp̄i cū plebe gētili de futuro faciebat et petebat continue p p̄iarchas ⁊ ꝓphetas et oēs fidelꝭ in veteri teſ. ante aduētū xp̄i cū deſiderio Nā primo petebat oſculari p incarnationē. Scdo petebat trahi p odorē ſcītatis/ ⁊ doctrīe/ ⁊ pſonalis predicationis. Tercio petebat introduci in cellā ſpōſi per grāā ſacramētoꝝ et p intelligētiā ſacre ſcripture. Quarto petebat plebs gētilis ſociari cū plebe iſrlitica. et per ꝯñs ſimul trahi ⁊ introduci. Quīto petebat dealbari a nigredīe ydolatrie et oīs pcti per cādorem baptiſmalē. Sexto petebat paſci pabulo bonoꝝ grē in p̄ñti/ ⁊ glīe in futuro. Septimo petebat quieſcere et ꝓtegi ſub vmbra ſpōſi. hic p grāā/ et ī celo per glīā. Quib⁹ ſeptē petitiōib⁹ annuit ſpōſus ⁊ ꝓmiſit cōplere ſub tali ꝯditiōe ſ. ꝙ plebs iſrlitica egrediat a iugo legis et cerimōiis ī aduētu xp̄i. ⁊ plebs gētilis egrediat ab ydolatria et ſequat aplos et doctores xp̄i. cui ſpōſe ꝓmittit dare triūphū ⁊ victoriā ꝯtra oēs infideles/ et ꝓmittit ⁊ eā ornare ⁊ ditare bōis ſpūalib⁹ et etiā tp̄oralib⁹. Unde nota ꝙ diuitie ⁊ redditus ecclie lꝫ ſint bōa tp̄oralia: tamē ſunt annexa bōis ſpūalib⁹. Et iō p murenulas aureas intelligit bōa eccleſie mee ſpūalia. ſicut ſunt grē ſacramētoꝝ et donoꝝ. Sed p ꝟmiculata ſiue p puncta argētea intelligit bōa tp̄oralia annexa ſpūalib⁹ quib⁹ ditata fuit ecclia p p̄cipes mūdi. Et ſic ſpōſus ꝓmittit ecclie ſpōſe ſue murenulas aureas ꝟmiclatas argēto .i. bona ſpūalia ānexa bōis tp̄oralib⁹. Itē etiā p murenulas aureas intelligit virtutes theologales et dona ſp̄s ſcti. ſꝫ p piccas argēteas intelligit virtutes morales ꝓut ſunt annexe virtutib⁹ ⁊ dōis ſupernaturalib⁹. ⁊ ꝓut pficiunt per dona ſp̄s ſcti. ſicut argētū pficitur ⁊ colorat p aurū. Uñ bōa naturalia ⁊ tp̄oralia comparātur ad ſupnaturalia ſicut argētū ad aurū. Et hoc de primo cantico.

## Incipit ſecundū cāticū.

**Uꝫ eſſet rex in accubitu ſuo. Nard⁹ mea dedit odorem ſuū. Faſciculus myrrhe dilect⁹ meus mihi. Inter vbera mea commorabitur**



UVA. BHSC. IyR 068_1

Botrus cypri dilectus me
us mihi
In vineis engadi.
Ecce tu pulchra es amica
mea.
Ecce tu pulchra.
Oculi tui columbarum.
Ecce tu pulcher es dilecte
mi et decorus.
Lectulus noſter floridus.
Tigna domoruz noſtrarū
cedrina.
Laquearia nr̄a cypreſſina.
Ego flos campi et lilium
conuallium.
Sicut liliū inter ſpinas.
Sic amica mea īter filias
Sicut malum inter ligna
ſiluarum
Sic dilect⁹ meus īter filios
Sub vmbra illius quem de
ſiderabam ſedi.
Et fructus eius dulcis gu
turi meo.
Introduxit me rex in cel
lam vinariam.
Ordinauit ī me caritatē.
Fulcite me floribus.
Stipate me malis.
Quia amore langueo.
Leua eius ſub capite meo.
Et dextera illius amplexa
bitur me.
Adiuro vos filie hieruſalē
Per capreas ceruoſqz cā
porum.
Ne ſuſcitetis.
Nec euigilare faciatis di
lectam.
Donec ipſa velit

Cum eſſet rex in accubitu ſuo. ꝛc̄.

Hoc eſt ſcd̄z cāticū hui⁹ libri in quo ſal'on cantat miſterium incarnationis xp̄i. Ad cui⁹ intellectū eſt notādūz. q̄ poſtq̄ ſal'on in primo cātico cātauit deſideriū p̄riarcha-rū ꝛ ꝓphetaꝝ ꝛ oīuz fideliuz veteris teſ. de xp̄o futuro. Et expoſuit et explicauit petitiōez plebis iſrl'itice petētis oſculari ꝑ incarnationē ꝛ trahi ꝑ legis euāgelice predicationē. ꝛ introduci ꝛ recōciliari ꝑ redēptionē ꝛc̄. Et expoſuit etiā petitiōz plebis gētilis petētis ſociari ꝛ dealbari a nigredine. et paſci et ꝓtegi ſub vmbra xp̄i. Et explicauit etiā reſpōſionē xp̄i annuētis petitiōib⁹ vtriuſqz plebis. Hunc aūt ī nouē cāticis ſequētib⁹ ſal'on cantat effectū ꝛ executiōez ꝛ adīpletionē ſupra-dictaꝝ petitionū ꝛ ꝓmiſſionū. Cū poſt q̄ in p̄mo cātico cātauit deſideriū ꝛ fidē ſpōſe ꝑ totū diſcurſuz veteris teſ. ab adā vſqz ad xp̄m. nūc aūt in nouē cāticis ſe-quētib⁹ ſatiſfaciēdo votis et petitiōibus ſpōſe cātat totū miſteriū nr̄e redēptiōis ab īcarnatiōe vſqz ad aſcēſionē. ꝛ exinde

cãtat totũ diſcurſuꝫ eccl'ie noui teſ. vſqꝫ ad ſcõꝫ aduẽtũ xp̄i ⁊ finẽ ſcl'i. Vñ duo fa cit ſpõſus i ſequẽtib⁹ cãticis. Nã primo ſatiſfacit plebi iſrl'itice ſpõſe ſue. adiplẽ/ do oſcl'uꝫ ⁊ miſteriũ incarnatiõis et nr̃e redẽptiõis. eo q2 de illo popl'o erat car/ nẽ eſſumptur⁹ ⁊ in illo popl'o crucifigen dus ⁊c. Scd̃o ſatiſfacit popl'o gẽtili ipm dealbãdo ⁊ ad paſcuã vocãdo. ⁊ cũ ple/ be fideli ſatiãdo iux̃ ſui petitionẽ. Scd̃a pars incipit in cantico octauo. ibi. Quo abiȷ̄t dil'ctus tuus. In iſto ergo ſcd̃o cã/ tico cãtat̃ miſteriũ icarnatiõis figuratũ ꝑ oſculũ ſpõſi ⁊ ſpõſe. Quod quidẽ mi/ ſteriũ preuidit ſal'on i ſp̄u ꝑ fabricationẽ arche ⁊ tab̃nacl'i phederis: qđ de⁹ ꝑcepit fabricare ip̄i moyſi. exo. xxvȷ. Vñ ſal'on aſſumpſit pabolã ad faciẽdũ iſtđ cãticũ. Ad cui⁹ itell'ctũ ẽ p̄mo notãdũ. ꝙ quiqꝫ ꝯſiderauit ⁊ ꝯtẽplatus ẽ ſal'on i fabrica/ tiõe illi⁹ arche phederis. Primo materi am ex q̃ fc̃ta ẽ. q2 ex lignis ſethym ⁊ etiã cedrinis. Scd̃o ꝯſiderauit vnctionẽ fc̃taꝫ ex ꝯfectione myrrhe et cynamomacis et cetoꝝ aromatũ. Tercio cõſiderauit ea q̃ fuerũt repoſita i archa. ſ. duas tabulas lapideas legis/ et vrnã mãne/ et virgã ſa cerdotalẽ ip̄i⁹ aarõ. Quarto cõſiderauit duo cherubin ſup̄ q̃ archa ſedebat. Quĩ to ꝯſiderauit et cõtẽplatus ẽ tabernacl'ꝫ ĩfra qđ archa illa fuit r̃poſita. In quib⁹ quiqꝫ miſterijs bñ ꝯſidertis ⁊ ꝯtẽplatis ꝑuidit ſal'on i ſp̄u ꝑphetico totũ miſteri uꝫ ĩcarnatiõis xbi. Nã ꝑ h̃ ꝙ illa archa fc̃ta fuit ex lignis ſethym q̃ ſunt ligna al biſſima ⁊ iputrefactibilia ⁊ icõbuſtibilia ⁊ ex lignis cedrinis q̃ ſũt ligna odorifera et oĩs veneni fugatiua: ꝑuidit ſal'on ql'r illud corp⁹ xp̄i lꝫ eẽt formãduꝫ ex genere ip̄ius adã. tñ nõ ꝑ ſemialeꝫ generationẽ. lꝫ ꝑ ſp̄s ſc̃ti opationẽ ex puris ſanguibuſ virginis abſqꝫ om̃i labe et veſtigio pc̃ti. ymo debebat fugare om̃e venenũ pc̃ti et extinguẽe ⁊ ſanare morſuꝫ ãtiqui ſp̄etis Itẽ ꝑ h̃ ꝙ illa archa fuit puncta ⁊ ꝑfuſa illo oleo et vnguẽto ex mirrha et ceteris precioſis aromatib⁹ ꝯfecto: ꝑuidit ſal'on qual'r illa hũaĩtas ſiue ille xp̄s ieſus erat vngẽdus pre ꝯſortib⁹ ſuis oleo donoꝝ ſp̄s ſc̃ti nõ ad mẽſuraꝫ. vñ et a quo ⁊ de cui⁹ plenitudie oẽs eram⁹ accepturi gr̃aꝫ ꝑ gr̃a. Itẽ ꝑ ea q̃ fuerũt repoſita in illa archa ꝑuidit qual'r xp̄s erat futur⁹ de⁹ et homo. rex ⁊ ſacerdos. nã ligna ſethyna ⁊ cedrina ex quib⁹ fc̃ta ẽ archa figurabãt humanitatẽ xp̄i ex corpore ⁊ aĩa. Virga aũt ſacerdotalis figurabat ſacerdotiũ xp̄i Et vrna mãne qđ de celo deſcẽdebat figu rabat diuinitatẽ. Et tabule legis figura/ bãt regnũ xp̄i. Et ſic preuidit qual'r xp̄s erat futur⁹. de⁹ ⁊ homo. rex et ſacerdos ⁊ iudex. Per illa aũt duo cherubin ĩ quo ſedebat archa dñi ꝑuidit qual'r xp̄s debe bat eſſe medius inter duo teſtamẽta ⁊ ſe dere ſup̄ ea. Per h̃ aũt ꝙ illa archa fuit repoſita infra tab̃naculuꝫ. ꝑuidit ſal'on qual'r xp̄s ꝯus de⁹ et homo erat reponẽ dus in vtero virgis marie/ ⁊ ferẽd⁹ in eo ꝑ nouẽ mẽſes ⁊ reponẽd⁹ in eccl'ia ĩter/ nuꝫ. eo ꝙ illđ tabernacl'ꝫ fignrabat p̄mo ꝑſonã ⁊ vteꝝ virgis marie ⁊ ex ꝯñti to/ tã eccl'iaꝫ ĩ qua hĩtat x⁹. Sꝫ iteꝝ ẽ ad uertẽduꝫ. ꝙ ſic̃ illa archa figurabat hũa/ nitatẽ xp̄i. ita tab̃naculũ figurabat virgi nẽ mariã et eccl'iaꝫ. i quo tab̃nacl'o ſal'on cõſiderauit ſeptẽ miſteria. p̄mo q2 lꝫ de⁹ p̄mo precepit fieri archã: tñ tabernacl'uꝫ prius fc̃tꝫ eſt. Scd̃o cõſiderauit materiã ip̄ius tab̃nacl'i. q2 ex lignis ſethym. ⁊ ce/ drinis. ⁊ etiã cypſſinis. Tercio cõſidera/ uit vnctioneꝫ tab̃nacl'i/ q2 ex vnguẽto ex quinqꝫ aromatib⁹. ſ. ex mirrha et cyna/



UVA. BHSC. IyR 068_1

momo ⁊ chalamo ⁊ caſia et oleo. Quar
to cōſiderauit ornatū. qꝛ ex cortinis ⁊ di
uerſis floribꝰ. Quīto cōſiderauit qualr
archa fuit repoſita īfra tabnaculū tanꝙ̄
in ꝓprio hītaclo. Sexto ꝯſiderauit illuȝ
poplꝫ qui ſequebaꝛ ⁊ circūdabat taber
naculū. Septīo ꝯſiderauit illā nubē obū
bꝛātē ⁊ coopiētē tabnaculū et totū exer/
citū. Que quidē nubes q̄ttuoꝛ faciebat.
Nam ṗmo ꝓtegebat tabnaculuȝ ⁊ totū
exercitū in die ab eſtu ⁊ ardoꝛe ſolis ⁊ a
frigoꝛibꝰ et caumatibꝰ et vētis. Scd̄o in
nocte illumīabat tabnaculū et totū exer
citū. Tercio dirigebat totū exercitū/pre/
bēdo ſibi ducatū. vt pꝫ exo. vltīo. Quar
to pluebat māna ſuꝑ exercitū ꝓ quotidi
ano alimēto. Per q̄ quidē miſteria p̄ui/
dit ſalon totū miſteriū fabꝛicatiōis ⁊ cō/
ſtructiōis eccľie. ⁊ totū oꝛnatū ⁊ oīa do
na q̄ eccľia recepit a xp̄o. ⁊ totū miſteriū
nr̄e redēptiōis ⁊ ſalutis. Nā ꝑ ṗmuȝ. ſ.
qꝛ deꝰ ꝑ prius p̄cepit fabꝛicari archā. tn̄
tabnaculū fuit prius fctm̄ ī executiōe: ꝑ
hoc p̄uidit ſalon. ꝙ virgo maria et tota
eccľia figurata ꝑ tabnacľuȝ fuit fcꞇa ⁊ fa
bꝛicata ꝓpter xp̄m ⁊ nō ecōuerſo. Scd̄o
qꝛ illō tabnacľuȝ materiale figurabat du
plex tabnaculū xp̄i. ſ. tabnaculū mater/
nū ⁊ virgīale. ī quo xp̄s debebat hītare
ſcḿ carneȝ. Et ex ꝯn̄ti figurabat tabnacu
lū eccľie miſticū. in quo xꝰ debebat hīta/
re ꝑ fidē ⁊ grāȝ. Quod tabnaculū miſti/
cū: eſt tota eccľia. Jdeo ꝑ fabꝛicā illiꝰ ta
bernaculi materialis p̄uidit ſalon/qualr
xp̄s ī ſuo aduētu pꝛimo debebat fabꝛica
re tabnaculū maternū. ſ. virginē mariā
matrē ſuā. vt ex ea carnē aſſumeret. Sȝ
ꝑ hoc ꝙ illud tabernacľuȝ materiale fcꞇȝ
eſt ex lignis ſethym bene mūdatis a ſpi/
nis ⁊ leuigatis. ⁊ ex lignis cedꝛinis. pre/
uidit ſalon: qualr xp̄s debebat fabꝛicare
matrē ſuā ex duobꝰ. ſ. ex carne ſethyna ⁊
aīa cedꝛina. Ad cuiꝰ intellectū ē notā
dū. ꝙ ſethym ē arboꝛ ſpinoſa nō multuȝ
alta. cuiꝰ lignū poſtꝙ̄ ē mūdatū a ſpinis
et leuigatū a pelle fit albiſſimū ⁊ īputri/
bile ⁊ īcōbuſtibile. ꝑ qd̄ lignū figurabaꝛ
caro btiſſime virginis marie. q̄ lȝ eēt tra
ducta ⁊ ꝓpagata ex adā: tn̄ ante aīatio/
nē fuit mūdata a ſpinis īpiꝰ adā ꝑ virtu/
tē ſp̄s ſcꞇi. qꝛ ī vētre matris fuit ſcꞇifica/
ta illa caro/ āteꝙ̄ aīata: vt ꝑ maioꝛi ꝑte
tenēt doctoꝛes. que quidē ſcꞇificatio non
opoꝛtuit ꝙ fieret ꝑ grāȝ gratificātē cum
illa caro inaīata nō eēt capax grē: ſȝ fuit
fcꞇa ꝑ virtutē mūdatiuā ſp̄s ſcꞇi: ſicut ex
oꝛcizaꝛ aqua ⁊ oleū cōſecraꝛ in chꝛiſma:
lȝ ſit res inaīata. Jta pariter caro virgi
nis fuit ꝑ virtuteȝ ſp̄s ſcꞇi ſcꞇificata et ab
om̄i fomite mūdata ⁊ fcꞇa alba ⁊ īputri
bilis ⁊ incōbuſtibilis: ne aīa in eiꝰ cōſoꝛ/
tio poſſet fedari: ſȝ ī ea aīa cedꝛina abſqȝ
om̄i labe ⁊ iniuria poſſet creari ⁊ infun/
di. Ad cuiꝰ intellꞇctū ē iteꝝ notādū. ꝙ ce/
dꝛus ē arboꝛ altiſſima q̄ maxime creſcit ī
libano. ⁊ ē arboꝛ valde odoꝛifera oīs ve/
neni fugatiua. Et ideo ī mōte libano et
vbicūqȝ creſcit illa arboꝛ nullus poteſt
viuere ſpēs nec vipa nec aīal venenoſuȝ.
Per qd̄ lignū figurabaꝛ aīa cedꝛina vir/
ginis marie. Hāc eīȝ aīaȝ filiꝰ dei creauit
et in creādo ſcꞇificauit ⁊ gratificauit. ⁊ ī
creādo ⁊ gratificādo in illam carnē iam
pꝛimo ſcꞇificatā et mūdatā a fomite ade
infudit. Et id̄o antiquus ſpēs nō potuit
īpaȝ moꝛdere nec ſuo oꝛigīali veneno in/
ficere. Et ſic duplici rōe illa ſcꞇiſſima aīa
nō potuit ex cōſoꝛtio carnis cōtaminari
nec culpā oꝛigīalē trahere. Primo quia
illa caro ante fuit mūdata ꝙ̄ aīata. Et id̄
nō potuit aīaȝ īficere. Scd̄a ratio eſt. qꝛ
illa aīa nō fuit creata ī puris naturalibꝰ

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſicut aie oĩuʒ alioꝝ. ſʒ ſimuil fuit creata ⁊ ſctificata ⁊ gratificata ⁊ infuſa. Que q̃ dẽ ſanctificatio nõ fuit pc̃ti purgatiua. ſʒ oĩs gẽnris grãꝝ ifuſiua ⁊ collatiua ⁊ cõfirmatiua. Et ſic fuit ab om̃i labe pc̃ti ꝑſuatiua. Et iõ antiqu⁹ ſerpẽs nullo pacto valuit ipaʒ mordere. nec ſuo antiquo veneno originali inficere. Ex quib⁹ pʒ. ꝙ illa originalis culpa quã adã tranſtulit ex ſua pſona in naturã nr̃aʒ ꝑ libidinoſam gẽnratiõnẽ. a cui⁹ natura ꝑ carnẽ libidinoſaʒ trãſiuit pſonal'r in oẽs poſteros: nõ potuit trãſire in pſonã virgĩs. Prio ꝓpter ſctificationẽ carnis fc̃tam ante aiationẽ: Scd̃o ꝓpter grãʒ ꝑuenientẽ ⁊ gratificationẽ fc̃tam in creatiõe aie ⁊ aniatiõe carnis. qꝛ vt ſic pc̃tm nature nõ potuit tranſire in pſona virginis. Quia q̃ndiu fuit indiuiduũ et pſona hũana ſemꝑ fuit in grã ⁊ deo grata ⁊ accepta. Et per conſequẽs in ꝑmo iſtãti ſui eſſe fuit tabnac̃lʒ dei effecta. Et ſic aug⁹. in ꝑmo ſmone de natiuitate virgĩs dicit. ꝙ ipa fuit ꝑmordiũ ⁊ exordiũ eccl'ie. ⁊ ꝑmũ mẽbrum xp̃i quo ad eccl'iaʒ noui teſtamẽti. in q̃ xp̃s ꝑ grãʒ hitauit prio. Itẽ dicit aug⁹. i eodeʒ ſermõe. Quid iuſticie/quid ſctitatis hec virgo indigere potuit. q̃ adinſtar celi cõtinẽtis oĩa grẽ plenitudinem accepit. aut quis vnq̃ in ei⁹ corpore aut aĩa locus potuit inueniri pc̃ti: q̃ adinſtar tabnac'li: tẽplũ dñi ẽ effecta. Hec ẽ ꝑfecto illa dom⁹ de qua ꝑ ſal'onẽ dr̃. Sapĩa edificauit ſibi domũ. ⁊ excidit colũnas ſeptẽ ⁊c̃. Hanc ꝑfecto domũ diuina ſapĩa edificauit. vñ et ex qua carnẽ aſſumeret ⁊ in q̃ hitaret Cui nullus ꝑriarchaꝝ nullus ꝓphetaꝝ ẽ cõferẽdus ⁊c̃. Ex quibus pʒ. ꝙ de mẽte aug⁹. fuit. ꝙ virgo maria nunq̃ fuit obnoxia culpe origiali. nc̃ aliquod pc̃tʒ potuit hẽre locuʒ in ea. Et hoc ꝑuidit ſal'on

in ſp̃u cõſiderãdo ⁊ cõtẽplando fabricaʒ illi⁹ materialis tabnac'li moyſi fc̃ti ex lignis ſethynis ⁊ cedrinis. Tercio cõtẽplando ſal'on vnctiõʒ tabnaculi preuidit ſctificatiõeʒ virgis marie ⁊ totius eccl'ie Ad cui⁹ intellc̃tũ ẽ valde notandũ. ꝙ de⁹ precepit moyſi exo. xxx. vt ꝯficeret qδdã vnguẽtuʒ precioſiſſimũ ex quĩqʒ aromaticis liquoribus. ſ. ex mirrha prima et electa. et ex cinamomo et calamo et caſia ⁊ oleo oliueti. ⁊ ex tali vnguento perungeret totam archam et tabernaculũ. Per qδ miſteriũ ꝑuidit ſal'on ſctificationẽ virgis marie. et ex ꝯñti ſctificatõeʒ et regeneratiõʒ toti⁹ eccl'ie fuc̃aʒ ꝑ paſſiõeʒ xp̃i et eccl'iaſtica ſacramẽta. inq̃ntum iſti quĩqʒ liquores ſignificabãt virtutes ſac̃mẽtoꝝ fluẽtes ex paſſiõe xp̃i. Unde ẽ aduertẽduʒ ſcõm ꝯſtãtinuʒ et iacobũ de ꝓprietatib⁹ rer̃. Quod myrrha eſt q̃dam hũilis arbor i arabia. q̃ cum agitat̃ a duobus vẽtis ꝯtrarijs maxie ab aquilone et auſtro incipit ſudare i vere/et ex rimulis factis i cortice ramoꝝ exit ⁊ emanat quidam liquor odorifer⁹ et ꝑcioſiſſim⁹ et virtuoſiſſim⁹. Et ille liquor dr̃ myrrha prima. Sed qꝛ ꝑ tales rimulas nõ põt exire m'ltus liquor: tũc agricole vulnerãt arborem in late faciẽdo ꝯgruẽtem ſciſſurã. et tũc emanat copia liquoris. Et tũc totus ille liquor qui emanat i mẽſe martij ⁊ aprilis tã ex inciſſura lateris q̃ ex ſudore et riml'is ramoꝝ dr̃ myrrha ꝑma et electa et ꝓbatiſſima ad dr̃aʒ ſcd̃e myrrhe q̃ emanat i mẽſib⁹ ſeq̃ntib⁹ q̃ ñ ẽ tãte ꝟtut̃ Que quidẽ myrra prima optinet pĩcpatũ inter oẽs liquores in virtute. Naʒ primo ipa lʒ ſit amara: tñ ẽ valde odorifera Scd̃o ẽ ab om̃i corruptione preſuatiua. Tercio ẽ oĩs mali humoris deſicatiua ⁊ purgatiua. Quarto ẽ oĩs inciſſure ⁊ vul

UVA. BHSC. IyR 068_1

neris curatiua: ⁊ oīs doloris remediati/ua. Per quā myrrhā figurabať virť paſſionis xpi. nam lȝ illa paſſio fuit amara et doloroſa: tñ fuit nō ſuauis ⁊ odorife/ra. Quia odor eiꝰ totū orbeȝ penetrauit et fuit in virgīe maria ab omi corruptione pctī preſuatiua. Et ī multis fuit pur/gatiua pctī originalis: et preſeruatiua ab omi actuali pctō: ſicut ī iohāne baptiſta ⁊ btō nicolao. ⁊ in quibuſdā fuit purgatiua taȝ actualis ꝙ originalis. Et ſic fuit oīuȝ vulnerꝝ nr̄oꝝ pctoꝝ ſanatiua. ⁊ nr̄orū doloꝝ remediatiua. q2 lāguores nr̄os ipē tulit. ⁊ dolores nr̄os ipē portauit. cuius liuore ſanati ſumus. Vñ bene ꝑ illā myrrhā intelligiť paſſio et ſanguis xpi. Nam ſicut illa myrrha materialis non ſudat nec emanat niſi ꝑ agitatiōeȝ vētoꝝ ꝯtrarioꝝ et ꝑ rimulas ramoꝝ ⁊ ꝑ ſciſſuraȝ fctam in latere illius arboris: ita xp̄s nō emiſit merita ſue paſſiōis. Vñ oīa ſacramēta hn̄t virtutē niſi ex ſciſiōe et agitatiōe ⁊ ꝑſecutiōe duoꝝ vētoꝝ ꝯtrarioꝝ ſ. populi iudayci ⁊ gētilis. Nam ad exe/cutionē ſue paſſiōis cōcurrit cetꝰ ⁊ ſena/tus ſcribaꝝ et phariſeoꝝ popłi iudeoꝝ. et pilatꝰ cū ſuis miniſtris: qui erāt de populo gētili. Et ſic ex tali ꝑſecutiōe duorū vētoꝝ ꝯtrarioꝝ fuit xp̄s agitatus ꝑ ala/pas et ꝑcuſſiōes et flagella et clauatione manuuȝ ⁊ pedū. vñ exiuit ſanguis tanꝙ prima myrrha. Sȝ poſtea ꝑ inciſſurā ⁊ vulnꝰ lateris exiuit maior abūdātia myrrhe in remiſſionē pctoꝝ ⁊ virtutē et me/delā ſacramētoꝝ. vt latiꝰ patebit ī ſexto cātico. Jdeo dd̄ in pſalmis/ ⁊ ſalōn in ꝯ libro. ꝑ myrrhā ſemꝑ intelligūt paſſiōeȝ et ſanguinē xpi. Jtē cynnamomū ē ſpēs aromatica ſapida et odorifera et eē a corruptiōe ꝑſuatiua. Et calamꝰ ſiue nardꝰ ē herba valde odorifera et omis fetoris fugatiua. Et caſia ē dulcis ⁊ lenitiua et purgatiua. Et oleuȝ eſt oīs doloris mitigatiuū. Et ſic q2 ex his quinqȝ liquoribus cōficiť vnū vnguētuȝ ꝑcioſiſſimū et odoriferum hn̄s ſuꝑdictas ꝓprietates. ſ. q2 tale vnguētuȝ ē odoriferꝝ lȝ ſit aliq̄ntulū amaruȝ/ tñ efficiť dulce ꝓpter āmixtionē cynnamomi ⁊ caſie. Et ſic tale vnguentū eſt odoriferꝝ ⁊ ſapiduȝ ⁊ ſalutiferꝝ ⁊ ab omi corruptione preſeruatiuū ⁊ omnis doloris mitigatiuuȝ ꝑ qđ figurabatur paſſio xpi facientis oms̄ predictos effectus ſpirituales in nobis. Et ideo miſtice ⁊ figuratiue ꝑcepit deꝰ. vt ex tali vnguēto vngeretur tabnaculū prefigurādo myrrhā ⁊ vnguētū paſſiōis xpi. quo ꝟgo maria et tota ecclia erat perungēda. Et figurabat illud oleū cathecuminoꝝ ⁊ infirmoꝝ. et chriſma qđ ꝯficit ecclia ad liniēdos fide/les ꝑ ſacramētū baptiſmi ⁊ ꝯfirmatiōis ⁊ extremeunctiōis. quo quidē vnguento paſſiōis xpi nō ſolū fuit puncta ecclia et oēs fideles. ſȝ etiaȝ ipa ꝟgo maria in ſua creatiōe ⁊ in primo inſtāti ſui eſſe: vt dictum eſt. Quia illa gracia ſanctificatiōis qua fuit ſanctificata/ non fuit ſibi colla/ta niſi per merita paſſionis chriſti. Sed ꝑ aliū modū. nā in oibꝰ nō fuit purgatiua pctī. ſȝ in ꝟgīe maria fuit illa grā ab omi pctō preſuatiua vt dictū eſt. Ex quo pȝ ꝙ ꝟgo maria ita fuit redēpta ꝑ xp̄m et ſuaȝ paſſionē ſicut ceteri fideles. Naȝ illa grā ita traxit ꝟtuteȝ ex paſſiōe xpi. ſicut grā q̄ fuimꝰ oms̄ nos baptizati. ſed illa eadē grā q̄ nos purgauit a pctō ſub/ueniēdo: virginē aūt mariā ꝑſeruauit preueniēdo. ꝑut dictū ē. Et ſi qs vult obſta/re q2 in ꝯceptōe virginis xꝰ nōdū fuerat paſſus. Rn̄detť ſcd̄m hieroīuȝ in ſmōe de aſſumptōe virginis et ſcd̄m auguſtinum yponoſticō ꝯ pelagianos. ꝙ xp̄s nō ſolū

ante ſuā paſſiōe₃. ſed etiā āte ſuā icarna/tione₃ iam diſpēſabat grāz et merita ſue paſſiōis. vnde anteꝙ patereť iam miſat diſcipl'os ad p̄dicādu₃ et baptizādū. cui⁹ baptiſm⁹ dabať p merita ſue paſſiōis. qꝛ xp̄s heri et hodie et ī ſcl'a. ad hebꝛe. vltio de q̄ mat'ia ſatis dictū ē. pſal'o. xlv. Et in expōe ſup magis. Per ornatū aūt ta/bernacl'i ex varietate cortinarū et floru₃ p̄uidit ſal'on ornamēta diuerſarū virtutū quib⁹ xp̄s ornauit matrem ſuam. de qua debebat carnem aſſumere et in qua non ſolu₃ tanꝙ in tabernaculo ſponſali. ſed ſ₃ etiā tanꝙ in tabnacl'o materno debe/bat ſpecial'r humanare. Quia v̄go ma/ria prius fuit ſpōſa ꝙ mater xp̄i. qꝛ pri⁹ cōcepit xp̄m mēte per grām/ꝙ carne. vt inquit aug⁹. in libro de ſcta virginitate. Itē p h̄ ꝙ illa archa pfederis fuit poſita in illo materiali tabnacl'o veteris legis: preuidit ſal'on qual'r xp̄s de⁹ et homo de bebat reponi et p noue₃ menſes carnal'r portari in vt'o virginali ipſius bt'e marie matr̄s ſue. Item p h̄ ꝙ deus ſedēs in archa pfederis ſup cherubin et īfra tab/culum. et de tabnacl'o loqbať moyſi et p moyſen toti populo. p̄uidit ſal'on qual'r v̄bū diuinu₃ exn̄s in archa hūanitatis et infra vteꝝ virginis debebat ſctificare io/hāne₃ baptiſtā in vētre matris ſue. ⁊ idē xp̄s exn̄s in vtero matris fecit eā euāge/lizare qn̄o dixit. Magnificat aīa m̄a dn̄₃ ⁊c. qꝛ fili⁹ loquebať p os matris ſicut an te fuerat locutus p ora ꝓphetaꝝ. Itē per h̄ ꝙ illa nubes ꝓtegebat illd' tabna/culū ī die ab eſtu ⁊ ardore ſolis/⁊ ī noc/te illuminabat tabernaculū/⁊ dirigebat ⁊ ducebat totum exercitu₃ ⁊ pluebat iu/giter illud manna ad cibū ⁊ refectionem illius populi p̄uidit ſal'on qual'r ſp̄s ſct's debebat obūbꝛare virginē maria₃ in ſua

ānūtiatiōe/⁊ qual'r v̄go maria debebat recipe v̄bū diuinū miſſu₃ a p̄re tanꝙ pa/nem viuum ⁊ māna abſcōditū ad vitam ⁊ ſalutem ⁊ refectiōe₃ oīu₃ fideliū. Que quidē v̄tus ſp̄s ſcti formauit corp⁹ xp̄i ī vtero v̄ginis ex puris ſanguinib⁹ ⁊ p̄ſer/uauit v̄ginē ab om̄i corporali corruptio ne et ea₃ in pfecta et ītegra v̄ginitate ſer/uauit. Et ſic manſit xp̄s in illo taberna/culo v̄ginali carnal'r p nouē menſes. et ſp̄ualiter inppetuū. Et etiā p₃ qual'r il/lud tabernaculū moyſi non ſolum p̄figu rabat tabernaculum xp̄i maternu₃. que fuit virgo maria. ſed etiam tabernaculū miſticum que eſt tota eccleſia. Et id'o ſi/cut ſalomon per illam fabricam arche ⁊ tabernaculi p̄uidit fabricatōe₃ corporis virginis marie ī ſua ꝯceptōe et creatiōe et p̄uidit miſteriū īcarnationis. et p̄uidit om̄s dignitates virginis marie ſupdctas Ita p̄iter p̄uidit totā fabricatō₃ et rege neratō₃ toti⁹ eccl'ie. Preuidit ei₃ q̄l'r iſtā eccl'iam x⁹ ex duob⁹ lignis. ſ. ſethynis et cedrinis. i. ex duob⁹ populis. ſ. ex iſrl'iti/co et gētili debebat fabricare. Scd'o q̄l'r vnguēto ſue paſſiōis myrrhino debebat p ſacramēta pungere. Tercio diuerſitate donoꝝ ⁊ grāꝝ ⁊ v̄tutū decorare ⁊ ornař Quarto xp̄s dēbat ſe ī hac eccl'ia tanꝙ ī tabnacl'o miſtice īcludere p fidē et grām. Item p̄uidit q̄l'r ſp̄us ſct⁹ debebat ſuper iſtā eccl'iam īcubare et illa₃ illuminare et ꝓtegere et regere ⁊ dirigere. ⁊ ſup eā fru ctus grāꝝ et donorū et manna ſacramen torum iugiť pluere ad nutritō₃ et refecti onē et ſanitatē fideliū. Et ſic p fabricā et miſteriū illi⁹ arche et tabnacl'i p̄uidēs ſa/lomō miſteriū īcarnatōis et eccl'ie fabri/catiōis fecit hoc canticum in quo cantat et explicat omnia ſupradicta. Et iō iſtud canticum p̄mo verificatur de miſterio in

UVA. BHSC. IyR 068_1

carnatiõis et de bt̃a ꝟgĩe maria que fuit
tabernaculũ xp̃i maternũ. Ex p̄nti autẽ
ꝟificat̃ de tota eccl̃ia. que eſt tab̃naculũ
miſticũ. in quo xp̃s hitat p fidez et grãm
vñ qr plebs iſrł̃itica deſponſata per ꝟba
de futuro petebat in pmo cantico a xp̃o
ſpõſo ſuo pſonal̃r ꝛ p̄ntial̃r p icarnatio
nẽ oſcłari ꝛ trahi ꝛ in thalamũ introdu
ci. Et plebs gẽtilis petebat cũ altera ſoci
ari ꝛ dealbari. ꝛ vtraqꝫ plebs facta vna
ſpõſa petebat ſimł̃ a xp̃o paſci et ſub vm
bra illi⁹ ptegi ꝛ quieſcere ꝛc̃. Et qr ſpon
ſus pmiſit vtriuſqꝫ petitiõib⁹ annuere ꝛ
ſatiſfacere. Jdo in h̃ ſcd̃o cãtico exequit̃
de adipletiõe pmiſſi. Et ſic ſalon intro/
ducit ſpõſaz ad loquẽdũ agendo grãs/ qr
recepit oſculũ et bñficiũ incarnatiõis a
ſpõſo. Sꝫ eſt aduertẽdũ. ꝙ in illa bñdic
ta incarnatiõe que denotat̃ ꝛ intelligitur
p accubitũ ꝛ amplexũ in h̃c cantico: fuit
fc̃a triplex vnio. Primo vnio pſonalis
verbi cuꝫ illa hũanitate aſſumpta. Scd̃o
vnio maternalis xp̃i cũ maria matre ſua
Tercio vnio miſtica ꝛ ſpõſalis xp̃i cũ ec/
cleſia. Et ſic de qualibꝫ iſtaꝝ vnionũ veri
ficatur iſtud ſcd̃ꝫ cãticũ. Et iõ iſte dyalo
gus poteſt eſſe pmo iter hũanitatem aſ/
ſumptã ꝛ ꝟbũ. Scd̃o iter virginẽ mari/
am ꝛ xp̃m filiũ ſuũ. Tercio inter eccl̃iaꝫ
ꝛ xp̃m ſpõſuꝫ ſuũ. Sꝫ qr iſta tripl̃x vnio
fuit celebrata in pſona virginis marie in
q̄ntũ ex puris ſanguinib⁹ ei⁹ ꝟbũ aſſum
pſit carnẽ ꝛ in ip̃a maria primo xp̃s de/
ſpõſauit eccl̃iaꝫ. Jdeo in toto iſto cãtico
ip̃a poteſt loqui p hũanitate xp̃i aſſump
ta ꝛ p ſe ip̃a ꝛ p tota eccl̃ia. Et ſic virgo
maria primo in pſona ſui/ qr recepit xp̃ꝫ
in vtero ſuo p carnem ꝛ fideꝫ. ꝛ ex p̄nti
agit grãs in pſona eccl̃ie. cui⁹ ip̃a eſt mẽ
brũ pmũ. Et agit grãs i pſona ſui: inq̄n/
tũ meruit eſſe mater di elc̃ta iter oẽs mu
lieres. ꝛ ſingł̃aris i pcipiẽdo xp̃ꝫ ꝛ portã
do ꝛ pariẽdo ip̃ꝫ vltra legẽ aliaꝝ mulieꝝ
Ad cui⁹ intellectũ ẽ notãduꝫ ſcd̃ꝫ aug⁹.
in ſermone pmo de ãnunciatione ꝙ i illa
benedicta incarnatiõe ꝛ pceptu filij tota
maledictio eue mutata ẽ in bñonẽ marie
nam eue dc̃ũ eſt. Quia obediſti ṽpeti ꝛc̃.
mł̃tiplicabo erũnas tuas ꝛ i dolore pari
es pceptus tuos ꝛc̃. Sꝫ marie dictũ eſt.
Aue grã plena dñs tecũ. benedicta tu in
mulierib⁹. Et ſp̃s ſc̃t⁹ ſupueniet i te ꝛc̃.
Jtẽ p heliſabeth dictũ ẽ ſibi. Bñedictus
fruct⁹ ṽtris tui ꝛc̃. Vñ qr eue cũ ceteris
oĩb⁹ alijs mulierib⁹ dictum ẽ vt pcipet
pcept⁹ ſuos cũ feditate libidĩs ꝛ corrup/
tiõe ꝛ portarẽt eos cũ grauedine ꝛ mł̃ti
plici mĩſia ꝛ parerẽt cũ dolore ꝛ maiore
corruptiõe. tamẽ ſola virgo maria pcepit
xp̃m ſine feditate ꝛ fetore libidinis ex ſo
lo ope ſp̃s ſc̃ti ꝛ portauit cũ gaudio ſine
grauedine ꝛ mĩſia ꝛ pepit ſine dolore ꝛ
cũ itegritate ꝟginitatis. Et ſic ille pcept⁹
ꝛ fruct⁹ benedict⁹ nõ attulit matri male
dictiõeꝫ aliaꝝ mulieꝝ imo abſtulit oĩs
illas maledictiones et attulit ſibi ꝯrias
bñedictiones. Dicit ergo virgo maria.
Grãs ago deo meo qui adipleuit deſide/
riũ meũ ꝛ totius eccl̃ie fideliũ. nam ego
petebam in perſona totius eccl̃ie oſcł̃ari
ꝛ trahi a ſpõſo ꝛ itroduci i thalamũ ei⁹.
ſꝫ totũ hoc impletum eſt in me. qr ṽtrẽ
meuꝫ virginalem fecit thalamuꝫ/ in quo
voluit hitaret in ſua incarnatione. qr ex
me voluit carnẽ aſſumere et i me tanꝙ i
ſuo tab̃naculo ꝛ accubitu ꝛ lectulo hita
re p carnis aſſumptiõeꝫ. cuius cõceptus
nõ fuit mihi cũ maledictiõe ſcd̃ꝫ legẽ alia
rũ mulieꝝ. ymo cũ oĩi bñdictiõe vltra
legẽ aliaꝝ. Nã cũ xp̃s rex ſpõſus me⁹
eẽt in accubitu ſuo. ſ. i thalamo virgiali
vteri mei: nõ cõcepi ip̃m cũ feditate libi/

UVA. BHSC. IyR 068_1

dinis: nec ex virili ſemine: ꝫ miſtico ſpi/
ramie ⁊ ope ſp̄s ſc̄ti. ⁊ ſic dū ip̄e rex xp̄s
eēt ⁊ ꝯciperꝫ i accubitu ſuo nardꝰ mea .i.
ꝟginitas mea dedit odorē ſuū. quia non
ꝯcepit cū libidine feditatis: ꝫ cū pudore
⁊ odore virginitatis et integritatis. Itē
dilectꝰ meus xp̄s fuit mihi tanꝙ nardus
fugans oēs fetores ⁊ feditatē. Itē fuit
mihi tanꝙ facicl'ꝰ myrrhe ꝑſuās ab oīni
corruptiōe. vn̄ ſicut myrrha poſita infra
corpora mortuoꝝ nō ꝑmittit illa corrū/
pi. Ita xp̄s ꝯceptꝰ i vtero m̄o nō ꝑmiſit
me corrūpi a virginitate imo ꝟuauit inte
gritatē. Et iō dilectꝰ meꝰ tanꝙ faciculus
myrrhe iꝰ vbera mea cōmorabiꝰ ꝑſeruās
me ab oīni corruptōe. Itē dilectꝰ meus
nō ſolū fuit in accubitu et vt̄o meo ſicut
nardꝰ et facicl'us myrrhe. ꝫ etiā ſicut bo
trus cypri i vineis engadi. vbi creſcit ar/
bor balſami. q̄ dicitur cyprus. quaſi di/
cat ꝙ xp̄s fuit ſicut balſamū in vt̄o m̄o.
Nā balſamū ē liquor p̄cioſiſſimꝰ pen̄tra
tiuꝰ. nā balſamū poſitū in vola ⁊ palma
penetrat totā manū abſqꝫ inciſiōe ⁊ leſi
one. ita pariter xp̄s in concipiēdo ⁊ naſ/
cendo fuit tanꝙ balſamū. qꝛ introiuit et
exiuit ꝑ clauſaꝫ portā clauſtri virginalis
ꝯferēdo ꝓlem et fecūditatē nō auferēdo
virginitatē. Fuit ergo xꝰ in vt̄o virginali
ipiſius maꝰs marie tāꝙ nardꝰ odorifera
pellens oēs fetorem libidinis et feditatē.
Et fuit tāꝙ facicl'us myrrhe ꝑſeruās ab
oīni corruptōe. Et fuit tanꝙ botrꝰ cypri
ſiue tanꝙ balſamū intrās et penetrans
clauſtrū virginis afferēdo fecūditatē non
auferēdo virginitatē. Unde ſalon ꝯparat
miſteriū incarnatiōis ⁊ ꝯceptiōis xp̄i ad
archaꝫ phederis exiſtētis in tab'nacl'o in/
ter illa aromata odorifera abſqꝫ oī feto
re ⁊ corruptiōe. ſ. in illo tab'naculo ex li
gnis ſethinis ⁊ cedrinis incorruptibilibꝰ
fabricato ⁊ p̄cioſiſſimis vnguentis illico
⁊ perũcto ⁊ nobilibꝰ cortinis ⁊ ornamē/
tis decorato. q̄i dicat virgo maria. ꝙ ſic̄
deꝰ rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiuꝫ erat in illo
accubitu ⁊ tab'naculo cū illis aromatibꝰ
materialibꝰ odoriferis. ita pariter ſpon/
ſus pellēs oēm fetorē feditatis erat ſicut
myrrha ꝑſeruans ab oīni corruptiōe. et
ſicut botrus cypri. i. ſicut balſamū pene
trās abſqꝫ leſione prebens fecūditatē nō
auferens integritatē virginitatis. Et no
ta ꝙ vbi tranſlatio noſtra dicit faciculus
myrrhe dilectꝰ meꝰ ⁊c. In hebreo h̄etur
globꝰ muſci dilectꝰ meꝰ. Et h̄ accidit. qꝛ
iſtud nomē/mor/poſitū in hebreo ē equi
uocū. Quia vno modo ſignificat odoreꝫ
ſiue rē odoriferam. alio modo ſignificat
amaritudinē ſiue rē amarā. Et iō hebrei
moderni ſumētes vnā ſignificatōeꝫ ſemꝑ
ꝑ/mor/intelligūt ⁊ ꝑ nūciant muſcuꝫ in
hoc libro. Lxx. āt quos ſequiꝰ hieroꝰ. in
hac ꝑte tranſtulerūt h̄ nomē myrrha in
vtraqꝫ ſigificatōe. eo ꝙ vtraqꝫ ſignificato
cōuenit ip̄i myrrhe. qꝛ ſimul ē amara et
odorifera h̄ns plures ꝑfectōes et ꝓprie/
tates ꝙ̄ muſcuſ. Per q̄s ꝓprietates ipſa
myrrha maxie ſigificabat paſſiōeꝫ xp̄i et
eccl'iaſtica ſacramēta. vt dc̄tꝫ ē. Et ſigifi/
cat virtutes tā morales ꝙ̄ theologales.
q̄ ſanāt oīne viciū et ꝑſeruāt ab oī pc̄o.
Et iō m̄lto melius iterpretati ſunt. lxx.
ꝙ̄ ip̄i moderni hebrei cū ſuis falſis pūc/
tis et ſua falſa pūctuatōe. Iterū ē notā
dum. ꝙ illa arbor ex q̄ naſciꝰ balſamum
dr̄ cyprus apͦd grecos. quā ſalon trāſtu
lit ex aſſyria i iudeā. et plātauit vineā ex
ea i engadi iux̄ mare mortuū. ⁊ creſcit ad
modū viminis ꝑ modū vitis ⁊ iō dr̄ viña
Que quidē arbor nō patitur ferrū. qꝛ ſi
tāgitur aut ſcindiꝰ ferro: illico aret ⁊ ſic
catur. ꝫ cū ſcīdiꝰ lapide vel oſſe accuto:

UVA. BHSC. IyR 068_1

tūc emittit ſuccū ſiue liquorē p̄cioſiſſimū qḋ dicit̄ balſamū. Et iō hic ponit̄ botruſ ꝓ liquore illi⁹ vitis. Et dr̄ balſamū a ciuitate balſera. vbi āntiquit⁹ creſcebat. Greci aūt appellabāt etiā ip̄m cyprū. q2 aliquādo creuit illa arbor in cypro inſula. Et facit grana ad modū botri aut vue. ſʒ ille liquor p̄cioſus qui dr̄ balſamū / nō fit nec exit de botro: ſʒ ex calamo ſiue v̄ga illius vitis in ſciſſe diſtillando illū liquorē Et dr̄ cyprus ꝙ interp̄tat̄ res amena: et etiā interp̄tat̄ mixtura: eo q2 ille liquor ameniſſimus ⁊ p̄cioſiſſimuſ ⁊ digniſſim⁹ ⁊ penetratiu⁹ quo oēs reges vngebātur. Per qḋ balſamū ſignificat̄ xp̄s et paſſio eius ⁊ refectio. a cuius vnctōe oēs dicūtur xp̄iani. i. vncti. Dicit ergo virgo maria. ꝙ xp̄s ſpōſus ⁊ filius me⁹ ⁊ dil'ctus duʒ erat in accubitu ſuo. ſ. in vtero meo fuit mihi ſicut botrus cypri. i. ſicut balſamū in vineis engadi naſcēs. nā ſicut balſamū penetrat carnē abſqʒ leſiōe et īſciſione ⁊ p̄ſeruat a corruptiōe / ⁊ cōſeruat in integritate / ⁊ ꝑpetuat odorē ī vaſe ſuo in quo ſemel ſtetit / ⁊ ſignificabat hoīem vnctū ex eo / q2 nō vngūtur ex eo niſi reges ⁊ ſacerdotes ⁊ incliti ꝓpter ei⁹ p̄ciū et dignitatē: ita pariter dilect⁹ me⁹ penetrauit clauſtrū meū ī ꝯceptiōe et natiuitate abſqʒ leſiōe virginitatis m̄e. q2 lʒ ex me accepit carnis veritatē: tñ ſuauit virginitatis integritatē ⁊ ꝑpetuā dignitatē. Quia etiā poſt partuʒ ſemꝑ appellabor virgo ⁊ mater dei. ⁊ b̄tam me dicēt oēs generatōes. Ex quib⁹ pʒ ꝙ vterus virginis marie fuit accubitus et thalam⁹ xp̄i nardo odorifera oīuʒ virtutū ⁊ grãꝝ perfuſus. Et fuit capſa myrrhe electe ⁊ balſami p̄cioſi ip̄i⁹ xp̄i. Et ip̄e xp̄s fuit ī vtero virgīali tanꝗ̄ nardus odorifera oīuʒ virtutū. ⁊ faſciculus myrrhe ſue virginitatis ꝯſeruatiu⁹: ⁊ tanꝗ̄ botrus cypri. i. tanꝗ̄ balſamū penetrās abſqʒ leſione ⁊ dignificās et vngēs eam tanꝗ̄ reginā hominū ⁊ angeloꝝ. Et ideo ſunt valde notanda iſta tria aromata / hic methaforice poſita ratiōe ſuaꝝ ꝓpetatū ⁊ ꝑfectionuʒ que ꝑ quandā excellentiaʒ cōueniūt xp̄o et virgini marie matri ſue. qui loquūtur in h̄ cātico. Naʒ ſicut de⁹ in figura p̄cepit moyſi vt pungeret illḋ tab̄naculū in quo archa ſua erat repoſita vnguēto iſtoruʒ aromatū. Ita implēdo illā figuram voluit illā matrē / de qua carneʒ erat aſſumpturus ⁊ in ei⁹ vtero quietur⁹ pungere ⁊ ornare vnguēto diuerſaꝝ grãꝝ ſupradictaꝝ. Jdō aduertat l'ctor ⁊ querat Sed q2 virgo maria mater et ſpōſa xp̄i egit grãs de beneficijs receptis a ſpōſo et maxime q2 faciēdo ip̄am matrē dei ſuauit in ea virginitatē. x⁹ ſpōſus et fili⁹ reddendo vices r̄ndet ꝯmēdando eā in ꝑſona ſui inq̄ntū mater. et ī ꝑſona eccl'ie inq̄ntuʒ ſpōſa et p̄muʒ mēbrū eccl'ie. et cōmēdat eā de m'tiplici pl'chritudine. Vn̄ ē aduertēdū ꝙ xp̄ʒ matrē ſuā aut eccl'iaʒ ꝯmēdare. idē ē ꝙ ip̄aʒ virtutib⁹ et gratijs decorare et ornare et ditare q2 dicere dei eſt facere. Jdeo tot⁹ iſte dyalog⁹ hui⁹ ſecūdi cātici inter ſpōſum et ſpōſam nil aliud eſt niſi ille dyalog⁹ qui fuit inter gabrielem et virgineʒ mariā ī miſterio incarnatōis. luce p2io q̄ño angl'us gabriel miſſus a d̄o dixit. Aue maria gracia ⁊c̄. Quod miſteriū ⁊ dyalogū ꝓphetice cātat ſal'on in h̄ cātico. put ꝓph̄ice p̄uidit in ſp̄u. Dicit ergo x⁹ ad virginē matrē et ſponſam ſuam. O amica mea tu dicis. ꝙ ego ſuʒ nard⁹ odorifera ⁊ faſcicl'us myrrhe īter vbera tua ⁊ ſicut botr⁹ cypri. Et ecce ego dico tibi. ꝙ tu es pl'chra. i. te feci pulchram quo ad aīaʒ pl'chritudine oīuʒ

UVA. BHSC. IyR 068_1

graꝝ et virtutū. Et eſt tu es pulchra quo
ad corpꝰ extius. qꝛ pura ⁊ hūilis ⁊ hone
ſtiſſima. qꝛ oculi tui ſunt ſicut oculi colū
barum oſtēdentes ī ſe oēs honeſtatē et pu
ritatem et hūilitatē abſqꝫ amaritudine ⁊
felle et omni labe. Cui rn̄det ſpōſa. Ecce
tu pulcher es dilecte mi et decorꝰ. et ſpe
cioſus forma p̄ filijs hoīuꝫ. qꝛ tu es pul/
cher et bonꝰ ꝑ eēntiaꝫ. ego aūt ꝑ ꝑticipa/
tōeꝫ. vn̄ ſi quid pl'chritudinis hēo. illō re
cepi a te. qꝛ me voluiſti ꝟtutibꝰ et plēitu
die graꝝ ornare. ⁊ plenā grā appellare ⁊
et facere. ⁊ me voluiſti ī tuū tēplū ⁊ hita
clū matnū eligere ⁊ fabcare et ſcificar̄ ⁊
ꝯſecrare ⁊ ex meis puris ſāguinibꝰ carnē
aſſumere. Et iō qꝛ tu voluiſti ornare h̄ ta
bnaculuꝫ tuū. inde ē ꝙ lectulus nr̄ ē flo/
ridꝰ. i. varietate virtutū ⁊ graꝝ ornatus
⁊ amenus ⁊ delectabilis quo ad ornatū
Qꝫ qntū ad materiā ex q̄ feciſti hanc do/
mū tuā ⁊ tabnaculum. dico tibi ꝙ tigna
domoꝝ nr̄aꝝ ſunt cedrina. qꝛ feciſti iſtud
tabnaculū pſone mee ex duabus tabulis
cōpletis et coniūctis. ſ. ex carne ſethina
mūdiſſima ⁊ pura. et ex aīa cedri impu/
tribili ⁊ fugatiua oīs veneni et oīs pctī.
Et iō antiquus ſpens nō potuit me mor
dere nec inficere ſuo dēte et veneno peſti
fero: ſicut dictū ē. qꝛ tigna huius domus
ſunt cedrīa. Un̄ tigna dicūtur tabl'e ſiue
trabes adinuicē colligate ſuſtinētes do/
mū. Et laquearia nr̄a. ſ. trabes maiores
ſunt cypreſſina ⁊ icorruptibilia. q̄i dicat
ꝙ ſic̄ moyſes fecit illō tabernaculū mate
riale ex lignis cypſſinis et cedrinis odori
feris ⁊ incorruptibilibꝰ fugatiuis oīs ve
neni. Ita tu ſpōſe fabricaſti me ī domū
et tabnaculū tuū maternale ex carne cy/
preſſina ⁊ aīa cedria: ne venenū pctī me
valeret cōtingere. nec ſpens ātiquꝰ mor/
dere. qꝛ ante aīatiōeꝫ carnē meā mūdaſti
⁊ ſcificaſti: ⁊ in aīatiōe aīam meā ſimul
creaſti ⁊ ſcificaſti ⁊ cōſecraſti et gratifi/
caſti ⁊ infudiſti ⁊ ī me ꝑ grām habitaſti.
Et ſic fui immunis ab omni pcōo ab iſtā
ti creatiōis: intātū/ꝙ ego poſſum dicere
ꝙ ego ſum pulcherrimus flos cāpi et li/
liū cōualliū q̄ntū ad puritatē ⁊ mūdiciā
q̄i dicat/ꝙ tu me creaſti ⁊ feciſti mūdā ⁊
puraꝫ ⁊ pulchrā ſicut florē in cāpo ⁊ li/
liuꝫ ī cōuallibꝰ. Cui rn̄det ſpōſus. Bene
dicis o ſpōſa/ꝙ tu es flos cāpi et lilium
cōualliū. nā ſicut liliū inter ſpinas: ſic tu
amica iter filias. Ad cuius intellectū eſt
aduertēdū. ꝙ dictio poſita ī hebreo ē eq̄/
uoca ad roſas ⁊ ſpinas. Et iō btūs hieroꝰ
ī h̄ libro ⁊ ī pſalterio ſemꝑ trāſtulit illō
vocabulū ad lilia. hebrei aūt ad roſas. ſꝫ
forſan ī h̄ melius ē in hebreo. qꝛ lilia nō
ꝯſueuerūt naſci īter ſpinas. ſꝫ roſa naſci
tur ī arbore ſpinoſa. Jdō lꝫ ꝟgo maria
cōpareꝰ lilijs rōe virginitatis: tn̄ magis
ꝓꝑe ꝯparaꝰ roſe rōe immūitatis a pctō.
Nā ſicut ex arbore ſpinoſa naſcitur illa
roſa pl'cherrima ⁊ odorifera ſine ſpinis:
ita ſola virgo maria inter oēs naturales
filios adā nata fuit ex illa arbore ſpino/
ſa ade abſqꝫ aliqua ſpina originali. ⁊ ꝑ
ꝯn̄s abſqꝫ ſpina pctī. Et iō dicit ſibi xp̄s
ꝙ ſicut roſa naſciꝰ abſqꝫ ſpinis īter ſpi/
nas ⁊ ex arbore ſpinoſa: Ita ſola tu ſpō
ſa ⁊ amica mea nata es inter filias oēs
īpius adā abſqꝫ aliq̄ ſpina pctī. Et ſic na
ta es ⁊ cōcepta ⁊ aīata abſqꝫ ſpina origi
nali. Ita ſemꝑ vixiſti abſqꝫ aliqua ſpina
actuali ⁊ veniali. Cui rn̄det ſpōſa/o ſpō/
ſe bn̄ dicis. ꝙ ego ſuꝫ ſicut liliū aut roſa
īter ſpinas. qꝛ roſa naſciꝰ ex arbore par
ua ⁊ hūili. ſꝫ tu es arbor altiſſima ⁊ fruc
tifera ⁊ frōdoſa de cuius plenitudīe oēs
accepimus fructꝰ grē. ⁊ ſub cuiꝰ vmbra
oēs viuimus. et iō ſicut malus ē arbor al

UVA. BHSC. IyR 068_1

tiſſima ⁊ fructifera īter ſiluas ⁊ ligna ſil
uaꝝ. ſic tu dilectus meꝰ inter filios di. ſ.
inter oēs angelos ⁊ hoīes. qꝛ illi ſunt fi/
lij ꝑ adoptionē ⁊ creationē. tu aūt ꝑ na/
turā. Jdeo oēs excedis ī oīpotētia ⁊ ſa/
piētia et mīa et largitate. Et nota ꝙ iſta
arboꝛ ē lignū vite qđ ꝑdidit adā: ī cuius
ſupplemētū datus eſt nƀ xp̄s qui ē veruꝫ
lignū vite vt dictū ē. pſalꝫo. ꝓmo. ſub cu/
ius vmbꝛa deſiderabāt quieſcere pr̄es ve
teris teſtamēti. Sub cuius vmbꝛa ꝓmo
quieuit virgo maria/ ⁊ ex ꝯn̄ti tota eccl'ia
Et iō dicit virgo maria ſimul cū tota ec/
cleſia. o xp̄e ſpōſe. ſicut malus. i. lignum
vite erat nobiliꝰ ⁊ ſalubꝛius inter oīa li/
gna paradiſi: ita dilectus meꝰ inteꝛ filios
i. obtinet pꝛincipatuꝫ ī potētia ⁊ ſc̄titate
⁊ ſapiētia ⁊ bonitate. inter oēs filios dei
ſ. inter oēs āgelos. et eminet ſuꝑ oēs cre
aturas. Et iō virgo maria ſimul cū tota
eccl'ia. ve. teſ. deſiderabat ⁊ petebat ꝓte/
gi ⁊ ſedere ſub vmbꝛa huius arboꝛis in
pꝛimo cātico. Sꝫ poſtꝙ xp̄s veīt ī carnē
iaꝫ ſpōſa gaudet ſediſſe ſub vmbꝛa huius
arboꝛis diu ꝑ oēs fideles. ve. teſ. optate
Et iaꝫ gaudet ī comedēdo fructuꝫ eiꝰ di/
cens. Sub vmbꝛa illius quē deſiderabaꝫ
ſedi. Jteꝝ ē aduertēdū. ꝙ ſalon ꝑ illam
nubē que obūbꝛabat tab'naculū in die et
illuſtrabat de nocte: ꝓuidit in ſp̄u qualꝛ
xp̄s debebat obūbꝛare ⁊ ꝓtegere virgīeꝫ
matrē ſuā ſp̄u ſc̄to. ⁊ ex ꝯn̄ti totā eccl'iaꝫ
et pluere ſuꝑ eā māna graꝝ ⁊ donoꝝ et
ſacramētoꝝ. ſub cuius vmbꝛa et ꝓtectio
ne debebat refici ⁊ paſci ⁊ quieſcere ⁊ ꝓ
tegi. Et iō ſubdit ſpōſa. intātū eſt arboꝛ
altiſſima ⁊ fructifera et ſuauis iſte filius
ꝙ ſub vmbꝛa illius quē deſiderabā ſedi.

Nā ī ꝓmo cātico ego deſiderādo pe/
tij paſci ⁊ qeſcere ſƀ vmbꝛa eiꝰ. ſꝫ īpe ad
īpleuit deſid'iū ⁊ petitioꝫ meā. nā poſt/
ꝙ accepit carnē et fc̄ts ē caput eccl'ie. ego
ſedi ſub vmbꝛa eiꝰ deſiderata. ⁊ paſcoꝛ in
paſcuis eiꝰ/ ītātū ꝙ fructꝰ eiꝰ ē dl'cis gu/
turi m̄o. vnde tūc ſedi ſub vmbꝛa ſponſi
et filij mei xp̄i qn̄o anglo nūciante ſp̄us
ſc̄ts ſuꝑuenit ī me. et virtꝰ altiſſimi obū/
bꝛauit mihi diſponēdo me ad recipiēduꝫ
filium dei ī vt̄o meo. et foꝛmādo illđ coꝛ
pus ſc̄tiſſimū ex puris ſanguinibꝰ meis.
Et tūc fuit fructꝰ dl'cis guturi meo. qn̄o
realꝛ ꝯcepi ī me filiū dei. qꝛ qđ ꝯceptū ⁊
natū fuit in me ſc̄tm: vocatus ē filius dī.
Et ideo dixit mihi heliſabeth. Bn̄a tu in
ml'ieribus ⁊ bn̄s fructus vētris tui. Un̄
ille fructꝰ qui erat ī vētre meo tātū erat
mihi dl'cis. ꝙ ꝯtinue fruebaꝛ eius collo/
quio et in ſpiratōibꝰ et ꝯſolatōibꝰ ſp̄uali
bus. Nam ille fructꝰ vētris mei impulit
me. vt irem ad viſitādum heliſabeth. vbi
xp̄s fructus vētris mei ſc̄tificauit iohāeꝫ
baptiſtam ī vētre matꝛs ſue. Jtē ille fruc
tus ſpirauit ī me ſp̄m ꝓpheticū et euāge
licum. qn̄o exl'tans ī ſp̄ū cātaui illđ can/
ticū. Magnificat aīa mea dn̄m. Jn quo
cantico ego fui euāgeliſta ānunciādo ſal
uatoꝛem diu pꝛ̄ibus expectatuꝫ eſſe ī vt̄o
meo. et iſꝛl' iā ſuſcepiſſe pueꝝ ſuū. Et fui
ꝓphetiſſa ꝓ̄dicendo oīa q̄ facꝛus erat xꝰ
filius meꝰ. qꝛ debebat deponere potētes
reges et pꝛincipes infideles mūdi. et exal
tare hūiles fideles. et debebat īplere pau
ꝑes bonis ſp̄ualibꝰ. et diuites iudeos di/
mittere inanes ī ſua ignorātia ⁊ cecitate.

Deinde cū dicit. Jntroduxit me rex
in cellam vinariaꝫ. Eſt aduertēdum ꝙ in
triplicē cellam vinariā introduxit xꝰ ſpō
ſam ſuam eccl'iaꝫ oꝛdinādo caritatē ī ea.
Eo ꝙ vnūquodqꝫ iſtoꝝ cellarioꝝ oꝛdīat
caritatē in hoīe fideli. Unde pꝛimū cella
rium vinariū īp̄iꝰ xp̄i ē ſacra ſcripꝛa ve.
te. in qua latebat vinū euāgelicū noui te

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſtamẽti tanq̃ in vegetib⁹. Nam miſteria ve. te. erãt q̃i vegetes miſterioꝝ noui te. In hoc cellariũ introduxit x⁹ eccłiaȝ ſpõſam ſuã. qño apuit apłis ſenſuȝ vt intelligerent ſcripꝭas oẽs. quomodo oĩa q̃ erant ſcripta in lege et ꝓphetis et pſaľis . fuerãt ꝯpleta ĩ eo. vt pȝ Luce. xxiiij. It̃ qño miſit eis ſpũȝ ſcẽm vbi recepũt dona grãꝝ ⁊c. Et ſic ordinauit ĩ eis caritatem. Nam ſacra ſcripꝭa docet ordinẽ caritatis puta q̃liter de⁹ eſt diligẽdus ſuper oĩa et ꝑ ſe et ꝓpter ſe. et ꝓxim⁹ in deo. et ꝓpter deũ. q² finis legis et oĩs p̃cepti eſt caritas. p̃. ad thi. i. Scḋm cellariũ xp̃i eſt p̃ñs eccłia. in qua ſunt ſeptẽ vegetes ſacramentorum in quibus reponitur et a quibus hauritur grã xp̃i que datur per ſacramẽta eccłiaſtica. Que quideȝ grã vł eſt ipã caritas vel ei⁹ radix. q² caritas vł ẽ ipã grã vł nõ ſiñ grã ſibi ãnexa. q̃ q̃dẽ caritas ẽ amor reglatiu⁹ volũtatis ad diligẽdũ deuȝ ⁊ ꝓximuȝ ſm ſpeciẽ/modũ/⁊ ordinẽ. Et ſic caritas ẽ illa q̃ ordinat volũtatẽ ad diligẽduȝ deũ ⁊ ꝓximuȝ. Que quidẽ caritas ꝯparaꝭ vino: eo q² inebriat aĩam et transformat amantem in amatum et extaſim facit. vt inquit dioniſius Imo anima caritate informata magis ẽ vbi amat: q̃ vbi animat ⁊ informat.

Tercium cellariuȝ xp̃i eſt eccleſia ſupna celeſtis in quo ꝯfertur vinũ gł̃ie vbi caritas eſt in ſua ꝑfectõe. vbi voluntas btõꝝ hẽt quicquid vult. et nichil mali vult. et volũtas oĩuȝ btõꝝ ꝑ caritateȝ ꝯfirmata totaľr eſt ꝯuerſa in deũ et ꝯformis eius voluntati. Et ſic pȝ q̃liter ẽ triplex cellarium et triplex vinũ ordinãs et inebriãs voluntatẽ hõis. ad qḋ triplex cellariũ x⁹ introduxit eccłiaȝ ſpõſaȝ eius ordinãdo in ea caritateȝ. Iſta ergo ſponſa ꝑ ſtatu ve. te. petebat aduẽtuȝ ſpõſi vt introduceret eã in hoc triplex cellariũ. eo q² per alium nõ poꝭat introduci. vt pȝ in p̃io cantico. Sed q² xp̃s ſpõſus ei⁹ introduxit eam in cellaria ſup̃dicta: ideo grãs agendo cuȝ gaudio dicit. Introduxit me rex in cellam vinariã et ordinauit in me caritatẽ. Et ẽ aduertẽduȝ q̄ iſta ſpõſa in primo cãtico petit introduci in ſup̃dicta tria cellaria. ſed in h̃ ſcḋo cãtico dicit q̄ ſpõſus ſolum ĩtroduxit eã in vnã cellaȝ vinariam. ſ. in primũ cellariũ ſacre ſcripture in qḋ ĩtroduxerat virgineȝ mariam matrẽ ſuam reuelando ſibi ſecreta ſacre ſcripꝭe. vt pȝ in cãtico ſuo. ſȝ p⁹ea introduxit totã eccłiaȝ ſpõſam in alia cellaria qño inſtituit eccłiaſtica ſacm̃ẽta. et apuit nb̃ viã ad regnũ celoꝝ ꝑ paſſiõȝ ⁊ reſurrectiõȝ et aſcẽſiõȝ. Ad maiorẽ aũt euidẽtiã ẽ etiã notãduȝ. q̄ lȝ oĩs caritas ſit amor. tñ nõ oĩs amor ẽ caritas. Vñ triplex eſt amor. puta vnus qui dr̃ naturalis. q̃lis ẽ p̃ris ad filium. ⁊ poete ad ſua poemata. Scḋus dr̃ amor ꝯuerſus ꝓcedẽs ab inordinato appetitu quo ꝯuerſe auar⁹ amat pecunias. ⁊ ſupbus honores. ⁊ voluptuoſus mulieres. Tercius dr̃ amor ordĩatus quo ordĩate diligimus deũ ⁊ ꝓximũ et iſte dr̃ caritas. eo q² ordĩat volũtatem ad diligẽdũ deum ⁊ ꝓximũ ſuãdo ſpẽm modũ ⁊ ordiẽȝ. Vñ ſpẽs diligẽda ẽ. ſ. ſolus de⁹ ⁊ ei⁹ ymago. ſ. hõ ⁊ ãgłus. eo q² ſola iſta triplex ſpẽs eſt quoddam bonuȝ felicitans aut felicitabile et fruibile. Vñ ſolus de⁹ eſt ꝑ ſe fruibilis ĩ ſe. et hõ et angelus ſolus in deo. Unde ait paulus ad phili. Fruar te in dño fr̃. Modus aũt diligẽdi bonũ eſt vt diligaꝭ res eo mõ quo eſt. Et ſic q² de⁹ ẽ ꝑ ſe bonuȝ ſup oĩa et a quo oĩa. Ideo ẽ diligẽd⁹ a nob̃ ꝑ ſe et in ſe ſup oĩa. Et q² tam hõ q̃ anglus ẽ ymago dei et a deo: ideo ẽ diligẽd⁹ in deo cui⁹ eſt

.D.

UVA. BHSC. IyR 068_1

ymago et a quo ē. Jteꝫ ordo diligēdi ſu/
mitur a fine. ſꝫ qꝛ ds eſt ꝑpter ſe et non
ꝑpt aliud bonuꝫ. ymo oīa alia ſunt ꝑpt
deum et ordinant in deū tanꝙ in fine vl/
timatū. qꝛ ē finis oīuꝫ. Jdō ds eſt diligē
dus ꝑpter ſe. et hō et oīa alia ꝑpter dm̄.
Totū aūt iſtum ordinē diligēdi facit cari
tas in nr̄a volūtate. Et iō caritas diffinit
ꝙ eſt amor ordinās volūtatē ad diligēdū
deum et ꝓximuꝫ ſeruādo ſpēm modū et
ordineꝫ. ſ. ad diligēdum dm̄ ſup oīa et ꝑ
ſe et in ſe et ꝑpt ſe. et ꝓximū in dō et ꝓ/
pter deū. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ qui diligit deuꝫ
nō ꝑpter ſe ſꝫ ꝑpt aliquā vtilitatē: errat
in ordine. et qui diligit magis ſe ꝙ̄ deuꝫ:
errat ī modo. Et iō dr̄ ꝙ diabolus ī prin
cipio errauit ī modo et ordine. eo qꝛ dile
xit ſe ī ſe ⁊ ꝑpter ſe. et nō in dm̄ ⁊ ꝑpter
deū. ymo īcepit ab amore ſui vſqꝫ ad cō/
tēptum di ꝯtēnendo eiꝰ legē et deuiando
ab eiꝰ volūtate. vt dcm̄ ē ſup ps. lxxxi. et
ſup Te deū laudamꝰ. Caritas ergo ē illa
virtꝰ īfuſa ordinatiua volūtatis ad diligē
dum deū et ꝓximū. Et hāc caritatē ordi
nauit xꝰ ſpōſus prio ī virgine maria ma
tre ſua ⁊ ex ꝯñti in tota eccl'ia ſpōſa ſua.
vt pꝫ ꝑ totū diſcurſuꝫ euāgelicuꝫ. Unde
ꝑmo oñdit hāc caritatē faciēdo/ ⁊ poſtea
docēdo. Et iō dicit virgo maria ī hoc cā/
tico in ꝑſona ſui ⁊ totius eccl'ie. Jntro/
duxit me rex ſpōſus meꝰ in cellaꝫ vinari
am. i. in cellam ſacre ſcripture ⁊ in cellā
ſacramētoꝝ eccl'ie. et ordīauit in me cari
tatē. i. docuit me ordinē caritatis ꝑ legeꝫ
euangelicā quō diligā deuꝫ ⁊ ꝓximū. eo
modo ⁊ ordīe quo dictū ē. Et cōtulit mi
hi caritatē ꝑ eccl'iaſtica ſacm̄ta. q̄ ordina
te diligo deum ⁊ ꝓximū. Hoc aūt dr̄ qꝛ
in omni ſacramēto datˀ grā: que ē ipa ca/
ritas aut nō ſine caritate. Et iō dicit ſpō
ſa ꝙ fructꝰ illius magne arboris ſub cuiꝰ
vmbra ſedebaꝫ: ſemꝑ fuit dulcis gutturi
meo. intātū ꝙ filius meꝰ ītroduxit me ī
cellam vinariā. ſ. in cameraꝫ penetralis
ſecretoꝝ ⁊ ꝓfundoꝝ miſterioꝝ euāgeli/
coꝝ multa miſteria ſecreta reuelādo. Et
ſic ordinauit in me caritatē ⁊ dilectionē.
Et iō fui mota ad cātanduꝫ illud cāticū.
Magnificat aīa mea dñꝫ. ex nimio amo
re ꝯcepto. vñ ſpōſus meꝰ ⁊ filiꝰ qñō ītro
duxit me ī ſuā cellaꝫ vinariā: intātū vul
nerauit et inebriauit me vino ſue carita/
tis ⁊ amoris ⁊ dilectiōis. ꝙ totaliter fui
oblita huius mūdi et mei ipiꝰ: ⁊ fui ꝯuer
ſa ⁊ tracta in eius amorē. qꝛ amor trāſ/
format amātē in amatum. Et ſic fui fac
ta q̄ſi languida abſqꝫ memoria huiꝰ mun
di ⁊ ſuoꝝ bonoꝝ tꝑoraliū. Et iō vos an/
geli ſodales ſponſi ⁊ filij mei xp̄i fulcite
me ⁊ ornate me floribꝰ huius agri ⁊ orti
filij mei. et ſtipate et circūdate me malis
et pomis huiuſ arboris filij mei. qꝛ amo
re eius langueo. qꝛ nō poſſuꝫ edere aliū
cibū/ nec frui alio fructu. nec alius fruc/
tus eſt dulcis gutturi meo ꝑter fructus
ſapidiſſimos huius arboris. quiqꝫ de fruc
tus ⁊ poma nutriūt fideles: ⁊ dāt vitaꝫ
mūdo. Jtem nō miremini ꝙ langueam
amore huius filij ⁊ ſpōſi mei xp̄i. nā ipe
introduxit me in cubiculū ſuū. et ample
xatus eſt me: ſicut mater amplectitˀ filiū.
⁊ ſpōſus ſpōſam. nā leua eius. i. brachiū
et manus eius ſiniſtra poſita ē ſub capi/
te meo. et dextera illiꝰ amplexabitur me
Nam qñō mater amplectitur filiū par/
uū: ſuſtinet eum cū ſiniſtra poſita ſub ca
pite. ⁊ cum dextera coopit corpus eius.
Jta pariter ſpōſus ⁊ filiꝰ meꝰ xp̄s quo/
daꝫ ſpūali amplexu amplexatꝰ eſt me. cū
leua eius ſub capite ſuſtētando. et cū dex
tera ſue potētie et amoris et fauoris me
ꝓtexit ab om̄i malo ꝓ̄ſuādo. ⁊ ī oī bono

UVA. BHSC. IyR 068_1

ꝯfirmãdo. Et ſic tenet me ãplexã tãq̃ lã
guidã ⁊ ebriã ĩ cella vinaria ſue caritatis
et amoris ⁊ dilectionis. Sꝫ hic eſt valde
aduertẽdũ. ꝙ cũ in h̃ cãtico ſpõſus ſatiſ
faciat ⁊ ãnuat petitiõib⁹ et deſiderio ſpõ
ſe. ⁊ ipa ſpõſa agat grãs/eo q̄ ſpõſus ad
impleuit deſideriũ ⁊ petitiões ſuas. pu/
ta q̄ oſculatus ẽ eã oſclo incarnatiõis.
Et traxit eã ĩ odores vnguẽtoꝝ ſuoꝝ. Et
introduxit eam ĩ cubiculũ ſuũ ⁊ cellam
vinariã reuelãdo miſteria ⁊ ſecreta ſua.
Et iam ſedit ſub vmbra illi⁹ quẽ deſidera
bat. Et r̃fecta ẽ cibis ⁊ fructib⁹ illi⁹ arbo
ris dlciſſimis. Item q̄ tale oſculũ dicit
quãdã vnitatẽ ĩter ſpõſũ ⁊ ſpõſã: Eo
ꝙ in illa bñdicta incarnatione fcta fuit
triplex vnio. q̄ pmo vbũ aſſumpſit illã
hũanitatẽ in vnitate pſonali ⁊ ſuppoſita
li. Scdo xp̃s elegit et vniuit ſibi ſpecialr
⁊ ſinglariter virginẽ matrẽ ſuã in qdam
vnitate matna. q̄ fcta eſt ſpãle tẽpluꝫ et
tabernaclũ maternũ ipius xp̃i. Tertio
x⁹ in ſua matre deſpõſauit ſibi totã eccle
ſiã inqntũ ipa fuit pmũ mẽbrũ eccl̃ie xp̃i
et exordiũ eius: vt inquit aug⁹. Et hanc
eccleſiam deſponſauit et vniuit ſibi xp̃s
quadam vnitate miſtica. Et ſic eſt dicen/
dum. ꝙ triplex oſculum dedit chriſtus.
Nam primo oſclatus eſt illam hũanita/
tẽ aſſumptam oſclo ĩcarnatõis et oſculo
pſonali. Scdo oſclatus ẽ virginẽ mariã
oſclo filiali ſiue matno. Tercio oſclatus
eſt totã eccliã oſclo miſtico et ſacmẽtali
Et ſic ergo ẽ dicẽdum. ꝙ totũ iſtud canti
cum põt vificari de iſto triplici oſclo. ſ.
incarnatõis et matnitatis. et deſpõſatio
nis eccl̃ie. Et ſic poſſũt prĩo eſſe verba hu
manitatis xp̃i. puta ꝙ illa hũanitas xp̃i
agat grãs dõ. q̄ verbum diuinũ oſcula/
ta ẽ eã oſclo et vnitate pſonali. et q̄ ver/
bum cõmorat̃ inter vbera hũanitatis. et
quomõ illud verbũ diuinũ fuit illi hũani
tati aſſumpte tãq̃ nard⁹ et faſciclus myr
rhe et botr⁹ cypri. et quomõ illa hũani/
tas aſſumpta fuit tanq̃ liliũ et roſa inter
ſpinas. et quomõ fuit fauorata ſub vm/
bra verbi ⁊ ãplexata ⁊ pſonata ⁊ ſuppo
ſita p verbũ ⁊c. Itẽ totũ iſtud cãticum
vificatur de ipſa virgĩe put in amplexu
et vẽo ei⁹ x⁹ accubuit ⁊ recubuit tanq̃ in
ſuo thalamo. ⁊ qñ xp̃s exñs in ei⁹ vẽo
fuit ſibi tanq̃ nardus odorifera ⁊ ſicut
faſciculus myrrhe pſuans eã ab õi cor/
ruptiõe. et fuit ſibi tanq̃ botrus cypri ⁊
tanq̃ balſamũ penetrãs clauſtrũ virgini
tatis abſq̃ violatiõe: ipãz virginẽ ⁊ itac/
tam relinquẽdo. Et qñ xp̃s introduxit
eam in cellam vinariam ordinãdo in ea
caritatem ⁊ dilectiõeꝫ trãſformãdo eã ĩ
ſe. et altiſſima ſecreta ſibi reuelãdo. Itẽ
lꝫ virgo maria cõtineret xp̃m ẜm carnẽ
ĩ vtero ſuo inqntũ mater. tñ ipa ſedebat
ſub vmbra xp̃i inqntũ ſpõſa. Itẽ ipa vir
go mater xp̃i ſedit ſub vmbra illi⁹ quem
deſiderabat. qñ ſp̃s ſcĩs venit ſup eã et
obumbrauit eã. Luc. pmo Et tunc xp̃s
filius ſuus amplexus eſt eã. qñ ipãz in
perſona totius eccl̃ie ſibi deſpõſauit. Et
ſic pꝫ qlr totũ h̃ cãticũ de ipa verificat̃.
Sed vltimate verificat̃ totũ iſtud cãticũ
de tota ecclia xp̃i. quã xp̃s ſibi deſpõſa/
uit et vniuit ĩ vnitate miſtica. Et iõ h̃ cã/
ticum ẽ exponẽdũ ſinglarit̃ et ſpãlr de to
ta ecclia. Ad cui⁹ intellctũ ẽ notãdũ
et p̃aduertẽdum. ꝙ ecclia ĩ primo cãtico
petijt oſclari et trahi a ſpõſo et introdu
ci ĩ cellaria ei⁹ et paſci et ſedẽ et ptegi ſb̃
vmbra ei⁹. Itẽ dctꝫ ẽ q̃liter ſicut p illã ar
chã phedis figurabat̃ x⁹ de⁹ et hõ/rex et
ſacerdos: Ita p illõ tabnaclꝫ in quo ar/
cha fuit repoſita figurabat̃ primo maria
tanq̃ tabernaculũ maternũ. ſꝫ vltimate



UVA. BHSC. IyR 068_1

figurabaꝛ eccl'ia. in q̄ xp̄s mō bitat p̄ fidē
et grāȝ tanq̄ in tabnacl'o miſtico. Et dctū
eſt ꝙ virgo maria fuit primū mēbrū ec/
cleſie noui te. in q̄ pri⁹ bitauit p̄ grām ꝙ
p̄ carneȝ. Et iō pri⁹ fuit ſpōſa q̄ȝ mat' xp̄i
Et prius fuit tabnacl'uȝ ſpūale et miſticū
xp̄i. ꝙ tabernaculuȝ maternū. Et ſic iſta
eccl'ia no. teſ. incepit a virgīe maria. ⁊ ī
ea incepit deſpōſari xp̄o. Et iō ip̄a loquiꝛ
in h̄ cātico tanq̄ ſpōſa in p̄ſona toti⁹ ec/
cl'ie no. teſ. Et etiā in p̄ſona totius eccl'ie
ve. teſ. qꝛ in ea incepit cōpleri deſideriuȝ
⁊ petitio fc̄ta ī p̄mo cātico. qꝛ illa eccl'ia
ꝯtinuatuꝛ cū iſta p̄ virginē mariā ⁊ xp̄m
ab adā uſqȝ ad iudiciuȝ: lȝ p̄ diuerſos ſta
tus. vt pluries dictū eſt. Deinde cuȝ
dicit. Adiuro vos filie hieruſalē. cōcludit
iſtd' ſm cāticū. Vn̄ poſtq̄ ſpōſus xp̄s cō
pleuit deſideriū huius ſponſe: ⁊ iaȝ itro
duxit eaȝ in thalamū ⁊ cellariū ſuū: ⁊ iā
tenet eam in amplexu ſuo ⁊ ip̄a iā ſe re/
putat felicē quieſcēdo ſub vmbra ſponſi
et fruendo bonis ſpūalib⁹ eius. ⁊ iā dor
mit inebriata in eius amore ⁊ amplexu.
Ideo vt xp̄s reddat ip̄am ſecuraȝ oñdit
iſtam deſpōſatiōeȝ ⁊ vnionē eſſe firmā ⁊
rataȝ ⁊ p̄petuā. ⁊ iſtd' oſculū eſſe īſepara
bile. Et hoc intelligiꝛ de ſup̄dicto triplici
oſcl'o. ſ. incarnatiōis ⁊ maternitatis vir
ginis marie ⁊ deſponſatiōis ⁊ amplexus
eccl'ie. Vn̄ dicit xp̄s. o filie hi'rl'm. i. aīe fi
deles. Ego adiuro vos p̄ capreas. i. p̄ pa
triarchas. ceruoſqȝ cāpoꝝ. i. p̄ p̄phetas
nec ſuſcitetis nec euigilare faciatis iſtaȝ
dil'ctaȝ a dormitōe ⁊ a ſōno ⁊ ab āplexu
meo doñ ip̄a velit. q̄i dicat. ꝙ null⁹ cre/
datꝛ ꝙ poſtq̄ ego aſſumpſi iſtā hūanitatē
ī vnitate ſuppoſiti ꝙ aliqn̄o dimittam.
ymo nunq̄ ampli⁹ dimittā qd' ſemel aſ/
ſumpſi. Iō dico vb. ꝙ nō ſuſcitetis nec
ſeparetis eā: ñc putetis eā ſeparari a m̄o
amplexu: qꝛ nunq̄ dimittam. Itē ñc ſu/
ſcitetis virginē mariā matrē meā a meo
amplexu maternali. qꝛ nunq̄ dimittam
eaȝ. qꝛ in eternū erit mater mea ⁊ dil'cta
⁊ ī grā ꝯfirmata. Itē adiuro vos ne ſu/
ſcitetis ñc euigilare faciatis ſpōſam meā
eccl'iaȝ ab āplexu ⁊ amore meo ñc putet
aliquis eā vnq̄ a me ſeparari. qꝛ poſtq̄
ſemel deſpōſaui eā ⁊ vniui mihi p̄ fidē et
caritatē ī vnitate miſtica nunq̄ eaȝ abdi/
cabo ñc relinq̄ ñc deſeram. Nā lȝ aliqn̄o
p̄mittā eā pati tp̄oral'r a tirānis: tn̄ ſem
per eā libabo de manib⁹ eoꝝ. ⁊ finaliter
ip̄a dn̄abitur eis ⁊ conſeruabo ⁊ p̄tegā
eam in amplexu fidei vſqȝ ad diē iudicij.
Quia licet ꝯtinue fluctuet: tn̄ nō ſumer
getuꝛ nec p̄ibit nauicl'a pet'. Quia ego ro
gabo p̄rē p̄ petro/et grege ſuo ne defici
at fides ei⁹. Et h̄ p̄mittit ſpōſus cū adiu
ratōe capaꝝ ceruoꝝqȝ cāpoꝝ. Ad cui⁹
intellc̄tū ē aduertēdū. ꝙ p̄ capas itelligit
patriarchas. et per ceruos intelligit pro
phetas. qui in veteri teſtamento predixe
runt aduētuȝ xp̄i et p̄petuā deſpōſatiōeȝ
xp̄i et eccl'ie et quib⁹ facta ē de xp̄o firma
rep̄miſſio. Unde p̄riarche dn̄r capree in
ſcript'a. eo qꝛ oēs fuerūt paſtores. Et p̄/
phete dn̄r cerui p̄pter ſilitudinē ⁊ veloci
tatem. nā ſicut cerui ſemp diſcurrunt de
mōte ī mōtem et a termino ī terminuȝ.
Ita p̄phete ſaltāt velociter ex vna mati
a in aliam. et ab vno tp̄e ī aliud. Et id'o
p̄riarchas appellat capreas. et p̄phetas
ceruos. Itē adducit eos ī teſtes firmos
eo qꝛ eis fc̄ta fuit d' xp̄o firma rep̄miſſio
de regno xp̄i perpetuo. Unde ſub pacto
eterno per ſignum arcus phderis facta
eſt de xp̄o rep̄miſſio xp̄i ip̄i noe gene. ix.
Itē ſub iureiurādo et ſigno p̄petuo fc̄ta
eſt eadē repromiſſio ip̄i abrae geñ. xv. et
xxij. Itē hoc idē ip̄i iacob in viſione ſcale

UVA. BHSC. IyR 068_1

gen̄.xxviij. et qn̄o luctatus eſt cū angelo
gen̄.xxxij. Hoc idez ꝓmiſſum eſt moyſi
exo.xxxiij.et de vtero.xviij. Jtez regnū
perpetuū xp̄i ⁊ eccl̄ie ꝓmiſſum ē ip̄i dd̄
ſub iureiurādo ⁊ pacto firmiſſimo.ij.Re
vij.⁊ xxiij. et pſal̄o. lxxxviij. et. c.xxxj.
Jtē hoc idem pꝫ ꝑ yſayam et oēs ꝓphe/
tas.maxime hiere.xxxiij.vbi dicit deus.
Si irritum fieri poteſt pactū meuꝫ cum
die ⁊ cū nocte.vt nō ſit dies ⁊ nox ī tp̄re
ſuo.ita pactū meū irritum eſſe poteſt cū
dd̄ ſuo meo:vt nō ſit ex eo filiꝰ q̇ regnet
in throno eius ⁊c̄. Et ſic pꝫ q̄liter ſub iu
reiurādo et pacto firmiſſimo ꝓmiſit ds̄
p̄riachis et ꝓphetis regnū xp̄i eternū ſu
per eccl̄iaꝫ ꝑ gr̄am ī p̄n̄ti/et gl̄iaꝫ ī fut̄o.
Et ꝑ ꝯn̄s eccl̄ia ſp̄ōſa xp̄i nunq̄ ſepabit̄
ab eiꝰ amore ⁊ āplexu ī toto iſto ſcl̄o per
gr̄am nec ī fut̄o ꝑ gl̄iam.nam quis ſepa
bit nos a caritate xp̄i vt īquit apl̄us:ſub
tali ergo adiuratōe dicit xꝰ. Ne ſuſciteti
nec euigilare faciatis dilectam donec ip̄a
velit.et ponit̄ li donec īdet̄minate et infi
nite.ſicut dr̄ p̄s.lxxj. Erit abūdantia pa
cis donec auferat̄ lūa. Sed qꝛ luna nūq̄
auferet̄.ergo nunq̄ pax deerit vl̄ deficiet
Jta pit̄er hic. Quia ſp̄ōſa nunq̄ volet ſe
parari ab amplexu et amore ſp̄ōſi. ergo
nunq̄ ſepabit̄. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ ſicut nunq̄
diſſoluet̄ vincl̄ꝫ īcarnatiōis: ita nūq̄ fuit
diſſolutū vincl̄ꝫ mat̄nitatis virginis ma
rie.qꝛ ſemꝑ erit mater dī.nec vnq̄ diſſol
uetur vincl̄ꝫ deſp̄ōſatiōis xp̄i et eccl̄ie in
hoc ſcl̄o ꝑ gr̄am et fidē et caritatē.et in/
futuro ꝑ gl̄iaꝫ et et̄naꝫ felicitatē.vbi xp̄s
introducet ſp̄ōſam ad et̄nas nuptias a/
gni apo.xxj.vbi xp̄s erit oīa ī oībꝰ. p̄ ad
coī.xv. Dicit ergo xꝰ/o filie hi̇̄lꝫ adiuro
vos ꝑ capreas ceruoſqꝫ cāpoꝝ.i.ꝑ p̄riar
chas et ꝓphetas.i.ſicut ꝓmiſſum fuit et
p̄riachis et p̄nunciatū ꝑ ꝓphetas. ne ſu
ſcitetis neqꝫ euigilare faciatis.i.ne pute/
tis nec credatis dilecti hūanitatē eſſe ſeꝑ
andā a verbo/nec virginē matrē a filio/
nec eccl̄iaꝫ a xp̄o ſp̄ōſo ſuo donec.i.duꝫ
ip̄a velit.q̄i dicat.nūq̄ credati ēe ſepādā
ymo p̄dicate et ānūciate nūq̄ ēe ſepādaꝫ

Ex dictis aūt in hoc cantico ſcd̄o īſur
git dubium:nam dictuꝫ eſt in principio.
ꝙ xp̄s quieſcit in eccl̄ia ſp̄ōſa ſua tanq̄ ī
accubitu ſuo. Et in fine cātici dī ꝙ eccl̄ia
quieſcit inſeparabil̄r in amplexu xp̄i ſp̄ō
ſi ſui inter eius brachia. Et ſic vnus qui/
eſcit in amplexu alteriꝰ ⁊ ecōuerſo qd̄ vi
det̄ īpoſſibl̄e rōe poſitiōis ad locū ⁊ cōti
nēs. Ad hoc reſp̄ōdet̄.ꝙ ſacra ſcriptura
vtrūqꝫ affirmat.ſ. ꝙ xp̄s hītat in eccl̄ia
ſp̄ōſa ſua: et eccl̄ia in xp̄o ſp̄ōſo ſuo. vn̄
dī iohānis ṗmo.ꝙ v̄bū caro fc̄tꝫ ē/⁊ ha
bitauit in nb̄. et pſal̄o.xc. Qui hītat in
adiutorio altiſſimi:ī ꝓtectione dei celi cō
morabī. Jtē ſaluator.io.vj. Qui mādu
cat meā carnē in me manet ⁊ ego in eo.
Jtē.p̄.iohā. Deꝰ caritas ē:et qui man̄t
in caritate/in deo manet:et deꝰ in eo. Et
ſic pꝫ qual̄r xp̄s hītat in nb̄/ et nos ī dd̄o
abſqꝫ ꝯrietate: quā ꝯtrarietatē tollit a/
mor caritatiuꝰ/qui tollit oēm ꝯtrarieta/
tē et cauſat vnionē. Vn̄ ſi ꝯſideremꝰ vi/
res ⁊ ꝓṗetates amoris caritatiui de quo
ſal̄on loquit̄ in hoc cātico.videbimus h̄
eſſe poſſibile/ ymo neceſſariū.vn̄.xviiij.
ſunt vires ⁊ effectꝰ ⁊ ꝓprietates amoris
caritatiui. Quos effectus oñdit xp̄s ec/
cl̄ie ſponſe ſue:⁊ ecōuerſo. Nā ṗmo.a/
mor caritatiuꝰ cauſat zelū bonū. qꝛ non
patit̄ malū in amato. Scd̄o nō patit̄ mo
ras abſentie ip̄iꝰ amati. Tertio trahit a/
mātez ad amatū. Quarto languefacit a/
mantē. Quīto liquefacit ip̄ꝫ. Sexto vul
nerat cor eis. Septīo inebriat amātē er/
ga amatū. Octauo inflamat euꝫ. Nono

vrit ipm. Decimo facit inherere amātē amāti. Undecimo vnit ⁊ ꝯciliat vnū cū altero. Duodecimo fortiter tenet. Terciodecimo caritas ordinat volūtatē amātis erga rem amatā. Quartodecio q᷑ caritas nō querit q̄ ſua ſunt/ſꝫ q̄ amātis. Quītodecimo q᷑ oīa ſuſtinet ꝓ amato. Sextodecio q᷑ magis amans ē in amato q̄ i ſe ipo. Decimoſeptio q᷑ trāſſormat amātē i amatū. Decioōctauo q᷑ extaſiꝫ facit in amāte. Decimonono q᷑ nō vult ſepari/ſꝫ in eo in etrenū quieſcere. Hos ergo. xviiij. effectus cāt amor caritatiuꝰ in amāte. Et hos oēs effectꝰ amoris oñdit xp̄s erga ecclīaꝫ ſpōſam ſuā. vt pꝫ ꝑ oīa iſta docē cāticā: ⁊ ī toto diſcurſu euāgelico. Sꝫ q᷑ iſte amor caritatiuꝰ eſt reciprocus inter xp̄m ⁊ ecclīam. Jdō eoſdē effectus amoris oñdit ecclīa erga xp̄ꝫ ſpōſum ſuū iuxta poſſibilitatē ⁊ facultatem ſuā. vt pꝫ in iſtis eiſdē cāticis. Et iō ſicut xp̄s trāſſormatus ī ſpōſam ſuā ꝑ amorē facit ī eo extaſiꝫ: ⁊ q̇eſcit ⁊ vult quieſcēe inſeparabilr̄ in eternū ī ea. ita ecōuerſo ecclīa trāſſormata in ſpōſuꝫ facit extaſiꝫ et vult quieſcere ī eo inſeparabilr̄ ī eternū. Et ſic ſpōſus hītat in ſponſa: ⁊ quieſcit ī eius accubitu in eternum. Et ecclīa quieſcit in amplexu ſpōſi. Eſt ꝺuuꝫ ꝙ alr̄ xp̄s hītat in nб. ⁊ alr̄ nos ī eo. Nā nos hītamꝰ in xp̄o ſicut ſpōſa in āplexu ſpōſi per grām/⁊ fidē/ſpem/⁊ caritatē in p̄nti et in p̄ria ꝑ glīaꝫ. Et ſic amplexꝰ eius gratificat ⁊ ꝓtegit in p̄nti/⁊ in futuro glīficat nos. Chriſtus aūt hītat in nб tanꝙ ī tabnaclo ⁊ accubitu ſuo. Et hoc tripliciter. nam p̄mo hītat in nб tanꝙ in ſuo tabernaculo ꝑſonali. et ſic habitat ſoluꝫ ⁊ quieſcit in illa humanitate aſſumpta in athomo ex nr̄a natura. Scdō habitauit in nб tanꝙ in ſuo tabnaculo ⁊ accubitu materno. Et ſic hītauit in ſolo vtero virginis marie ꝑ noueꝫ mēſes. Tertio hītauit et hītat in noб tanꝙ in ſuo tabnaclo ⁊ accubitu miſtico ⁊ ſctificato ⁊ ſic accūbit ⁊ hītat ⁊ quieſcit in tota ecclīa toto orbe diffuſa ꝑ eccliaſtica ſacramēta et dona grāꝝ eam gratificādo et ſctificando. Et eodeꝫ modo hītat in vnoquoqꝫ iuſto ⁊ fideli/ꝓut ē mēbrū huiuſmōi ſpōſe. cuius xp̄s eſt ſponſus ⁊ caput. Ex quibus oībꝰ pꝫ dignitas et excellētia huiꝰ ſponſe in ſtatu noui teſtamēti ſup̄ ſtatuꝫ ve. teſ. Quia plura et maiora ſigna amoris oñdit ſibi deꝰ in no. teſ. q̄ ī veteri. Primo q᷑ tūc deꝰ hītabat in illo populo ī illa archa lignea ⁊ tabnaclo ligño. ſꝫ nūc hītat in tabnaculo carneo ex nr̄a nāa hūana ꝑſonalr̄ aſſumpto. et hītauit ī tabnaclo materno ꝑ nouē mēſes. et hītat ī eternū in nr̄o tabernaclo miſtico. Scdō q᷑ deꝰ habitabat in illo tabernaculo ligneo tantū figuralr̄. ſꝫ ī nr̄o tabnaclo hītat realr̄ nam verbum eternū realr̄ et inſepabilr̄ et ꝑſonalr̄ q̇eſcit in illa hūanitate aſſūpta in vnitate ſuppoſiti. Et realr̄ ꝟbū incarnatuꝫ quieuit ī tabnaclo matno ꝑ noueꝫ mēſes. Et realr̄ et īſepabilr̄ inhītat ⁊ q̇eſcit ī tota ecclīa ſpōſa ſua tanꝙ in tabnaculo miſtico ꝑ eccliaſtica ſacmēta. Nam verbū incarnatū realr̄ ꝯtinet in ſacmēto altaris. et nō ſolū figuralr̄ ſicut in ſacrificijs vetis legis. Jtem virtꝰ paſſiōis xp̄i realr̄ ꝯtinet in baptiſmo et ꝯfirmatōe et pn̄ia et cetis ſacmētis. Et nō ſolū figuraliter et tanꝙ in ſigno federis et ſignaclo fidi. ſicut ī circūciſiōe et ceteris ſacmētis vetis legis. Et iō eccliaſtica ſacramēta inmediate ꝯferūt grāꝫ quā ſignificāt. ſicut dcm̄ fuit in expoē pſal̄i. xxxix. et in tractatu ꝯ̄ iudeos queſtiōe p̄. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ maiora ſigna amoris oñdit ds nб q̄ illis

UVA. BHSC. IyR 068_1

29

qꝛ ds ſolum dedit illis ĩ ſuo tabnaclo li/
gneo illas duas tabulas lapideas.et vir
gam aarõ cũ vrna mãne. Et hoc dedit ĩ
figurã xp̃i fuſi dei/et hoĩs/regis/et ſacer
dotis. Sed ds dedit ſeip̃m nob realr dñ̃
et hoiez/regem/et ſacerdotẽ.Et ſic ds de
dit illis vmbrã et figuraz. nob aũt dedit
veritatẽ et verã lucẽ.Ex quo pz ꝙ ꝑfecti⁹
xp̃s deus ⁊ homo habitat ĩ nob/ꝙ̃ in illis
et nos ꝑfectius habitam⁹ ⁊ quieſcim⁹ in
amplexu xp̃i:ꝙ̃ illi.Iſti ergo duo modi
quieſcẽdi explicãtur in h cãtico.Naz in
ꝑncipio cãtici explicaẽ miſteriũ incarna/
tionis per quam vbum diuinuz habitat
et accubat in ſponſa:cum dicit.Dũ eſſet
rex in accubitu ſuo nardus mea dedit o/
dorẽ ſuũ ⁊c.Sz miſteriũ nr̃e gratificatio
nis et ſalutis per quam nos quieſcimus
in amplexu xp̃i explicatur in fine cantici
cuz dicitur.Leua eius ſub capite meo:et
dextera illius amplexabitur me.Sz inſe
parabilitas eterna tam accubitus xp̃i in
nob : ꝙ̃ nr̃i amplexus in xp̃o explicatur
cum ↄcluditur in cantico.Adiuro vos fi
lie hirlm ne excitetis nec euigilare facia/
tis dilectam/donec ip̃a velit.Sz mutuuſ
amoꝛ reciprocus cũ ſuis effectibus inter
ſpõſuz ⁊ ſpõſaz explicatur in medio dia/
logi huius cãtici : cũ ſpõſus dicit.Sicut
lilium inter ſpinas: ſic amica mea ĩter fi
lias.et cũ ſpõſa dicit.Sicut malus inter
ligna ſiluaꝝ : ſic dilect⁹ meus ĩter filios
Et fulcite me floꝛibus/qꝛ amoꝛe lãgueo
⁊c.Et ꝑ h pz ĩtelligẽtia hui⁹ ſcdi cãtici ⁊
reſpõſio ad dubiũ. Et h de ſcdo cãtico.

## Incipit tertiũ canticum.

Ox dilecti mei.
Ecce vẽit iſte ſa
liens in mõtib⁹.
Tranſiens colles.
Similis eſt dilectus meus
capree.
Hymnuloqz ceruorũ.
En ipſe ſtat p⁹ parietẽ nr̃z
Reſpiciẽs per feneſtras.
Proſpiciẽs per cãcellos.
En dilectus meus loquitur
mihi.
Surge propera ãica mea.
Formoſa mea et veni.
Jam eĩz hyems trãſijt.
Imber abijt et receſſit.
Flores aparuerũt ĩ terra.
Temp⁹ putatõis aduenit.
Vox turturis audita eſt in
terra nr̃a.
Ficus protulit groſſos ſuos.
Vinee florentes dederunt
odorem ſuum.
Surge propera ãica mea.
Specioſa mea et veni.
Colũba mea in foraĩnibus
petre.
In cauernis macerie.
Oſtẽde mihi faciem tuã.
Sonet vox tua in auribus
meis.
Vox enim tua dulcis.
Et facies tua decora.



UVA. BHSC. IyR 068_1

Capite nobis vulpes paruulas·
Que demoliūtur vineas·
Nam vinea nr̄a floruit·
Dilectus meus mihi·
Et ego illi·
Qui paſcitur inter lilia·
Donec aſpiret dies et inclinentur vmbre·
Reuertere·ſimilis eſto dilecte mi·
Capree hymnuloꝗ ceruorum·
Super montes bethel·

Vox dilecti mei·
Ecce venit ſaliēſ in montibus· ⁊c·

Iſtud ē terciū cāticū in quo ſalon cātat vocatōꝫ aplorꝫ ſiue vocationeꝫ eccl'ie in apl'is·Et iō prius videdū eſt vn̄ ſalon ſūpſit ꝑabolaꝫ· Scd̄o exeq̄ndum ē de cātico et eiꝰ expōe· Quātuꝫ ad primū ē aduertēdum· ꝙ ſalon ex duobꝰ aſſumit ꝑabolaꝫ·Primo ex figura·Secūdo ex ꝓmiſſiōe·Nam p̄io ꝑ h̄ qd̄ deꝰ loq̄bat moyſi facie ad faciē·exo·xxxiij·i·ꝑ angelū mediū· ꝓuidit ſalon in ſp̄u q̄l'r deus debebat loqui mūdo ꝑ hūanitateꝫ ꝑſonal'r aſſumptā·vn̄ ſicut deꝰ dedit illā legē moyſi ꝑ illū āgelū:figurabat ꝙ deꝰ in hūanitate debebat explanare illā eādē legē apl'is ī mōte thabor ꝓut fuit impletum·Math·v·⁊ vj·⁊ vij·Iteꝫ ꝑ hoc ꝙ q̄n̄o archa fuit repoſita īfra tabernacl'uꝫ et iam deus loquebat moyſi de archa et tabernacl'o ⁊ declarabat ſibi oīa ⁊ diſponebat de omnibꝰ agēdis vt pꝫ exo·vltio per hoc ꝓuidit ſalon qual'r v̄bū diuinuꝫ debebat introire in archaꝫ hūanitatis ꝑ incarnationē ⁊ totus xp̄s incarnatus debebat intrare in tabernaculū eccl'ie ꝑ fidem ⁊ gr̄am· ⁊ de illa archa hūanitatis debebat loqui fidelibus ſuis ⁊ declarare legē ⁊ ꝓphetas·Itē hoc idē ꝓuidit ſalon per ꝓmiſſiōes fc̄tas/maxime deut̄o·xviij cū dixit deus· Prophetam ſuſcitabo de medio fr̄um tuorꝫ ſimileꝫ tibi·et ponam v̄ba mea in ore eius·loqueturꝗ ad eos quecūꝗ dixero illi· vbi preuidit ſalomō qual'r deus debebat aſſumere carneꝫ de illo popl'o ⁊ loqui apl'is ⁊ toti illi popl'o per illam hūanitatē aſſumptā· et declarare legē ⁊ ꝓphetaſ·Et ſic pꝫ qual'r ſicut in p̄cedenti cantico cantauit oſculū īcarnatiōis: ita in hoc tercio cantat oſculuꝫ familiaris p̄dicatōis ⁊ legis declaratōis et ſic ſatiſfacit prime petitiōi ſpōſe·Hoc ergo ꝓuidēs ſalon in ſp̄u aſſumens parabolam ex ſup̄dictis fecit h̄ tertiū cāticuꝫ in quo introducit xp̄m ſpōſuꝫ loquentē et vocātem eccl'iam in apl'is ⁊ declarātē eis legeꝫ ⁊ ꝓphetas ꝓut fuit impletum· Mathei·v·⁊ vj·et ꝑ totū diſcurſuꝫ euāgelicū·Sꝫ precipue cātat ꝓphetice ſalomon in hoc tercio cātico totū illū ſmonem quē fecit xp̄s ī mōte declarādo legē et ꝓphetas·Mat·v·In quo cātico tria facit:naꝫ primo facit qd̄ dictū eſt· Scd̄o cātat acceptationē legis et doctrine xp̄i ⁊ gaudiū eccl'ie acceptātis legē euāgl'icā Tertio p̄dicit ⁊ cātat ſtabl'itatē ⁊ ꝑpetuitatē legis euāgelice·ſcd̄a ibi· Dil'ctꝰ meꝰ loquitur mihi/et ego illi·tertia ibi·Adiuro vos ⁊c·Quātum ergo ad primū ē aduertēdū·ꝙ xp̄s primo deſpōſauit eccl'iaꝫ in maria ⁊ in ioſeph ſicut dc̄tꝫ ē· ſꝫ exinde

UVA. BHSC. IyR 068_1

qn̄o maria abiſt cū feſtinatiõe ĩ mõtana
iude:ibi vocauit iohãnē baptiſtã de ven/
tre matris. ⁊ deſpõſauit eccł'iam in eo et
in helyſabeth matre ſua. qꝛ vterqꝫ ꝯfeſ/
ſus eſt xp̄m incarnatū. vt pꝫ Luc. p̄mo.
Itē cū eēt incipiēs annoꝝ triginta. ilico
poſt baptiſmū et ieiuniū vocauit apł'os.
et aſcēdit in mõtē: et dedit eis legē euāge
licā: que nil aliud eſt niſi declaratio legis
et ꝓphetaꝝ. vt inquit augꝰ. Un̄ xp̄s qui
ante locutꝰ fuerat p̄riarchis et ꝓphetis
per angelos : ⁊ locutus fuerat mūdo ꝑ
ora ꝓphetaꝝ. et dederat moyſi legē ꝑ an
gelū mediū. tūc aſcēdit in mõtē et apiēs
os ſuū declarauit apł'is legeꝫ ⁊ ꝓphetas
dicēs. Nõ veni ſoluere legē aut ꝓphetas
ſꝫ adimplere. Et ſic ꝑ os ꝓꝓriū et ꝑ illaꝫ
hūanitatem aſſumptaꝫ locutꝰ eſt apł'is ⁊
declarauit eis legē et ꝓphetas dādo verā
ĩtelligētiaꝫ/ vt pꝫ ꝑ totuꝫ diſcurſum euā/
gł'icū. Spõſa ergo q̄ diu deſiderauerat et
petierat oſc'ari oſc'lo ſpõſi ꝑ verā decla/
ratõē legis et ꝓphetaꝝ. audiēs ſpõſuꝫ iā
ſibi loq̄nteꝫ ꝑ os ꝓꝓrium: cū magno gau
dio dicit in p̄ncipio hꝰ cātici. Uox dilecti
mei. et ſpõſi xp̄i audita eſt mihi ſuple. i.
g̃ras ago qꝛ iam oſculat' me oſculo oris
ſui/ et loquit' mihi iā nõ ꝑ āgelos/ nec per
p̄riarchas aut ꝓphetas. ſꝫ ꝑ os ꝓꝓrium.
vn̄ ſicut iſte ſpõſus meꝰ quondā ꝑegrina
bat' poſitꝰ in illa archa ꝑ mõtes et colles
et loq̄batur moyſi de tab̄nac'lo pheder is
Et illō faciebat ſub q̄dā figura. Ita nūc
implēdo illam figuram poſitꝰ et latēs in
hūanitate iam loquit' mihi. et ecce iſte iaꝫ
venit ſaliēs in mõtibꝰ galilee ⁊ iudee vo/
cando apł'os et p̄dicādo. et iā venit trāſi
liens colles. primo qn̄o exn̄s in vt'o ma/
tris venit in mõtana iude ad ſalutādum
heliſabeth. et ad ſcı̃ficāduꝫ iohãneꝫ bap
tiſtam. et pꝰea qn̄o venit et portauit ip̄ꝫ
mat' ad p̄ſentādum ĩ tēplo. et qn̄o fugit
in egyptum. Et reuerſus ē in terrā iuda.
et tandē qn̄o vocauit apł'os ⁊c̄. Et iō di/
lectꝰ meꝰ ĩ tali ꝑegrinatõe ſił'is eſt capree
hymnuloqꝫ ceruoꝝ ĩ velocitate. Naꝫ ſi/
cut caprea cū velocitate currit ad lactan
dum filiū/ et cerua hymnulū: ita xꝰ cum
velocitate q̄ſiuit apł'os et oēs fideles per
mõtes et cāpos ad lactādos eos lacte di
uine doctr̄ne et ſapiē. Sꝫ ad maiorē eui
dentiaꝫ ē aduertēdum. ꝑut ſuꝑdictū eſt.
ꝙ in iſto toto libro ꝑ capreas intell'igunt'
p̄riarche qui fuerūt paſtores quibꝰ facte
fuerūt repmiſſiões de xp̄o et eccł'ia. Et ꝑ
ceruos hymnuloſqꝫ ceruoꝝ ĩtelligunt' ꝓ
phete. qui fuerūt veloces in ſaltando de
vna mat'ia ĩ aliaꝫ. ſicut faciūt ſatirici. qui
quidē ꝓphete p̄nunciauerūt oĩa miſteria
xp̄i et eccł'ie cū magna velocitate ſaltādo
de vna mat'ia et de vno miſterio in aliud
et de vno tp̄e ĩ aliō. Sed qꝛ xꝰ adĩpleuit
oĩa q̄ fuerūt ꝓmiſſa p̄riarchis ⁊ vaticina
ta ꝑ ꝓphetas. Ideo d' ſił'is illis. i. ꝯfor/
mis ꝓmiſſiõibꝰ et vaticinijs et ꝓphetijs
eoꝝ. qꝛ nõ venit ſoluere legē: ſꝫ adĩplere
oēs ꝓmiſſiões et vaticinia eoꝝ. ergo xp̄s
non fuit diſſimilis. ymmo ſimilis illis.
Et hoc eſt qd̄ dicit et intēdit dicere ſpõſa
cum ait. Similis ē dilectus meus capree
hymnuloqꝫ ceruorū. i. conformis ē toti
legi et ꝓphetis. qꝛ oĩa q̄ ĩ p̄riarchis ſunt
promiſſa ⁊ figurata. et in ꝓphetis vatici
nata adimpleuit. Naꝫ en. i. ecce ip̄e iam
ſtat poſt parietē nr̄m. i. latēs in nr̄a hūa
nitate. ſicut fuit ꝓmiſſus p̄riarchis et ꝓ/
phetis ⁊ fuit figuratus ꝑ archā et taber
naculū ⁊ ꝑ illos angelos ꝑ quos deꝰ loq̄
batur in forma hūana. Et iam ſtat aſpi/
ciēs ꝑ feneſtras ⁊ cācellos hūanitatis. i.
iam hn̄s oculos hūanos ⁊ os carneū et
hūanuꝫ loquitur mihi familiarit' dilectꝰ

UVA. BHSC. IyR 068_1

meus deꝰ ⁊ homo. Et vocādo me dicit. Surge amica mea ⁊c. Ad cuiꝰ intellectū est notādum ꝙ ſicut populus iſrl̄ erat ī egypto ſub illo iugo captiuitatis. ita pit ſpōſa erat ſb̄ iugo legis et pc̄ti. ſꝫ ſic̄ tp̄e veris d̄s eduxit ꝑ moyſen illuꝫ ppl̄m de captiuitate. ita in eodē tp̄e ī menſe aprilis ſiue martij xp̄s deſponſauit ⁊ eduxit ſpōſam ſuam de iugo legis ⁊ captiuitate pc̄ti ꝑ mortē ⁊ paſſionē. Unde ſicut homo in hyeme latet rigidꝰ et balbus ī domo nō audēs exire domū ꝓpter frigus intenſuꝫ ⁊ ꝓpter crebros imbres ⁊ pluuias ⁊ obſcuritatē nubiū: ita pariter ſpōſa erat latēs ſub frigore ⁊ obſcuritate et nube legis. Iteꝫ ſicut in hyeme arbores nō faciūt fructus nec florēt ꝓpter frigiditatē frigoris ⁊ ꝓpter defectū caloris: ita lex moyſi exn̄s ſub frigore et nube cerimoniaꝝ ſine calore ⁊ p̄ntia xp̄i: qui eſt ſol iuſticie nec florebat nec fecit fructuꝫ. Sꝫ oriente ſole iuſticie in mundo: qui eſt xp̄s: ilico cauſauit tp̄s vernū: et fugauit noctē ⁊ hyemē ⁊ tenebras legis. Et incepit florere ⁊ facere fructuꝫ vinea legis ꝑ xp̄ꝫ. Et ſic xꝰ fugata nocte ⁊ hyeme legis vet̄is cū ſuis nubibꝰ cerimoīaꝝ portauit ver euāgelicū: in quo floruit vinea legis. Et hoc ē qḋ dicit ſpōſus: ⁊ loquitur etiā more amātiuꝫ. Nam ſicut amaſius ꝑgit de nocte q̄i in aurora et venit ad domuꝫ amaſie ⁊ ornat portā eius diuerſis floribus tp̄e veris et cātando vocat eam: vt ꝑgat de lecto ad audiēdaꝫ cātilenaꝫ eius. quā cātat amore ſui. et vt ſibi loquat̄ et correſpōdeat: ⁊ reddat vices amoris ſibi Ita pariter xp̄s venit in mūduꝫ ⁊ repijt ſpōſam ſuam iacētem ī lecto legis. et in nocte frigidā ꝓpter frigꝰ legis. Ideo venit xp̄s ad excitādam eā. et ad vocāduꝫ ipam. vt ſurgeret a lecto ⁊ nocte legis. ⁊ reddet ſibi vices amoris. cui xꝰ portauit flores et fructꝰ euāgelicos. Criſtus ergo ſpōſus vocat ſpōſaꝫ ſuam vt ſurgat a ſono legis dicēs / o amica m̄a et ſpōſa et formoſa mea et columba mea q̄ diu iacuiſti ſub iugo et lecto et nocte legis ſurge a iugo legis. ⁊ veni ad me. et faciā te formoſaꝫ ꝑ dona gr̄aꝝ. et faciā te ſimplicē ſicut colūbam ꝑ baptiſmū. Jam eiꝫ hyems ⁊ frigiditas et nox et obſcuritas legis veteris. trāſijt et imber pc̄toꝝ iaꝫ receſſit pꝰ q̄ veīt ſol iuſticie. q: iā apparuerūt flores in t̄ra n̄a. Nam ſicut recedēte heyme et aduenīete vere oēs arbores et vinee florent / et ficulnee īcipiūt ꝓducere ficꝰ ꝓpt̄ acceſſum et fauorē ⁊ calorē ſolis: Ita aduenīete xp̄o vinea l̄gis et ager et ficulnea legis incepunt florere et fructificare per xp̄m. Unde iā venit tp̄s putatōis vinee. in quo oīa cerimonialia ſunt amputata. vt noui tirſi ⁊ pampini euāgelici valeāt pullulare. Itē ſicut in ꝟe auditur vox ⁊ cātus turturis ꝑ ſiluas: ita trāſacta hyeme legis: et aduenīete plenitudine temporis quando deus miſit filium ſuum. audita fuit vox turturis euangelice que fuit virgo mater dei q̄n̄o dixit. Magnificat anima mea dn̄m ⁊c. q: iam annunciauit deum in carne aduenisse ⁊c. Et ſic vox euāgelica incepit tūc audiri in terra n̄a. Sꝫ magis audita fuit vox turturis q̄n̄o xp̄s aſcēdit in mōteꝫ et īcepit declarare legem apl̄is. Mat. v. Itē tūc ficus legis amputatis cerimonialibꝰ folijs tūc incepit ꝓducere ficus ⁊ groſſos euāgelicos ꝑ ꝟam intelligētiaꝫ. Nam ſicut fructus latet in arbore in hyeme / et ficus in ficulnea / et vue in vite. eo quia fructus tātū eſt ibi in potētia tanq̄ in ſuis cauſis materialibꝰ. ſꝫ ī ꝟe ſol ⁊ celeſtis īfluētia educit fructus ex arboribus de potētia ī

UVA. BHSC. IyR 068_1

actuз. ita pariter oīa miſteria et ꝟitates
euāgelice latebāt ſub lr̄a legis. ſed venit
criſtus ſol iuſticie ⁊ eduxit oīa illa miſte/
ria et veritates in actū et in lucem. et ſic
aparuit ꝟitas euangelica que latebat in
lege. ſicut forme latitāt ī materia ⁊ fruc
tus in arbore. et iō ſubdit ꝙ vinee legis
dederūt odorē ſuuз florendo. Et nota ꝙ
qn̄o vinee florent oēs ſ̄pētes fugiūt. eo
ꝙ odor floꝝ vineaꝝ interficit ſ̄pētes: ita
ergo pariter qn̄o xp̄s venit et incepit fu
gare hyemē ⁊ frigiditatē cerimoniarum
legis. et incepit florere vinea ꝓpter calo
rem ſolis in ꝟe euāgelico: tunc ſ̄pēs an/
tiquus incepit fugere ꝓpter odorē vinee
euāgelice. qꝛ ille odor et virtus floꝝ ſa/
cramētoꝝ euāgelicoꝝ interficit diaboluз
et extinguit pcc̄a. Et iō dicit ſpōſus ꝙ vi
nee legis iā dederūt odorem ſuū fugādo
diabolū et extinguendo pcc̄a. Et iō ſub/
dit. Surge amica mea ⁊ ſpōſa qꝛ diu per
totā hyemē legis veteris iacuiſti abſcon
ſa ſicut columba ī caverna macerie et pa
rietis ⁊ ī foraminibꝰ petre. ita tu latuiſti
abſcōſa ſub vmbra legaliū ꝑ totā hyemē
⁊ noctē legis. o ergo columba mea exi a
caverna ⁊ foramine legis. Et incipe can/
tare cāticū euāgelicū. ⁊ ſonet vox tua in
auribus meis ꝯfitēdo me eſſe deū et meſ
ſyam ⁊ redemptorez tuuз. Et oñde mihi
faciē ꝯſcie tue ꝑ fidē ⁊ caritatē. Et ſonet
vox tue cōfeſſionis ī auribꝰ meis. Quia
vox tua erit mihi dulcis: cū audiero a te
confeſſionē ꝟe fidei euāgelice ꝑ quā fidē
eris mihi ꝑſonaliter ⁊ p̄ntialr̄ deſpōſata
Quia iaз nō loquor tibi ꝑ angelos nec ꝑ
ꝓphetas: ſз ꝑſonalr̄ ⁊ p̄ſentialr̄ loquor
tibi ꝑ me ip̄m. Profer ergo fidē articlo
ruз ⁊ fidē euāgelicā ꝑ os tuū. Et eris mi
hi ꝟa ſpōſa ꝑ ꝟba de p̄nti. q̄i dicat. Se/
quere me ꝑ fidē euāgelicā / ⁊ recipe bap/
tiſmū fidē ꝯfitēdo. Et tūc vox tue ꝯfeſſi/
onis erit mihi dulcis ⁊ acceptabilis. Et
facies aīe ⁊ cōſcie tue erit mihi decora et
grata ⁊ amabilis. Deīde cū dicit. Ca
pite nob̄ vulpes paruas ⁊c̄. ſpōſus auiſat
ſpōſam vt ſit cauta ne ſequat̄ falſaз doc/
trinā ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ. Ad cuiꝰ intel
lectū eſt aduertēdū. ꝙ qn̄o xp̄s venit iaз
repiſt ſcripturā legis ⁊ ꝓphetaꝝ depꝛua
tam ꝑ falſas traditiones ⁊ expoſitiones
ſcribaruз ⁊ phariſeorum et ſaduceoruз.
Cuius cauſa fuit. nā vt ait ioſephꝰ. xviij.
libro antiquitatuз. et ſc̄do libro de bello
iudayco. q̄i ꝑ. xl. ānos ante aduētuз xp̄i
inter ceťas ſectas ſ̄rexerūt due p̄ncipa/
les ſecte ī ꝟiřз. q̄ꝝ p̄ma fuit ſecta ſaduce
orum dicta a quodā dicto ſadoch p̄ncipe
et inuētore illius ſecte. Illi aūt negabāt
angelos eſſe et alios ſp̄us. et negabāt re
ſ̄rectōs corpoꝝ. et ꝑ ꝯn̄s ꝯcedabāt mor/
tales eſſe aīas hoīuз. Itē recipiebāt ſolū
q̄nqз libros moyſi. Et negabāt totū reſi
duū ve. te. et ſic ex tali errore ꝯmittebāt
multa turpia. Sed tūc ex зelo legis et ꝓ
phetaꝝ ſ̄rexit altera ſecta ꝯria iſti. q̄ ince
pit a quodā dicto phares de tribu ſyme/
on. et iō ſui ſectatores dicti ſunt phariſei
q̄i contra ſaduceos et a ceťis ꝑplaribꝰ di
uiſi ī vita et moribꝰ et in hitu. Iſti finge
bant ſe зelare legē et ꝓphetas. Et iō hiti
ſunt ī maxima veneratōe apꝺ populū et
in maxima oppinone ſanctitatis ꝓpter
apparentiam exteriorem. Et iſti dabant
opa ſtudio legis ⁊ ꝓphetarū pre ceteris.
Et ideo ꝓpter aſſiduitatem ⁊ cōtinuum
ſtudium fc̄i ſunt periti p̄ ceteris in lr̄a le
gis ⁊ ꝓphetaꝝ intātū: ꝙ accepūt auctori
tatē a ſummis ſacerdotibꝰ ſedēdi ī cathe
dra moyſi ad declarādas ſcripturas le/
gis ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ ad iudicādas et diſcer/
nēdas cās ciuiles et iuditia ceuilia exer/

UVA. BHSC. IyR 068_1

cendā. Et ſic facti ſunt de numero illoꝝ
lxx. iudicū quos moyſes īſtituit ad diſcer
nendas cauſas ⁊ iuditia. exo. xviij. Et iō
dicebātur ſedere ſuꝑ cathedrā moyſi. Et
ideo iſti rōe riligiōis dicebātur phariſei.
ſꝫ rōe iuditiarie poteſtatis et rōe auctori
tatis gloſandi ⁊ exponēdi ⁊ declarādi ſa
cras ſcripturas legis ⁊ ꝓphetaꝝ dicebā
tur ſcribe. Eſt veruꝫ: ꝙ multi ex tribu ſi
meon ꝓpter ꝑitiaꝫ ſcripturaꝝ lꝫ nō eēnt
ex religiōe ⁊ hītu phariſeoꝝ. tñ ſimiliter
aſſumebātur ad p̄tatem iudicādi et auto
ritatem gloſandi. et iſti dicebātur ſcribe
tātū. Jſta ergo ſecta ⁊ religio phariſeo/
ruꝫ et etiā ſocietas ſcribaꝝ fuit deuotior
ꝓpter ſimulationē ſctitatis. Et creuit in
tātū apud vulgares et ciues ⁊ plebeyos
ꝙ oēs ciues relinquebāt eos executores
teſtamētoꝝ ⁊ tutores viduaꝝ ⁊ pupillo/
rum. Et ſic regebāt poplˀos in tꝑoralibꝰ
⁊ ſp̄ualibꝰ. Et ſic inceꝑunt comedere et
expoliare domos viduaꝝ. et diripe bona
pupilloꝝ ⁊ impīguare domos ſuas intā
tū ꝙ oēs diuitie ꝑueniebāt ad manꝰ eoꝝ
et ſimplices populares ex ignorātia obe
diebāt ⁊ credebāt eis. Sꝫ auaritia ⁊ cu/
piditas ſimul creuit et exarſit in eis cum
pinguedīe diuitiarū. Unde tunc inceꝑūt
ordīare nouas traditiōes in poplˀo ⁊ glo
ſare oēs ſacras ſcripturas et deducēe ad
lucrum ſuū tꝑorale et ad multiplicādas
oblationes ⁊ decimas et ṗmitias. Et ſic
fc̄ti publici cāpſores et mercatores ꝑ ſe
vel ꝑ interpoſitas ꝑſonas parauerūt ī tē
plo mēſas numlˀarioꝝ: et ī porticu tēpli
vendebāt oues ⁊ agnos pro ſacrifitijs ⁊
oblatiōibꝰ. et ſic vſurpabāt ſibi oīa lucra
Et vt hˀ nō reputareť illicitū apꝺ poplˀuꝫ
gloſabant ſcripturas ad ſuū intētū oñdē
tes populis: ꝙ ea q̄ faciebāt erāt de mē/
te legis poſtꝙ̄ oīa erāt ad cultū diuinuꝫ.

Et ſic deprauarūt totā legeꝫ et ꝓphetas
trahētes oīa ad intētū et lucrū ſuū tꝑora
le. negantes omneꝫ ſenſum ſpiritualem.
Et iꝺo xp̄s reꝑiens ſcripturas deprauā/
tas ꝑ falſam doctrinā ⁊ traditiōes iſtaꝝ
ſectarū. ſ. ſaduceoꝝ ⁊ ſcribarū et phari/
ſeoꝝ. ſtatuit extirpare fermētū ⁊ falſam
doctrinā eoꝝ. et aꝑire ꝟuꝫ ſenſum ſacre
ſcripture. Jdeo aſcēdēs ī mōteꝫ incepit
auiſare diſciplˀos dicēs. Niſi abūdauerit
iuſticia vr̄a pluſꝙ̄ ſcribarū ⁊ phariſeorū
nō intrabitis in regnuꝫ celorū ⁊c̄. Et ſic
xp̄s ꝓcedit in toto illo ſ̄mōe declarādo
ꝟam intelligētiaꝫ legis ⁊ ꝓphetarū ⁊ ex
tirpādo falſam doctrinā ſcribarū ⁊ pha
riſeorū. Et hˀ idē facit ꝑ totuꝫ diſcurſum
euāgelicū. vñ Math. xv. Auiſans diſci/
plˀos dixit. Cauete a fermēto ſaduceoruꝫ
⁊ fariſeorū ⁊c̄. Jtem. xxiij. dicit. Supra
cathedrā moyſi ſederūt ſcribe ⁊ phariſei
⁊c̄. et in toto illo caplˀo exprobrat auari
ciaꝫ ⁊ ſimulationē ⁊ praua oꝑa eorū. Et
iō videtes xp̄m totalˀr eſſe ꝯtrariū mori/
bus et auaritie et prauis operationibus
eorum: ſtatuerunt ipſum interficere ne/
gantes xp̄m eſſe meſſyā in lege ꝓmiſſuꝫ
vnde ſicut erāt totaliter mūdani et car/
nales: ita declarabāt totā ſcripť aꝫ tꝑora
liter et carnalˀr expectādo bona tꝑoralia
Et hāc ſectaꝫ ſcribarū et phariſeorū ſer/
uant hodie iudei moderni. eo qꝛ ſunt ſuc
ceſſores illorū in vita et docť na et ꝑfidia
et odio. ꝓut dc̄m eſt. pſalˀo. ij. et pſalˀo.
lxxxj. Et ſic pꝫ q̄liter ſcribe ⁊ phariſei co
nati ſūt diſſipare vineā legis ꝑ fl̄aꝫ doc/
trinā ⁊ intl̄ligētiā. Quos ſalˀon hˀ appel
lat vulpes ꝓpter ſimlˀatōꝫ et fictōꝫ vite.
Et appellat eos vulpes ꝑuas ꝓpter ſcti/
tatem et hūilitatē fictaꝫ et ſimlˀataꝫ. vl̄ a
ꝑuitate ꝟitatis. et eť a ꝑuitate potētie et
effectꝰ. Nam lꝫ fuerint conati deſtruere

UVA. BHSC. IyR 068_1

vineam ſacre ſcripture. tamen non potuerunt. quia veritas ſcripture continuata et conſeruata eſt in euangelio. et ipſi manent in ſua cecitate et obſtinatione et mendatio et captiuitate. Dicit ergo ſponſus ad apoſtolos. nolite ſequi doctrinam vulpinam et fermentum iſtarum vulpium. ſ. ſcribarum et phariſeorum. ſed capite nobis iſtas vulpes paruas. ſ. ſcribas et phariſeos que demoliuntur et deſtruere et diſſipare nituntur vineas ſacre ſcripture cum ſuis falſis doctrinis et traditioinbus iniquis. et eijcite eos ex vineis noſtras tanquam obcecatos in malicia eorum: ne intelligant ſacramenta dei et ne comedant de fructibus huius vinee poſtquam negant aduentum xpi agricole huius vinee. quoniam vinee nostre iam floruerunt per aduentum xpi: ſed ipſi non expectent talem fructum ſpiritualem ex ea. ſed bona temporalia. Et ideo ne iſte vulpes parue in valore et in potentia et intelligentia veritatis diſſipent flores huius vinee. capite eas et proijcite extra vineam poſtquam ſe indignos fecerunt. vnde ego expectabam vt ipſi iudei colligerent vuas ex iſta vinea: et ipſi collegerunt lambruſcas amaras per eis. Sed vos fideles collgite vuas dulces miſteriorum euangelicorum. Intendit ergo dicere ſponſus ad ſponſam in apoſtolis. o amica mea et columba mea ſponſa oſtende mihi faciem tuam per puritatem baptiſmi. et ſonet vox tua in auribus meis per confeſſionem vere fidei. et non ſequeris falſam doctrinam et vocem vulpinam ſcribarum et phariſeorum: qui conantur deſtruere vineas ſacre ſcripture. ſed capite has vulpes et proijcite extra vineas: quoniam vinea mea iam floruit etc.

## Dilectus meus mihi et ego illi

Hec est ſecunda pars huius cantici in qua introducitur ſponſa ad loquendum. que audita voce ſponſi quam vocem diu deſiderauerat. ideo agit gracias dicens. Gracias ago quoniam dilectus meus preſentialiter et familiariter loquitur mihi et ego illi. et iam docet me familiariter miſteria et ſecreta legis. Et iam paſcitur inter lilia/ quia iam recipit a me cultum latrie in apoſtolis et diſcipulis et fidelibus ſequentibus eum. Unde ſicut ipſe paſcit me pabulo doctrine: ita ipſe paſcitur a me pabulo cultus latrie/ acceptando meam fidem et confeſſionem fidei et laudis etc. Et iſte cultus latrie durabit donec. i. dum aſpiret et perſeueret dies gratie vſque ad iudicium et vſque inclinentur vmbre. Uel ſic. Dilectus meus loquitur mihi et ego illi. et iam paſcitur inter lilia ſiue roſas fidelium per cultum latrie poſtquam iam ſpirauit dies gratie et finita et fugata est vmbra legis. Quaſi dicat nolo audire nec ſequi vulpes phariſeos nec doctrinam eorum falſam. ſed volo ſequi xpm ſicut ipſe loquitur mihi. Deinde cum dicit. Reuertere poſtquam iſta ſponſa recepit fidem et euangelicam et veritatem legis a ſponſo in apoſtolis et diſcipulis in illo monte deſidans habere copiam in ſua ſocietate. et ſciens quod xps venerat ad redimendum principaliter populum iſrael. Ideo exortatur ſponſum vt luſtret in girum et circundet totam terram iſrael per omnes tribus et poſt ea reuertatur in hieruſalem. vt ibi pro omnibus patiatur. Dicit ergo ſponſa/ o dilecte poſtquam vocaſti et docuiſti me in apoſtolis et diſcipulis. et iam paſceris inter lilia per latriam et iam apoſtoli receperunt et ſequuntur te. Ideo vade et luſtra et circunda in girum totam terram promiſſionis vocando omnes filios iſrael ad fidem. poſtquam principaliter et perſonaliter veniſti ad oues que perierant domus iſrael. Et poſtquam luſtraueris totam terram promiſſionis. reuertere in terram iuda et in hieruſalem. vt ibi pro nobis patiaris. Unde nota quod vbi tranſlatio noſtra dicit. Reuertere. in hebreo habetur circunda ſiue luſtra. et est mos et conſuetudo amantium qui luſtrant in girum domum et vicum amaſie. vt frequenter eam poſſint videre et alloqui. ita

UVA. BHSC. IyR 068_1

ergo eodē modo dicit iſta ſpōſa/ o dilcte
mi ꝑluſtra et circūda frequēter domum
meaꝫ.i. totā terrā promiſſiōis. et poſtea
reuertere ad me. ⁊ finalr̄ reuertere ī ter
ram iuda: vbi in bethleeꝫ fuiſti natꝰ/ ⁊ in
hirl'm in tēplo preſentatꝰ. vt ibi patiaris
ꝓ oībus. et redeas ⁊ finias curſuꝫ tuuꝫ.
Et in tali curſu ⁊ officio ſis velox ⁊ ſimi
lis in velocitate capree hynnuloꝗ cer/
uoꝝ.i. expedias curſuꝫ tuū reuertēdo ſu
per mōtes bethel.i. ſuꝑ montes dei: qui
ſunt mōtes iudee vbi eſt hirl'm ſita ī mō
te ſyō et in mōte moria qui dicūtur mō/
tes bethel.i. mōtes domus dei. eo q2 in
eis ē fundata domus dei. et in vno illoꝝ
mōtiū vidit ſcalam iacob. ⁊ ī altero abra
am voluit immolare filiū. ⁊ ī altero mel
chiſedech obtulit panē et vinū vt dictū ē
pſal'o. xlvij. Intēdit ergo dicere ſpōſa/ o
dilecte luſtra totā terrā iſrl' et reuertere
ſuꝑ mōtes bethel. ſ. in hirl'm ad patiēdū
et ꝯplēduꝫ miſteriū redēptiōis. et eſto ſi/
milis capree hynnuloꝗ ceruoꝝ.i. eſto ſi
milis ⁊ ꝯformis legi ⁊ ꝓphetis. ſ. imple
officiū redēptiōis in hirl'm ſicut ꝓmiſiſti
pr̄iarchis ⁊ vaticinatū ē ꝑ ꝓphetas ꝓut
dictū ē ⁊ magis patebit. In hebreo autē
hētur. ſuꝑ mōtes bather.i. ſuꝑ mōtes di
uiſos. Et tūc eēt ſenſus. luſtra terrā velo
cit' ſicut capra et hynnulus velocit' currit
ſuꝑ mōtes diuiſos ſiue diuerſos. Sꝫ nr̄a
trāſlatio videt' magis ꝓpria. Ad maiorē
euidētiā ē notādū. ꝙ caprea ſilueſtris ha
bet q̄ttuor ꝓpetates ⁊ cōditiōes. primo
q2 fugit vehemēter venatores. ſcđo quia
eſt velotior ceteris aīalibus in fugiēdo.
Tercio q2 ſemꝑ petit ardua ⁊ cacumina
mōtiū inacceſſibilia vt ibi ſaluet'. Quar/
to q2 ſemꝑ trahit ⁊ ducit filiū ſecū vt ſal
uetur. nec vnq̄ dimittit n̄c deſit eū. Has
etiā q̄ttuor ꝓprietates hēt ip̄e ceruus in
fugiēdo venatores. Et has q̄ttuor ꝓpeta
tes ſuauit xp̄s cōtra vulpes phariſeos ⁊
ſcribas qui ſua venenata ⁊ vulpina doc/
trina nitebātur vulnerare poplos et diſ
ſipare vineā dn̄i. Et iō xp̄s fugit/ ymo in
crepauit ⁊ extirpauit velociter falſaꝫ do
ctrinā ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ. Et aſcēdit in
montem crucis ducens et trahens ſecuꝫ
omnes fideles filios ſuos. vt eos ibi ſal/
uaret ⁊ liberaret. Et ideo dicit ſponſa/ o
ſponſe dilecte mi perluſtra totam terrā
iſrael et reuertere ad montes bethel.i.
domꝰ dī q̄ eſt hirl'ꝫ et ad mōteꝫ crucis vbi
nos debes ſaluare. Et iō eſto ſil'is capree
hynnuloꝗ ceruoꝝ.i. ſicut caprea et cer
uus velocit' fugiūt venatores et ducūt et
trahūt ſecum hynnulū. ſ. filiuꝫ vt ſaluēt
euꝫ ſuꝑ ardua mōtiuꝫ. Ita tu trahe nos
tecū ſuꝑ mōtem crucis et ſuꝑ mōtes hie
ruſalem vt ſalues nos ibi. Et ſuꝑ montē
celeſtem vt ibi fruamur.

## Secūda pars tertij cātici.

In lectulo meo
queſiui quē dili
git anima mea
Queſiui illū et nō inueni.
Surgam et circuibo ciuita
tem per vicos et plateas.
Querā q̄ꝫ diligit aīa mea
Queſiui illū et nō inueni.
Inuenerūt me vigiles qui
cuſtodiunt ciuitatem.
Num queꝫ diligit anima
mea vidiſtis.
Paululuꝫ cum pertranſiſ

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſem eos.
Inueni q̄z diligit aīa mea
Tenui eū nec dimittam.
Donec ītromittam illum.
In domū matris mee.
Et ī cubiculū gēitricis mee
Adiuro vos filie hieruſalē
per capreas ceruoſqz cam
porum.
Ne ſuſcitetiſ nec euigilare
faciatis dilectam.
Donec ipſa velit.

Deinde cū dicit. In lectulo meo per
noctē q̄ſiui quē diligit aīa m̄a ⁊c̄. Uidēs
ſpōſa ꝙ ꝑ totā noctē legiſ nunꝙ̄ poterat
repꝑire ſpōſuz ſuū xp̄m in tabnacl'o moy
ſi nec ī tēplo primo nec ſcd̄o/qꝛ in archa
pheder̄is nō erat real'r incarnat⁹ niſi in
ſola figura. Id̄o poſtꝙ̄ repꝑijt ip̄m ī car/
ne:agit gr̄as dicēs. Ego queſiui quē dili/
git aīa mea in lectulo meo.i. ī tabnacl'o
moyſi. ⁊ ip̄m queſiui ꝑ totā noctē legis.
Et tn̄ nō potui ip̄m ibi inuēire. qꝛ tantū
erat ibi ī figura.et ſic dixi ī me ip̄a. Ego
circuibo ꝑ vicos ⁊ plateas.i. diſcurrā ꝑ
oēs p̄riarchas ⁊ ꝓphetas q̄rendo xp̄z q̄z
diligit aīa mea. ⁊ queſiui illū ſʒ nunꝙ̄ ibi
inueni ī toto teſtamēto veteri. Et dū cir
cuibā ꝑ totū vet⁹ teſ.querēdo quē diligit
aīa mea:inuenerūt me qui cuſtodiūt ciui
tatē.ſ.ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribe et pha
riſei qui erāt doctores ⁊ prelati poſiti ad
cuſtodiā populi et tēpli.quos interroga
ui dicēs. Nuz quē diligit aīa mea vidiſtis
qui nō oñderūt mihi illū ꝑ legē ⁊ ꝓphe/
tas.ymo negarūt eū dicētes. Hūc neſci/
m⁹ vn̄ ſit. Et nō hēm⁹ regē niſi ceſarez.

ymo negarūt talē meſſiā deū et hoīez ēe
in lege ꝓmiſſuz. Nec voluerūt recipꝑe eū
nec legez eius euāgelicā/n̄c bona ſp̄ualia
cum tanꝙ̄ carnales expectarēt tp̄oralia.
Sʒ ego ſpernēs eoꝝ cecitatē ⁊ falſaz doc
trinā paululū cū ꝑtrāſiſſem eos : inueni
xp̄m deū incarnatū ſpōſuz mihi ꝓmiſſuz
quē valde diligit aīa mea. Et id̄o ilico ad
primā vocationē tenui eū ꝑ fidē firmā et
caritatē indiſſolubilez. Et iō nō dimittā
eū/ donec intromittaz illū in domū ma/
tris mee ⁊ in cubiculuz genitricis mee.q̄
eſt plebs iſrl'itica fidelis. vn̄ poſtꝙ̄ ſyna/
goga eiecit ip̄m a ſe:ego recepi ip̄m intā/
tū ꝙ nemo me ſeparabit a caritate eius.
q̄ꝛi dicat poſtꝙ̄ nō repꝑij ip̄m in tabnacl'o
moyſi nec in tēplis p̄mo ⁊ ſcd̄o.tn̄ īueni
ip̄z ī tabnacl'o ⁊ tēplo hūaitatis aſſump/
te. Et ſic tenui ⁊ recepi eū ī verū meſſiaz
nec dimittaz eum. licet ſcribe ⁊ phariſei
tanꝙ̄ vulpes diſſuadeant mihi cum com
minatione. et cum ſuo falſo fermento.
Ad maiorem aūt euidētiam eſt notandū
ꝙ iſta ſpōſa q̄ſiuit ſpōſum ꝑ totā noctez
legisſi lectulo ſuo.ſ.in tabnaculo ligneo
qd̄ fabricauerat moyſes. ſʒ cum ip̄m ibi
nō repꝑiſſet/eo qꝛ ibi nō erat niſi ī figura:
Ideo interogauit cuſtodes.ſ. ſcribas et
phariſeos vt oñderent ſibi ſpōſuz.ſ.meſ
ſiam in lege ꝓmiſſuz. eo ꝙ ſacerdotes et
ſcribe et phariſei erāt poſiti tāꝙ̄ cuſtod̄s
et ſpeculatores dom⁹ iſrl'. vt cuz veniret
xp̄s oſtēderēt eū populo ꝑ ſacram ſcript̄
am. Sed cum ſacerdotes et ſcrebe et pha
riſei nō oñdiſſent ſibi xp̄m fuiſſe meſſiaz.
ymo tanꝙ̄ vulpes diſſipantes vineā dn̄i
negauerūt eū ⁊ ꝑſeq̄bant̄. Id̄o iſta ſpōſa
nō acquieſcēs falſe doctrīe eoꝝ ꝑtrāſiuit
i.ɔtēpſit eos. ſʒ cuz ꝑtrāſiſſet eos: repꝑijt
xp̄m ſpōſuz ſuuz non ī tabnacl'o lingneo
ip̄ius moyſi. ſʒ in lectulo ⁊ tabnacl'o car

UVA. BHSC. IyR 068_1

nis ⁊ hũanitatis. Et tũc poſtq̃ iſta ſpõſa cognouit ſpõſuꝫ: tenuit eũ fortiter ꝑ fidẽ et ſecuta eſt eũ vſqꝫ ad mortẽ. Et ĩtroduxit eũ in domũ matris ſue. ſ. in plebẽ iudaycaꝫ. q2 apl'i multos de plebe iſrl'itica cõuerterũt ad fidẽ xp̃i. qño miſit eos ad p̃dicanduꝫ ꝑ terraꝫ iſrl'. vt pꝫ Mat. x. et Luce. x. Et etiã ꝯuertit multos ĩ die pẽtecoſtes vt pꝫ Act. ij. ⁊ iij. Et ideo dicit. In lectulo meo ⁊c.

**Adiuro vos filie hieruſalẽ** ⁊c. Hec eſt tertia pars huius cantici vbi p̃dicit firmã ſtabilitatẽ eccl'ie et indiſſolubile vinculuꝫ inter ipam ⁊ ſpõſum ſuum vnde ait/o filie hirl'm. i. aĩe fideles obteſtor. et adiuro vos ꝑ capreas hymnl'oſqꝫ ceruoꝝ. i. ꝑ p̃triarchas et ꝓphetas. quib⁹ f̃cta ẽ de xp̃o repromiſſio. ne ſuſcitetis nc̃ euigilare faciatis dil'ctã a fide ⁊ caritate dei ſui ſpõſi donc̃ ipa velit. i. adiuro vos ne putetis vnq̃ ipam eſſe a ſuo ſpõſo ſeparãdã in eternũ ſicut ꝓmiſſuꝫ eſt p̃triarchis ⁊ ꝓphetis ꝓut dictũ eſt. q̃i dicat. ne timeatis: nec ſeducat vos falſa doctrina ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ. nec aliquis hereticus aut tirannus ſeparet vos a caritate ſpõſi vr̃i xp̃i. Sed q2 dictuꝫ ẽ in expõe huius tertij cantici. q̃ ĩ aduẽtu xp̃i vinea legis dedit fructũ ſuũ ãputatis cerimonialib⁹. et ficus legis dedit groſſos ſuos euãgelicos. Et q̃ xp̃s tanq̃ interp̃s legiſ amputauit oĩa cerimonialia. Ido q̃ritur vtrũ xp̃s potuerit h̃ facere. et videtur q̃ nõ. Et p̃mo arguit̃ ſic. naꝫ xp̃s qui venerat ad ꝯplẽdã voluntatẽ p̃ris nec debuit nec potuit venire ꝯtra mẽtẽ dei p̃ris qui obligauit illũ populũ ſub multiplici maledictiõe ⁊ firmiſſimo iure iurãdo ad ſeruandã totã legẽ. nõ ſoluꝫ quo ad p̃cepta moralia: ſꝫ etiã quo ad oĩa cerimonialia et hoc ꝓhedere et̃no. vt pꝫ de vt̃o. xxviij. et. xxix. Et ſub eiſdẽ maledictiõib⁹ ⁊ iure iurãdo ſe obligauit populus. vt pꝫ ibidẽ Ergo nec xp̃s potuit venire ꝯtra mẽtem p̃ris/nec abſoluere illũ popl'uꝫ a cerimonialiũ obſ̃uãtia eterna. Scđo arguit̃ ſic. nam ſub eadẽ pena de⁹ ꝓhibuit ne q̃s preſumeret addere nec minuere aliđ preter id qđ eſt ſcriptũ in lege data moyſi. vt pꝫ deutẽo. iiij. ergo ſequit̃ q̃ xp̃s nec debuit nec potuit amputare cerimonialia puta ſabbatũ ⁊c. nc̃ addere diem dñicã et ceťa p̃cepta ⁊ euãgelica ſacramẽta. In oppoſitũ aũt ẽ tota veritas hui⁹ tertij cãtici. vbi dr̃ temp⁹ putatõis aduenit. Itẽ Mathei et luce. iij. ſecuris ad radicẽ arboris poſita ẽ: Iteꝫ ibidẽ. Cui⁹ ventilabrum ĩ manu ei⁹. Et mũdabit areã ſuã. Et ꝯgregabit triticũ ĩ horreũ ſuũ. paleas aũt ꝯburet igni ĩextinguibili. ꝑ quã arborẽ et paleas iter cerimonialia legis ve. Reſpõdet̃ q̃ iſta q̃ſtio ſatis ẽ explicata et ſoluta ꝑ totã expõꝫ libri pſal'oꝝ et p̃cipue in tractatu ꝯ iudeos ꝑ totũ. Sꝫ h̃ breuiter r̃ndebit̃ p̃fatis duob⁹ argumentis. ꝑ quoꝝ r̃nſiõe ẽ p̃io notãdum/q̃ cuꝫ tota lex cerimonialiũ fuerit data ĩ ſignum fedis et pacti. vt pꝫ de circũciſiõe et de ceteris ſacramẽtis et ſacris et ſacrificijs et obſ̃uãcijs. ergo ſequit̃ q̃ oĩa illa cerimonialia erãt ſigna alicui⁹ fute veritatis. Et ꝑ ꝯñs tendebãt ĩ illam veritatẽ ſignificatam tanq̃ ĩ finem et terminũ. Et ꝑ ꝯñs officiũ oĩuꝫ illoꝝ cerimõialiũ nõ celebrabat̃ niſi ſub fide et ꝓteſtatõe illi⁹ fute v̄itatis quã ſignificabãt et ad quã tẽdebãt oĩa illa cerimonialia tanq̃ ĩ finem et terminũ. ſꝫ veritas et finis et termin⁹ toti⁹ legis et ꝓphetaꝝ fuit x⁹ in quẽ tendebãt tota lex et ꝓphete. vt ſup̃ dcťꝫ et ꝓbatuꝫ eſt ĩ primo cãtico. ergo ſequit̃ q̃ tota lex

UVA. BHSC. IyR 068_1

grana ſunt vndiq̃ʒ vna pelle contecta p̄/
ter illam partem mediam. Tercio qꝛ illa
grana oſtēdūt faciem rubeam. Quarto
qꝛ talia ſunt intrinſecus ſicut extrinſec⁹
quo ad ruboreʒ et ſaporeʒ: qꝛ talia ſunt il
la que latēt ſicut illa que apparēt ĩ ſupfi
cie fragminis. Talis ergo erat illa ſpōſa
xp̄i. ſ. eccl'ia ap̄loꝝ in p̄cipio. et talis de
bet eſſe oīs p̄latus ꝛ q̄libet religio. Naʒ
primo tota illa multitudo erat ſub vno
paſtore xp̄o ordinata ꝛ poſtea ſub petro
Scḋo oīuʒ erat aīa vna ꝛ cor vnuʒ ĩ deo
vt pʒ in actib⁹ ap̄loꝝ. Iteʒ tercio qꝛ oēs
rubebāt et feruebāt rubore et igne cari/
tatis. Quarto qꝛ quales erāt in vultu ꝛ
ore exterius: tales erāt interius in corde
ꝛ ecōuerſo. Et iō ibāt gaudētes a ꝯſpec/
tu cōtumeliam pati non timētes minas
principū dicētes. Magis oportet obedi/
re deo q̄ҫ hominib⁹. Act. v. Et ſic p̄lati et
religioſi debēt eſſe ſicut fragmē mali gra
nati. ſ. viuere ſub vna comunitate et or/
dinata religione et oñdere honeſtateʒ in
facie ꝛ ꝟitatē in ore ad exēplū alioꝝ. Et
debent rubere nō ſoluʒ rubore caritatis
nō ficte. ſʒ etiā rubore erubeſcentie ꝛ ve/
recūdie ĩ facie. i. debēt cauere ꝛ erubeſce
re peccare ne oc'los diuine maieſtatis of/
fendāt. ꝛ ne ꝓximis ꝛ inferioribus exē/
plum peccādi ꝛ ſcandalū prebeāt. eo qꝛ
ſunt poſiti tanq̄ҫ ſpeculū ꝛ lumē ſup can
delabruʒ. quib⁹ dixit xp̄s. Sic luceat lux
vr̄a corā hominib⁹: vt videant opa vr̄a et
gl'ificent patrē vr̄m qui in celis eſt. mat.
v. Et ſic etiā nō ſolū p̄latus ꝛ religioſus
ſʒ etiā quilibet xp̄ianus debet erubeſcere
peccare. non ſolum ne offendant deum.
ſed etiam proximum ip̄m ſcandalizādo.
Qḋ maxime ē in p̄latis et religioſis ꝛ ec
cleſiaſticis attendendū. Ideo dicit aug⁹.
in ſmōe ḋ cōi vita clericoꝝ: q̄ҫ bona opa

ſunt facienda ꝑp̄t nos et cōſciaʒ nr̄aʒ. ſʒ
bona fama obſuāda ē ꝑp̄t vos ꝛ exēplū
vr̄m. Et ſic pʒ q̄l'r ſtat⁹ p̄latoꝝ et religio/
ſoꝝ ſunt gene eccl'ie ſpōſe xp̄i. ꝛ q̄lit ſunt
ſicut fragmen mali punici. Et iō x⁹ volēs
ꝯmēdare ſponſam ſuā eccl'iaʒ quo ad re/
ligiōeʒ ꝛ honeſtatē q̄ maxīe viguit ĩ ap̄l'is
et doctorib⁹ ꝛ martyrib⁹ ꝛ ſacerdotib⁹ ĩ
ꝑmitiua eccl'ia. dicit o ſpōſa ſicut fragmē
mali punici ē bñ ordinatū ꝛ rubicūdum
ita ꝛ gene tue. ſ. ap̄l'i ꝛ euāgeliſte / prelati
ꝛ religioſi ꝛ oēs xp̄iani ſunt rubicūdi ru
bore caritatis ꝛ erubeſcētie ꝛ honeſtatis
et veritatis. Sʒ qꝛ talis honeſtas nō eſt
ficta nec palliata: ſʒ vera ꝛ intrinſeca. ta
lis ĩ corde qualis in facie. Ideo ſubdit.
Abſq̃ʒ eo qḋ intrinſec⁹ latet. ſ. vltra rec/
tam intētionē ꝛ affectū caritatis latēteʒ ĩ
corde. Deinde cū dicit. Sicut turris dḋ
collum tuū ꝛc. Cōparat ſtatū p̄latoꝝ et
ap̄loꝝ ꝛ doctoꝝ ip̄i turri dḋ. Ad cui⁹ in/
tellectū ē notādū vt legit̃. ij. Re. q̄ҫ dḋ edi
ficauit turrim altiſſimā ĩ mōte ſyon. vt
eēt ſpecl'a ad ꝓuidēduʒ delonge inimicos
venientes ꝯtra ciuitateʒ hir'lm. ꝛ muni/
uit ip̄am copia armoꝝ et ꝓpugnaculoꝝ
ĩ defenſionē ciuitatis. et vt oēs ꝯfugerēt
ad eaʒ. ꝛ ſaluarentur tempore neceſſita/
tis et belli. Per quā q̄dē turrī figurabat̃
ſtat⁹ ap̄loꝝ et p̄latoꝝ et doctoꝝ et p̄dica/
torū qui ſunt poſiti altiores in gradu di/
gnitatis et ſcīe tanq̄ҫ ſpeculatores ad ꝓui
dēdos inimicos eccl'ie. ſ. infideles et here
ticos. Et iō armauit eos x⁹ armis et pro
pugnacl'is ſp̄ualib⁹ q̄ ſunt arma virtutū
et dona ſp̄us ſcī ad repellēdos incurſus
infideliū et hereticoꝝ. Et iō dicunt̃ collū
eccl'ie. nā ſicut collū ē altior pars corpis
ſub capite: ꝑ qḋ dſcēdūt oēs vires capit̄
et ſenſus ꝛ mot⁹ a capite ad oīa membra
inferiora. Ita ſunt ap̄l'i et p̄lati altiores

f

UVA. BHSC. IyR 068_1

imediate ſub capite xpo: p quos deſcẽdit oĩs ptas et vires ſpũales a xpo capite in ceťa mẽbra corpis eccľiaſtici ⁊ miſtici. Jtẽ ſicut ſpeculator erigit collũ ad videdũ de longe ⁊ ſpeculandũ inimicos: ⁊ res lõginquas: ita pariter eccľia tanq̃ erigens collũ p prelatos et pdicatores preuidet vt caueat mala futura. Jtẽ ſicut caput ĩ quo ſunt oculi ponit̃ ſup collũ: vt puide at lõginqua. ita ocľi eccľie ſunt ſup prelatos ⁊ pdicatores ad puidedũ mala futura ⁊ pcauedũ nociua. Et ſic pʒ qualr̃ prelati ⁊ doctores ⁊ pdicatores ſunt collũ eccľie altiores in ſciã ⁊ dignitate et ptate ſimiles turri dd ad puidendas ⁊ pcauendas inſidias ⁊ incurſus inimicoꝝ ⁊ infideliũ ⁊ hereticoꝝ. De quib⁹ dr̃ eze. xxx. Fili hoĩs: ſpeculatorem dedi te domui iſrael. Et iõ dicit xps. O ſpõſa collũ tuũ eſt altiſſimũ et fortiſſimũ in eminẽtia dignitatis ⁊ ſcie ⁊ ſapie ⁊ poteſtatis. ⁊ munitiſſimũ ſicut turris dd in armis ſpũalibus virtutũ et donoꝝ. que quidẽ turris eſt edificata in ppugnaculis ad ppugnãdũ cõtra inimicos. et oĩs armatura hui⁹ turris eccľie eſt armatura nõ debiliũ: ſʒ fortiũ. q2 armatura eccľie non timet eos qui ſolũ occidunt corpus. ſʒ tantũ timet dñm qui poteſt aĩam occidere et mittere in gehẽnã. iõ apľi et martires nõ timebant reges ⁊ preſides mũdi. nec verbera carnificũ. eo q2 armatura eoꝝ erat armatura fortium: et inexpugnabilis turris. que quidẽ armatura ſunt dona ſpũs ſcĩ

Deinde cũ ſubdit. Duo vbera tua ⁊c̃ Oſtẽdit qualr̃ eccľia ſpõſa xpi nõ ſolũ eſt turris inexpugnabilis: et hẽt armaturã fortiũ ad repellẽdos incurſus et inſidias inimicoꝝ: ſʒ etiã hẽt duo vbera ad alẽdos et nutriendos et lactãdos fideles filios Que quidẽ vbera ſunt duo teſtamẽta. ſ. nouũ et vetus. Quoꝝ lacte lactat et nutrit duos hynnulos gemellos. ſ. duos populos ſub vna fide xpi cõgregatos. ſ. eccľiam ex vtroqʒ populo / judayco. ſ. et gentili ſub vna fide ꝯuerſam. Jtẽ etiã hẽt eccľia duo vbera. ſ. vber ⁊ mamillaʒ doctrine ſacre ſcripture: et vber gr̃e ſacramẽtoꝝ. Ex quoꝝ vno ſugunt fideles lac fidei articuloꝝ. et ex altera lac gr̃e ſacramẽtoꝝ. Et iſta ſunt duo vbera eccľie quib⁹ lactat ⁊ nutrit duos filios gemellos. ſ. ex vtroqʒ populo ꝯuerſos. Et etiã lactat duos hynnulos gemellos. ſ. pfectos ⁊ infirmos. vñ ĩ primitiua eccľia iſti duo gemelli. ſ. pars popľi judayci ⁊ maior pars populi gẽtilis venerũt ad fideʒ. qui lactati ſunt ⁊ nutriti iſto duplici vbe Et iõ dicit. Duo vba tua ſicut duo hynnuli gemelli capree. i. abundãtia in lacte ſicut duo vbera capree duos gemellos lactantia ⁊ nutriẽtia. Et cõparat vbera eccľie vberib⁹ capre. eo q2 inter cetera animalia maxime abundãt lacte. et cõparat et appellat iſtos duos popľos gemellos. eo q̧ antiquitus deſcendunt ab vna matre eua / et ab vna vxore noe. Et nunc ſunt regenerati ex vna capra. ſ. ex vna eccľia p xp̃m ⁊ regenerationẽ baptiſmaleʒ Sʒ q2 iſte modus nutriendi filios eccľie p lac fidei articuloꝝ et gr̃e ſacramẽtoꝝ durat p totũ diem et tẽpus gr̃e. ſ. a pmo aduẽtu xpi ĩ quo ĩcepit iſta dies aſpirare et durabit vſqʒ ad fineʒ mũdi in quo deſinet iſte dies gr̃e. et ſuccedet dies etern⁹ glie: q̃ quidẽ dies gr̃e finiet̃ ĩ veſpe mũdi. cuius finis dr̃ nox. eo q̧ amplius nõ erit temp⁹ opandi. nec merẽdi. ſed pmiuʒ recipiẽdi. vt ait ſaluator. jo. ix. Oportet operari dũ dies ẽ. veniet aũt nox qñ nẽo poſſit opari. Jdõ dicit ſpõſus q̧ iſti duo gemelli paſcũt in lilijs et roſis ſacre ſcri

UVA. BHSC. IyR 068_1

pture.et in liliis gr̃e ſacramẽtorũ.nõ in eternũ.ſʒ donec aſpiret dies.i.dũ duret iſte dies gr̃e: et inclinẽtur vmbre finalis iudicij.qꝛ poſtea paſcẽtur iſti duo gemelli pabulo eterne fruitionis et gl̃ie. Et ſic pʒ pulchritudo et optima diſpoſitio mẽbroꝝ hui⁹ ſpõſe xp̃i: de qua pulchritudĩe cõmẽdat eam in hac prima parte.

## Secũda pars cãtici quinti

Adam ad montez myrrhe.
Et ad collũ thuris
Tota pulchra eſ ãica mea
Et macula nõ eſt in te.
Ueni de libano ſpõſa mea.
Ueni de libano veni.
Coronaberis de capite amana.
De vertice ſanir et hermõ
De cubilibus leonum.
De montibus pardorum.
Uulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.
Uulneraſti cor meum.
Jn vno oculorum tuorũ.
Et in vno crine colli tui.
Quã pulchre ſũt mamme tue. Soror mea ſponſa.
Pulchriora ſũt vbera tua vino. Et odor vnguẽtorũ tuorũ ſuper oĩa aromata.
Fauus diſtillans labia tua ſpõſa. Mel et lac ſub ligua tua. Et odor veſtimẽtorũ tuorũ. Sicut odor thuris.
Hort⁹ cõcluſus ſoror mea ſponſa. Hortus concluſus fons ſignat⁹. Emiſſiões tue
Paradiſus malorum granatorũ. Cum pomorũ fructibus. Cypri cũ nardo.
Nardus et crocus.
Fiſtula et cinnamomũ.
Cũ vniuerſis lignis libani.
Myrrhe et aloe.
Cũ oĩbus primis vnguẽtis.
Fons hortorũ puteus aquarum viuẽtiũ. Que fluũt impetu de libano.

Adã ad mõtẽ myrrhe

Hec eſt ſcd̃a pars hui⁹ quinti cantici. in qua xp̃s dotat et decorat eccleſiaʒ ſpõſam ſuam ornamentis ſpiritualibus et odoramentis aromaticis: Et hoc ꝑut ſalõn ꝓuidit in ſp̃u contẽplãdo miſteria que fecit moyſes ante mortem ſuã in figura xp̃i. Ad cuius intellectuʒ ẽ valde aduertẽdũ. ꝙ moyſes dux illius populi cui oĩa ꝯtingebãt ĩ figura xp̃i. duos act⁹ inter ceteros fecit ĩmediate ante morteʒ ſuam dũ fuit ꝓpinquus morti in fine ſui ducatus.vt pʒ in deutẽo. Nã primo cõgregauit maiores natu illius populi ĩ cãpeſtrib⁹ moab iux̃ iordaneʒ. Et recitauit ⁊ rememorauit eis oĩa bñficia ⁊ mirãda que deus eis fecerat ĩ illis q̃draginta an-



UVA. BHSC. IyR 068_1

nis p̄ totã illã peg̃rĩatiõꝫ ab exitu egipti vſqꝫ ad illuꝫ locuꝫ. Et cõmemorauit eis oẽs rebelliones ⁊ ingratitudĩes quas cõ miſerãt cõtra deũ. et cõmiſſuri erãt ſuc/ ceſſiue in futurũ vſqꝫ ad extremũ temp⁹. in qua ĩfidelitate ⁊ malicia erãt mãſuri. et iõ cõminatiue p̄dixit eis p̄ multas ma ledictiones eoꝝ obſtinatoꝝ finaleꝫ puni/ tionem. Et cõfecit illud cãticũ. ſ. Audite celi que loquor. In quo p̄dixit eoꝝ fina/ lem obſtinationẽ ⁊ punitionẽ ⁊ damna/ tionẽ et finalr̄ populi gẽtilis ſubſtitutiõꝫ et cõuerſionẽ. vt pꝫ ĩ fine cãtici cũ dixit. Laudate gẽtes populũ eius. put ibi fuit declaratũ. Hoc autẽ fcto: moyſes ex dei precepto aſcẽdit in mõteꝫ abarim. et exĩ de ſpeculatus eſt totã terrã promiſſiõis vt pꝫ deutẽo. xxxij. qua cõſiderata ⁊ viſa benedixit duodeciꝫ tribub⁹ predicẽdo eis bõa futura. vt pꝫ caplo. ſequẽti. ſ. xxxiij. De quibus duob⁹ actib⁹ cõtrarijs valde admirati ſunt et admirãtur magiſtri he/ breoꝝ. Admirant̄ eniꝫ ꝙ moyſes cũ tãta vehementia maledixerit illuꝫ populũ. et cõminatus fuerit tam grauem punitio/ nem et bonoꝝ priuationẽ in illo cãtico. Et poſtea ĩmediate cũ tanto affectu bene dicat eis p̄ ſingulas tribus in caplo ſeq̃n ti. Ad qd̕ reſpõdet ꝙ q2 moyſes p̄ui/ dit rebelliones ⁊ apoſtaſias eoꝝ ⁊ ydo/ latriã futurã. ido p̃mo cõminatur malis et ydolatris. ſꝫ finalr̄ benedixit bonis et fidelibus preſentib⁹ et futuris. Sꝫ iſte ĩ/ tellectus eſt manifeſte falſus et ĩſufficiẽs nam in fine cantici maledictis iſrlitis be nedicit populũ gẽtilẽ. Item ille maledic tiones oẽs et punitiones pſeuerãt hodie in toto illo populo qui putat ſuare legẽ moyſi ⁊ abbominatur oẽm ydolatriam Nequidẽ punitio oẽs eos cõprehendit tam bonos ꝙ malos. q2 oẽs pſeuerant ĩ

hac captiuitate et miſeria per. M. cccc. lxxxvj. annos poſt xp̄m. Et iõ eſt dicẽdũ ꝙ cecitas ⁊ malicia eoꝝ impedit eos ne intelligãt ſacramẽta dei in illis miſterijs clauſa. vñ moyſes qui fuit ver⁹ pp̄heta nõ ſolum p̄uidit infidelitatẽ crebã illius populi: quã debebant cõmittere contra deuꝫ adorãdo ydola. ſꝫ etiã p̄uidit vltiaꝫ obſtinationẽ ⁊ rebellionẽ futurã: contra xp̄m verũ meſſyã quẽ principes ſacerdo tum ⁊ pharisei debebant crucifigere. et ſucceſſores eoꝝ in eadẽ obſtinatione per manere in extremo tp̄e vſqꝫ ad iudiciuꝫ. Et ideo moyſes hoc preuidẽs in ſp̄u nõ ſoluꝫ cõminat̄ eis maledictionẽ tp̄orales pp̄ter ydolatriã: quã cõtinue cõmiſerũt vſqꝫ ad deſtructionẽ primi tẽpli. ſꝫ etiaꝫ cõminatur eis maledictioneꝫ ⁊ penã taꝫ tp̄oraleꝫ ꝙ eternã pp̄ter infidelitatẽ: qꝫ cõmiſerãt contra xp̄ꝫ meſſiam ſuũ in ex tremo tp̄e. in qua erãt pſeueraturi vſqꝫ ad iuditiuꝫ. et hoc pꝫ p̄ hoc qd̕ dicit moy ſes deutẽo caplo. xxxj. ĩ fine maledictio num ⁊ anteꝙ p̄nũciet cãticũ vñ ait. No ui eniꝫ ꝙ poſt mortẽ meã iniqꝫ agetis/ ⁊ declinabitis cito de via quã p̄cepi vobis Et occurrẽt vob̄ mala in extremo tp̄ore qñ feceritis malum in cõſpectu dñi. vt irritetis eũ p̄ opa manuũ vr̃aꝝ. Ex qui/ bus pꝫ. ꝙ iſta captiuitas et punitio: quã patiũtur in h̄ extremo tp̄ore ⁊ vltia eta te poſt deſtructionẽ ſecũdi tẽpli. nõ ineſt eis pp̄ter ydolatriã: ſꝫ q2 irritarũt deuꝫ occidẽdo xp̄m meſſyã ſuũ. et ſemp̄ irri/ tant eũ manẽdo in eadẽ obſtinatiõe. Sꝫ q2 p̄mulgata iſta ſentẽtia moyſes aſcen/ dit in mõtem abarĩ ex p̄cepto dei et ſpe/ culatus eſt. et cõſiderauit totã terrã pro miſſionis vſqꝫ ad montem libani/ et her mõ/ et anmana/ ⁊ ſanir/ ⁊ galaat/ ⁊ vſqꝫ ad mare nr̃m. et vſqꝫ ad mare mortuuꝫ.

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De quinto cantico.

Jn quo ſpatio erãt collocãde oẽs tribꝰ per ſortes ſuas. Et ꝓuidit qualr̃ in extremo tꝑore. ſ. in vltia etate xp̃s meſſias illaꝫ terram totam debebat peragrare. ꝑdicãdo et miracula faciẽdo. puta ꝑ totã terram ʒabulon/et neptalim vſqꝫ ad radicẽ libani. ⁊ trãs iordaneꝫ ꝑ terrã gad/ et manaſſes. et per terrã iuda/ et effraym. Ex quibus. xij. tribubꝰ xp̃s debebat regenerare. xij. aplo̾s et. lxxij. diſciplo̾s per quos erat multiplicanda tota eccl̃ia toto orbe diffuſa ꝑ regeñrationẽ baptiſmaleꝫ. que quideꝫ eccl̃ia erat futura dõus iſrl̃ ſm ſpm/ ⁊ ꝓmiſſioneꝫ. Oia ergo iſta preuidẽs moyſes in ſpu ꝯſiderãdo illam terram de mõte abarim benedixit in ſpu ꝓphetico. xij. tribubꝰ iſrl̃ ſpũalibꝰ qui ex illis. xij. aplis erant in xp̃o regenerãdi. Et ſic pꝫ qualr̃ moyſes ĩ figura xp̃i ĩ illo cantico et capitulis ꝑcedẽtibꝰ cõminatur maledictionẽ/et tꝑorales punitionem filijs iſrl̃ ſm carnẽ ⁊ infideles ⁊ xp̃i crucifixores. Sꝫ caplo. xxxiij. benedixit tribubus ⁊ filijs iſrl̃ ſm ſpm ꝑ xp̃m et aplo̾s regenerãdis. put moyſes preuidit ĩ ſpu prophetico. Et ſic ilico poſt hec moyſes mortuus ẽ ĩ illo monte. vt patebit ĩ cãtico ſequẽti. Et ſic tollit̃ ⁊ ſoluit̃ cõtrarietas que videt̃ in illis duobꝰ actibꝰ. Et iõ moyſes nõ principalr̃ benedicebat illam terraꝫ ꝓmiſſionis materialeꝫ: quã oclis carneis diſtictã ꝑ ſortes videbat: ſꝫ benedicebat eccl̃iam xp̃i ꝑ illã terrã figuratã quã oculis ꝓpheticis ⁊ mẽtalibus toto orbe diffuſam cernebat. vñ moyſes aſpiciẽdo verſus aquilonẽ ex monte abarim videbat qualr̃ altiſſimus mõs libani terminabat tanꝙ caput totã terraꝫ ꝓmiſſionis. ex cuius latere emanabat fluuiꝰ iordanis qui irrigabat totã terrã ꝓmiſſionis. et fecũdabat eam vſqꝫ ad mare mortuũ: ꝑ qđ preuidit in ſpu qualr̃ xp̃s meſſias in lege ꝓmiſſus erat futurus caput et principium eccl̃ie. ex cuius latere debebat emanare fluuiꝰ baptiſmalis ⁊ virtus oĩuꝫ ſacramẽtoꝝ. qui debebat fecundare ⁊ irrigare totã eccl̃iam xp̃i ad regenerãdos fideles. Itẽ ꝑ h̃ ꝙ illa t̃ra erat tota circũdata ab oriente monte amana et ſanir/ ⁊ hermon/ ⁊ cubilibꝰ leonuꝫ/et montibꝰ pardoꝝ. ꝓuidit qualr̃ eccl̃ia xp̃i debebat anguſtiari ⁊ infeſtari in pĩcipio a iudeis ⁊ infidelibꝰ ⁊ tyrãnis ⁊ imꝑatoribus ydolatris ⁊ hereticis. Et ꝑ hoc ꝙ videbat eam obſeſſam a meridie deſerto arabie: preuidit qualr̃ ĩ medio tꝑoris ab arabibꝰ ⁊ ſarracenis erat affligẽda. Sꝫ ꝑ hoc ꝙ videbat illã t̃ram ab occaſu obſeſſam mari nr̃o mediťranoꝝ: ꝓuidit in ſpu qualr̃ in fine tꝑoris ⁊ in occaſu mũdi eccl̃ia erat affligẽda ꝑ antixp̃m. Sꝫ qꝛ deꝰ dixit moyſi ꝙ ipe viuus nõ poterat ĩtroire terram illam: ſꝫ poſt mortẽ eiꝰ joſue debebat introire cũ toto illo populo. et obtinere illam terraꝫ ⁊c̃. Per h̃ ꝓuidit moyſes in ſpu qualr̃ ante mortẽ xp̃i nullus poterat introire terraꝫ viuẽtium. ſꝫ poſt mortem ⁊ reſurrectionẽ xp̃s debebat introducere totũ populũ fideleꝫ ĩ terrã viuentium. et finalr̃ etiã ꝑ aplo̾s et martires ⁊ doctores debebat t̃ũphare ꝺ iudeis ⁊ ĩꝑatoribꝰ ⁊ hereticiſ ⁊ oĩbꝰ ĩfidelibꝰ Sub tali igit̃ r̃ſpectu ꝯſiderauit moyſes totã illã t̃raꝫ ꝓmiſſiõis et cõſiderãdo bñdixit. ſ. qꝛ ꝑ illã bñdixit eccl̃iã xp̃i futuram quã illa t̃ra figurabat. Sed nũc reſtat applicare figurã figurato. Ad cuiꝰ intellectũ ẽ aduertẽdũ ꝙ xꝰ ꝑ moyſẽ figuratꝰ qui non venit legẽ ſoluere: ſed adiplere et verificare oĩa geſta et dicta p̃riarchaꝝ et ꝓphetarũ eodẽ modo ꝓceſſit in ſua ꝑegrinatiõe huiꝰ vite ſicut moyſes. Nam



UVA. BHSC. IyR 068_1

ſicut moyſes p.xl annos duxit et mina/
uit illum populū p deſertū cum ſignis et
portentis vſq3 ad mortē ſuā. ita pariter
xp̄s p.xl menſes duxit populū ſuū.ſ.ec/
cl'iam apl'oꝝ ꝛ diſcipl'oꝝ ī hoc mūdo cō/
putando a die oſtenſiōis ſue.ſ. baptiſmi
vſq3 ad paſſionē. Nam p tres annos et
quatuor mēſes predicauit et pegrinatus
eſt poſt baptiſmum ſm eos qui tenēt: ꝙ
pma vel tercia aprilis fuit paſſus. Et ſic
xp̄s p.xl.menſes fuit pegrinatus p totā
terrā pmiſſiōis faciendo multo maiora
miracula ꝙ moyſes.ſ. mortuos ſuſcitā/
do/ꝛ infirmos curādo/ꝛ demones fugā
do/ꝛ ventis imperando.que fuerūt mul
to maiora ſigna et miracula ꝙ moyſi:vt
dictum fuit in expoſitiōe pſal.xxviij. Et
in tractatu cōtra iudeos. Item ſicut
moyſes in fine ſue pegrinatiōs cōgrega/
uit maiores natu corā toto populo:ꝛ re
tulit totā legē narrando oīa beneficia q
deus fecerat illi populo. Et cōminatus
eſt futuras maledictiones ꝛ punitiones
preuaricatoribꝰ ꝛ tranſgreſſoribus legis
ſicut dictū eſt.ita pariter xp̄s in fine ſue
peregrinationis ante mortem ſuā aſcen
dit hieroſolimā et vidēs ciuitatem ſacri/
legam ꝛ ſui meſſie homicidaz cōminādo
eius futurā ruinā fleuit ſup illaz ꝛc. Et
poſtea īgreſſus ī tēplū eiecit emētes ꝛ vē
dentes.et altera die ꝯgregatis maioribꝰ
natu.ſ. ſcribis et phariſeis et principibꝰ
ſacerdotū.exprobauit eis iniquitates eo
rū.et cōminatus eſt eis futurā punitiōē
tp̄oralem et eternam ꝑpter infidelitatez
et īgratitudinē et homicidiū.vt p3 mat.
xxij.et.xxiij.ꝛ.xxiiij. Itē ſicut moyſes
poſt datā maledictionez ꝛ p̄nūciataz fu/
turā punitionē illius populi rebellis aſ/
cendit in montē abarim et cōſiderata to
ta terra pmiſſionis benedixit.xij. tribu
bus ſm ſpm ꝛ pmiſſionē anteꝙ morere
tur ſicut dictū eſt. Ita pariter xp̄s īplen
do illā figurā et totā legē poſtꝙ cōmina
tus eſt.ꝛ p̄nunciauit futurā dānatiōez
ſuoꝝ crucifixoꝝ: et oīuz ſucceſſoꝝ obſti/
natoꝝ:aſcēdit ī mōtez ſyon. et ſcta cena
cū diſcipulis ſurrexit a menſa:ꝛ lauit pe
des eoꝝ.et recūbens inſtituit ſacramētū
eucharistie:et tradidit ſe ip̄3 eis ſacramē
taliter.Et poſtea habuit longum ſmōez
cū diſcipulis benedicēdo eis pmittēdo ꝛ
dando eis bona ſp̄ualia.ſ. pacem et cari
tatē:et ſciam in hac vita.et pmittēdo fu
turam felicitatem.vt p3 jo.a.xiij. capl'o
vſq3 ad.xvij. incluſiue.Ex quibꝰ oībꝰ p3
ql'r oīa que fecit moyſes: fecit in figura
xp̄i.Et qual'r xp̄s p oīa ꝯpleuit. et viſi/
cauit oīa geſta moyſi ꝛ oīum ꝑphetaꝝ.

Salon ergo p̄uidēs in ſp̄u oīa iſta mi
ſteria xp̄i figurata p ſuſ̄dicta geſta moyſi
fecit iſtud cāticū introducēs xp̄m ad lo/
quēdū in hac ſcda parte cantici.in q̄ xp̄s
dotat ꝛ decorat ſp̄oſaz ſuā eccl'iaz ī apl'is
ꝛ diſcipl'is ꝯgregatā ī die jouis ſcta.qn̄o
cena ſcta lauit pedes diſcipuloꝝ ſuorū.
vbi oſtdēit eos pulchros et mūdos ī aīa
ab omni inquinamēto poſt receſſuz iude
quibus tradidit ſacramētuz eucharistie
tanꝙ mūdis.Et poſtea in ſuo teſtamēto
legauit eis ſuam pacē et caritatez et oīa
bona grē.vt p3 p illū longū ſmonē. vbi
oñditur ql'r dotauit et decorauit eccl'iaz
ſp̄oſaz ſuā bonis ſp̄ualibꝰ p veſtimēta et
odoramēta ꝛ fructꝰ pomoꝝ intellectis.

Dicit ergo xꝰ ſponſus eccl'ie. Vadam
ad montē myrrhe:et collē thuris.i. aſcē
dam in hierl'm qui dr̄ mons myrrhe et
thuris eo quia ibi fiebant ſacrificia ꝛ of/
ferebant oblationes ꝛ adolebant in alta
ri thus et mirrha et tymiamata et cetera
odoramenta ſignificantia paſſionez xp̄i.

UVA. BHSC. IyR 068_1

Et iō appellat xp̄s hiɫr̄m montē myrrhe ⁊ turris. i. paſſionis ⁊ ſacrificij. In hebreo autē hētur. Uadaȝ ad mōtē morya i. ad montem vbi abraam ſacrificauit filiuȝ ſuū yſaac in voto. ⁊ arietē in effectu queȝ montē appellauit ī mōte dn̄s videbitur. ſ. ſacrificij. et īmolari ſuple. put fuit declaratū in expoſitōe pſalmi. xlvij. et in pleriſqȝ locis. Dicit ergo xp̄s. Uadā ad mōteȝ myrrhe: et colleȝ thuris. i. ad monteȝ mee mortis et paſſionis que eſt hiɫr̄m. Hoc ꝑfecto dixit xp̄s poſt ſuā ꝑegrinationem qn̄o aſſumpſit. xij. diſcipulos ſecreto ⁊ dixit illis. Ecce aſcēdimꝰ hieroſolimā: ⁊ filiꝰ hoīs tradeᷓ ad flagellādū ⁊ crucifigēdū mat. xxij. ⁊ luc. xviij. Deinde cū dicit. Tota pulchra es amica mea. Cōmēdando ſponſam ſuam dotat et decorat et pulchrificat ipāȝ xꝰ mūdicia et pulchritudine ſpūali reddēs ipāȝ purā et mundaȝ nō habentē rugā neqȝ maculā. Ad cuiꝰ intellectū ē notandū ꝙ xꝰ in die iouis ſc̄ta cena ſc̄a: ſurgēs a cena anteꝗ̄ inſtitueret euchariſtiā ⁊ traderet eā diſcipulis: lauit pedes eoꝝ vt oſtenderet mūdiciā ⁊ puritatē eoꝝ. ⁊ qūo nemo debet accedere ad tantū ſacramētū: niſi mūdus ab omni macula et labe pc̄ti. nō ſolum mortalis: ſed etiā venialis. Et nō ſolum ab omni pc̄to in effectu: ſȝ etiā ī affectu ⁊ cogitatiōe. Et iō lauit pedes eoꝝ p quos ſenſualitas ⁊ affectꝰ ⁊ cogitatio ſignificaᷓ. Et iō dixit eis qui mūdus eſt a peccato ſuple in effectu / non indiget niſi vt pedes lauet. i. ſenſualitatis affectuȝ et cogitationē. Sȝ qꝛ ſolus iudas ſcarioth manebat in ſuo malo ꝓpoſito tradendi xp̄m quem iam vendiderat. iō ſubdit xꝰ. Et vos mūdi eſtis ſȝ nō ōs. vt pȝ io. xiij. Et iō poſtꝗ̄ iudas filiꝰ ꝑditionis receſſit ab illa ſocietate tanꝗ̄ mēbrū deſciſum et alienū ab eccl̄ia. tūc manſit illa ſocietas et eccl̄ia tota pulchra ſine aliqua macula vel ruga. Et ido recedente illo dixit xp̄s Nunc clarificatus eſt filius hoīs: et deꝰ clarificatuſ eſt ī eo. vt pȝ ibidē. qi diceret xp̄s. Nunc iſta ſocietas. ſ. eccl̄ia ſponſa mea manet clara ⁊ pura ⁊ pulchra ſine macula. Et hoc dicebat criſtus. qꝛ tota eccl̄ia ꝯſiſtebat in. c. xx. perſonis iuſtis ⁊ mundis. cuius eccl̄ie xp̄s erat caput. Et virgo maria ꝑmū mēbruȝ in puritate. et exinde ap̄ɫi ⁊ diſcipuli cū maria magdalena et ceteris mulieribꝰ. et ſic tota erat pulchra eccl̄ia ſine macula. Et iō dicit xꝰ ī hoc cātico. Tota pulchra es amica mea quo ad diſpoſitionē membroꝝ ſm̄ gradus dignitatis ⁊ officioꝝ ſicut dictū eſt. Et tota es pulchra quo ad ornatū virtutū: et macula peccati nō eſt ī te. Nā xp̄s caput huius eccl̄ie fuit immunis et liber non ſolum in ꝑſona: ſȝ etiā in natura ab omni labe pc̄ti. Uirgo auteȝ maria fuit preſuata in ꝑſona p grām ante lapſum. Ceteri autē oēs fuerāt mūdati p circūciſiōȝ in ſignū: ⁊ p baptiſmū ī reȝ: put dictum fuit in tractatu ꝯ iudeos. Et ſic illa ſocietas erat tota pulchra ſine macula. Deinde cū dicit. Ueni de libano. Explicat pulchritudinē huiꝰ ſpōſe. Ad cuiꝰ intellectū eſt notādū ſm̄ ꝙ dictū eſt. ꝙ tota illa terra ꝓmiſſiōis erat figura eccl̄ie criſti ſecundū omnes ſuas partes: quas continet. et quibus clauditur. Naȝ libanus qui ē in capite terre promiſſionis: ſignificabat criſtuȝ qui eſt caput eccleſie. Et fluuiꝰ iordanis fluēs et emanās ex latere libani / ⁊ diſcurrēs / ⁊ irrigās / ⁊ fecūdans totā terraȝ ꝓmiſſionis: figurabat baptiſmū et cet̄a ſacramēta eccl̄ie irrigācia et fecundancia totā eccl̄iaȝ in fructibꝰ et bōis ſpūalibꝰ. Et iō ſicut oīa bona ter



UVA. BHSC. IyR 068_1

re ꝓmiſſiõis ꝓueniũt ex libano et maxīe ꝑ illam aquã fluuij iordanis: Jta oĩa bona ſpũalia ꝓueniũt eccľie ex latere xp̄i. a quo fluxit ſanguis et aqua in virtutē eccleſiaſticoꝝ ſacramētoꝝ. Jtē tria bona faciebat illa aq̄ iordanis vtilia in illa terra. Nam primo mũdabat ⁊ lauabat ſordes: q2 ſine aqua nulla ſordes mũdat̄ bene. Scđo refrigerabat ⁊ refocillabat et fortificabat bibentes. Tercio fecũdabat terram in copia fructuũ ⁊ pomoꝝ ⁊ arboꝝ. Jta ergo pariter aqua baptiſmi et virtus alioꝝ ſacramentoꝝ tria bona faciunt in eccľia ſpõſa xp̄i. Nã primo mundãt ab omni ſorde pcĩi. ſ. originalis venialis et mortalis. Scđo roborant et fortificant ad reſiſtēduʒ et pugnãdũ ꝯtra carnem et mũduʒ ⁊ diaboluʒ. Tercio generãt fructus virtutũ et meritoꝝ in aĩa.

De iſtis ergo trib⁹ bonis ſpũalib⁹ cõmēdat xp̄s eccľiam ſpõſaʒ ſuã irrigatam flumine ſanguinis ſui lateris. et cõmēdãdo dotat et decorat eã. Et pꝛĩo cõmēdat eã de mũdicia ⁊ puritate q̄ʒ adepta ē ꝑ baptiſmũ et cetera ſacramēta ab õi pcĩo Scđo cõmēdat de fortitudine et victoria quã adepta ē ꝑ ſacm̄ cõfirmatõis et alia ſacramēta. Tertio ꝯmēdat eã de fructib⁹ meritoꝝ et virtutũ quos adepta ē ꝑ oĩa ſacm̄ēta. Scđa ibi. Coronaberis. Tertia ibi. Quã pulchre ſũt mãme tue. Quãtũ ergo ad ꝓmũ ē aduertēdũ ꝙ liban⁹ int̄ꝓtat̄ candid⁹ ⁊ alb⁹: eo q2 ſemꝑ candet ⁊ albet niuib⁹ a quo undiq3 fluũt aq̄ viue: maxīe ex latere meridionali: a quo fluit iordanis. q̄ quidē mons ſignificat xp̄ʒ totũ candidũ/et imunē ab oĩ macula ī pſona et in natũ. iõ ex ei⁹ latere exit fluuius ſacoꝝ q̄ oĩa mũdificat a pcĩo/et albificat albedine virtutũ. Et ſic mũdauit a tͥplici pcĩo. ſ. originali/actuali/et veniali. Et iõ ſponſus albificans ſponſam ſuam et mũdificans ab iſto triplici pcĩo: dicit. Ueni de libano ſponſa mea: veni de libano: vēi i. veni de libano candidata per baptiſmũ tiſmũ et mũda a culpa originali ī adã ꝑpetrata. Et veni de libão a cľpa actuali et mortali ꝑ pnĩaʒ expurgata ⁊ dealbata. ⁊ veni de libano ab omni vēiali ꝑ extremã vnctionem mundificata et candidata.

Jtē q2 in baptiſmo dantur nob̄ tres theologales virtutes. ſ. fides/ſpes/caritas ꝑ quas aĩa reddit̄ mũda ⁊ cãdida. iõ ter vocat ſpõſam dicēs. Ueni de libano ſponſa mea. ſ. cãdida ꝑ fidē. Et veni de libano ꝑ caritateʒ. et veni ꝑ ſpem. Jtē q2 per eccľiaſtica ſacramenta conſequimur tria bona. ſ. fidem articuloꝝ: et grãʒ ſacramētoꝝ: ⁊ merita ex obſuãtia p̄ceptorum. Jđo vocat ter ſpõſam ad recipiendum iſta tria bona dicens. Ueni de libano ſponſa mea. ſ. ꝑ fideʒ articuloꝝ. et veni ꝑ grãm ſacramentoꝝ. et veni ꝑ obſeruantiã p̄ceptoꝝ. que quidē tria bona ꝓueniunt eccľie ex libano. ſ. xp̄o capite et ſpõſo ſuo emanãtia ex latere ei⁹ ꝓut dictum eſt. Sʒ q2 eccľia ſpõſa xp̄i veniēs de libano/nõ ſolũ venit dealbata ⁊ munda ab omni labe pcĩi: ſʒ etiaʒ venit armata fide ⁊ ſpe et caritate. quas accepit ī baptiſmo. et ſeptē donis ſp̄s ſcĩi que recepit in ꝯfirmatiõe. Et robore ⁊ augmēto virtutũ q̄d accepit in eucariſtia: et ceteris ſacramētis. quib⁹ adepta eſt coronã victorie. Et triumphauit de mundo et carne ⁊ diabolo. Jđo ſubdit ſpõſus dicēs. Ueni et coronaberis. Ad cui⁹ ītellectũ eſt aduertendum ꝙ corona dabat̄ agonizantib⁹ et certãtib⁹ ī ludis magarēſib⁹ ⁊ olĩpiadib⁹. ut ait ariſto. ı. ethicoꝝ. ⁊ ſic dicit apľs. ꝑ. ad thi. ꝙ nõ coronabit̄ niſi qui legitĩe certauerit. ⁊ ſic corona dabat̄

UVA. BHSC. IyR 068_1

in ſignū victorie et tꝛūphi. et ſic ponit᷑ hic coꝛonari ꝓ triūphare. Sed qꝛ eccl'ia tali bꝰ armis et virtutibꝰ de mundo et carne et diabolo triumphauit. Jdō dr̄. veni et coꝛonaberis. i. triumphabis. Et ponunt᷑ hic quinqꝫ mōtes ſignificātes methafoꝛi ce quinqꝫ poteſtates cōtra quas pugna/ uit ⁊ de quibꝰ triumphauit eccl'ia. Ad cuiꝰ intellectū eſt aduertēdū ſicut ſupᷓdic tū eſt. ꝙ ſicut terra ꝓmiſſiōis claudit᷑ et obſidet᷑ ab oꝛiente quinqꝫ mōtibꝰ. ſ. ama na/et ſanir/et hermon. ⁊ galaad. in quo ſunt cubilia leonū. Et verſus meridiem claudit᷑ deſerto faram in quo ſunt mōtes pardoꝝ. Jta ergo eccl'ia ꝑ terrā illaꝫ fi/ gurata fuit ī ꝑ̄ncipio ⁊ oꝛtu ſuo infeſtata ⁊ obſeſſa quīqꝫ ꝑ̄tatibꝰ ⁊ inimicis. Naꝫ ꝑ amana qḋ interpꝛetat᷑ anguſtiāsꝛ fuit figurata poteſtas ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ ⁊ pꝛincipum ſacerdotūꝛ qui in ꝑ̄ncipio infe ſtarūt eccl'iam. vt pꝫ in actibꝰ apl'oꝝ. Et per ſanir qḋ interpꝛetat᷑ lucerna ſiue ſcīa figurabat᷑ ꝑ̄tas phariſeoꝝ oīuꝫ infideliū gētiliuꝫ. quibꝰ fuit puncta et impugnata eccl'ia ī pꝛincipio. Jtē ꝑ hermō qḋ inter pꝛetat᷑ anathema fuit figurata poteſtas et iniquitas hereticoꝝ qui fuerunt exco/ municati et ſeparati ab eccl'iaꝛ quā īfeſta rūt ⁊ afflixerūt tꝑoꝛe arrianoꝝꝛ et alioꝝ hereticoꝝ. Et ꝑ leones ītelligūtur reges et impatoꝛes. qui eccl'iaꝫ infeſtarūt tꝑ̄e martiꝝ. Jtē ꝑ mōtes pardoꝝ qui ſunt ī arabiaꝛ intelligitur ꝑ̄tas ſarracenoꝝ. q̄ habuit oꝛtū ex arabia. que ſupᷓ modū in/ feſtauit ⁊ infeſtat eccl'iaꝫ ꝑ totū oꝛbē. Sꝫ qꝛ de ſupᷓdictis q̄ttuoꝛ. ſ. iudeis et phari ſeis/et impatoꝛibꝰ/et hereticis iā trium/ phauit eccl'ia. vt pꝫ intuēti et debet triū/ phare finaliter de pardis ⁊ ſarracenis ſꝫ ſcripturas ꝓphetarū. Jdō dicit xp̄s. Ve ni de libano ſpōſa mea. veni ⁊ coꝛonabe ris. i. triūphabis de capite amana. i. de culmine poteſtatis ſacerdotū ⁊ ſcribarū et phariſeoꝛum. Et de vertice ſanir. i. de culmīe ꝑ̄tatis ⁊ vepbꝰ phariſeoꝝ. Et de hermon. i. de hereticis anathematizatis Et de cubilibꝰ leonū. i. de impatoꝛibꝰꝛ Et etiā de cubilibꝰ leonū. i. de templis ydo/ loꝝ que erant cubilia in quibꝰ hītabant leones et dracones. yſa. xxxv. Et coꝛona beris. i. triūphabis finalit᷑ de montibus et regibꝰ ꝑdoꝝ. i. agarenoꝝ. qui dn̄r ꝑ/ di eo ꝙ illa hereſis ē conficta ex diuerſis coloꝛibꝰ hereſuꝫ ſicut dc̄m ē in expōitiōe ꝑs. lxxxij. Triūphauit erḡ eccl'ia de ca/ pite amana. ſ. de pc̄to oꝛiginaliꝛ qḋ eſt ca put ⁊ ꝑ̄ncipiū ꝑ̄mū. Et de ꝟtice ſanir. i. de vepꝛibꝰ ꝯcupiſcētie latētis in carne. q̄ cauſat omne pc̄tm in volūtate ꝑ ꝯſenſuꝫ Et de hermon. i. de pc̄to actualiꝛ qḋ ſepa rat hoīeꝫ a deo. Et cubilibꝰ leonū. i. de ꝑ ſecutoꝛibꝰ mūdaīs. Et de mōtibꝰ pardo/ rū. i. de hereticis pictis varietate mēdatij

Jſti ergo quīqꝫ mōtes. i. quīqꝫ ꝑ̄ta/ tes infeſtarūt ⁊ impugnarūt eccl'iam ſuc ceſſiue. Pꝛimo iudei. Scdo phariſei mū di. Tercio heretici. Quarto imperatoꝛes et reges. Quinto ſarraceni. De quibus triūphauit ⁊ final'r triūphabit eccl'ia.

**Vulneraſti cor meū ſoror mea ſponſa.** Jn hac parte explicat ſponſus cām q̄re motꝰ ē ad amoꝛē ſpōſe.

Ad cuiꝰ intellectū ē notandū ꝙ q̄tuoꝛ ſunt q̄ reddūt mulierē pulchꝛā et amabi lē et mouēt ſpōſum ad amoꝛeꝫ ſui. Pꝛīo optima diſpoſitio mēbꝛoꝝ. Scdo ſuaui tas eloquētie ⁊ ꝟboꝝ. Tercio oꝛnatꝰ et decoꝛ veſtimentoꝛum. Quarto ſuauitas odoꝛamentoꝛum. Que quideꝫ quattuoꝛ ꝑ quādaꝫ excellentiam habet ſponſa xp̄i eccl'ia. que mouēt xp̄m ad amoꝛeꝫ eiꝰ. vn̄

UVA. BHSC. IyR 068_1

optima diſpoſitio mēbrorū eccľie ē opti/
mus ordo ſtatuū et graduū. et dignitatū
et officiorū. ſicut ſunt pr̄iarche/pphete/a
poſtoli/euangeliſte/martires/ doctores
prelati/ſacerdotes/Reges/milites/ciues
populares/religioſi/virgines/ cōtinētes
⁊ cōiugati/et ſingulariter vnuſquiſqꝫ fi/
delis. Eloquia autē eccľie ſūt ſacre ſcrip/
ture vtriuſqꝫ teſtamēti. ⁊ ſacroꝝ docto/
rū. et p̄dicatores prelatorū ⁊ ſacerdotuꝫ
Veſtimēta et ornamēta eccľie ſunt virtu
tes et dona grāꝝ que dantur ī ſacramē/
tis. Odoramēta v̄o harꝫ veſtiū ſunt opa
mīe ⁊ orōnes ⁊ officia canonica: q̄ fiunt
in eccľia. que quidē opa taꝫ actiua ꝙ ꝯtē/
platiua ꝓcedūt ex virtutibꝰ et donis grē
Que iō dicūtur odoramēta: qꝛ aſcendūt
vſqꝫ ad aures dei et delectāt deū: ⁊ tra/
hunt ꝓximū ad deuotionē ⁊ imitationeꝫ
Eſt ergo eccľia ſpōſa xp̄i pulchra ī op
tima diſpoſitiōe mēbroꝝ: et ſuauis ī elo
quio ⁊ decora ī ornatu ⁊ apparatu ⁊ ſu/
auis in odore. Et iſta quattuor mouerūt
xp̄m ſponſuꝫ ad eius amorē. Et hoc intē
dit dicere in hac vltīa parte huius quinti
cātici. Dicit ergo. Vulneraſti cor meuꝫ
ſoror mea in vno ocľoꝝ tuoꝝ. Ad cuius
intellectū eſt notādū. ꝙ natura hūana a
principio vſqꝫ in finē mūdi ſemꝑ hēt du
os ocľos. Primus dr̄ oculus fidei. quo
fideles vident celeſtia et ſpūalia: et iſtum
oculū habuerūt ſoli fideles veteris teſta
mēti. ſ. pr̄iarche et pphete: ⁊ ceteri fide/
les. quo ocľo in ſpū videbāt et credebāt
et expectabāt ⁊ ꝯtinue petebāt xp̄m fu/
turuꝫ redēptoreꝫ. ꝓut dictū eſt in primo
cātico. Et eodē oculo fidei pn̄s eccľia vi/
det ⁊ credit xp̄m veniſſe ⁊ mūduꝫ rede/
miſſe et expectat eū ad glificādaꝫ eam in
ſcd̄o aduētu. Iſte ergo oculus fidei huiꝰ
ſpōſe vulnerauit deū. qui tactus dolore
cordis deſcēdit de celo ī terrā ſumēs car
neꝫ ex virgīe vt audiret gemitus cōpedi/
toꝝ: et ſolueret filios interēptoꝝ pſalo.
c. j. Et eodē ocľo fidei apľoꝝ ⁊ diſcipľoꝝ
vulnerauit cor xp̄i ad patiēduꝫ mortem.
cū dixit. Maioreꝫ hanc dilectionē nemo
hēt/vt aīam ſuam ponat quis ꝓ amicis
ſuis. Et iſte idē ocľus fidei ſpe ⁊ caritate
formate vulnerat ⁊ mouet cōtinue xp̄m
ad ſubueniēdum eccľie ſpōſe ſue vſqꝫ ad
diem iudicij. quando veniet ad totaliter
liberādū eam a tribulatiōibꝰ huiꝰ mūdi.
Et hoc intendit dicere xꝰ in hac pte. vnde
ait. O eccľia ſoror mea tu vulneraſti cor
meū in vno oculoꝝ tuorū. ſ. vno oculo fi
dei pr̄iarcharū et pphetarū et fideliū ve.
te. qꝝ clamore ego īclinaui celos et deſcē
di in t̄ram in vterū virginis. Et nō ſoluꝫ
vulneraſti cor meuꝫ iſto oculo fidei tp̄re
pr̄iarchaꝝ et pphetarū vt venirē ī carnē
Sꝫ iterū vulneraſti ꝑ fidē apľoꝝ ⁊ eccľie
no. te. vt paterer. et cotidie vulneras vt
eam liberē a malis tēporalibꝰ et ſpūalibꝰ
et veniaꝫ finaliter ad glorificandū eam.
Et nō ſolū vulneraſti me in vno oculo fi
dei: ſed et̄ in vno crine colli tui. Nā ſicut
hūana naťa hꝫ duos oculos. ſ. oculū fidi
ad ꝯteplandū ſpūalia/et ocľꝫ naťalē et car
nalē ad vidēdū tp̄alia: ita piť hꝫ duos cri
nes. videlꝫ duos pplos a dō dependētes
. ſ. populū fideliū qui non ſoluꝫ depēdet
a deo ꝑ creationē: ſꝫ etiā ꝑ recreationeꝫ
et hēt populuꝫ hoīuꝫ terrenoꝝ qui ſolū
dependet a deo ꝑ creationeꝫ. Iſte ergo
crinis ſpūalis ⁊ fidelis vulnerauit xp̄m
ad deſcēdēduꝫ de celo in carnē. et vulne/
rat cotidie vt veniat ꝑ grām. Et iō notā/
ter repetiť/ľi/vulneraſti cor meuꝫ. Naꝫ
primuꝫ referť ad ocľuꝫ ⁊ crinē fidei fide
lium ve. teſ. Et alteruꝫ ad ocľuꝫ et crinē
fidelium noui teſtamēti. Hoc etiā poteſt

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De quinto cantico.

referri ad virginē mariā. Nā lʒ oēs pri/
arche ꝛ ꝓphete ꝛ doctores ſint oculi xp̄i
et eccl'ie ad videndū et ꝯtēplādū ſpūalia ꝛ
diuina: tñ ocul⁹ v̄gis colūbin⁹ fuit acutior
et ꝑſpicatior et rectior et hūilior. q2 acu/
ti⁹ vidit ſecreta diā ꝛ cū maiore īnocētia
et hūilitate. Et iō x⁹ reſpiciēs hanc hūili/
tatē ſūmā in virgine. hinc ē ꝙ magis icli
nauit eū vt veniret in ipaʒ ꝙ̄ in aliā ꝓut
dictuʒ ē in cantico ei⁹ luce pmo. Et ꝑ hāc
rōeʒ virgo maria fuit crinis tā pulcher ꝛ
honeſtus: ꝙ vulnerauit xp̄ʒ et inclinauit
ad amorē ſui. ydeo notāter dr̄ in vno cri
ne colli tui. Nam ſicut xp̄s dr̄ caput ec/
cleſie: ita virgo maria dr̄ collū eccl'ie. naʒ
ſicut collum ſituatur īmediate ſub capi/
te. ꝑ qd̄ deſcendit oīs ſenſus et virtus et
mot⁹ ad alia mēbra hoīs: Jta virgo ma/
ria ē immediate poſt xp̄ʒ ꝑ quā deſcēdūt
oēs grē a xp̄o in oēs fideles eā inuocātes
Jdō dr̄ mediatx īter nos et xp̄ʒ. vt dctʒ
eſt ī expōe cātici virginis. Jn hebreo aūt
hētur. Vulneraſti me ī vno monili colli
tui. Et tūc lr̄a eſſet magis plana referrē/
do tā ad totā eccl'iaʒ q̄ʒ ad virginē mari/
am. Nam mobilia ſpūalia ſunt virtutes
q̄ decorāt aīaʒ: ymo totū hoīeʒ. Sed inť
ceſas virtutes q̄ reddūt mľieres pľchraʒ
et amabileʒ eſt hūilitas cū caritate. et in
hac virgo maria et tota eccl'ia fideliū ve.
te. vulnerauit filiū dei: et fecit ipm ī car/
nem venire. Deinde cum dicit.

**Quā pulchre ſūt mamme**
tue ꝛc̄. Oñdit quomō nō ſolum vulnera
runt et mouerūt xp̄m ad amorē ocl'us ꝛ
crinis ſpōſe: Sed etiā māme ꝛ vbera co
pioſa et dulcia. vñ dctm̄ ē / ꝙ vbera ſpōſe
ſunt duo teſtamēta. vel fides articl'oꝝ et
grā ſacramētoꝝ. quib⁹ fideles nutriūtur
Nā ſapor ītelligentie ſacre ſcripťe delec/
tat aīaʒ fideliū: et grā ſacramētoꝝ nutrit
eos. Jſta ergo duo vbera q2 ſunt delecta
bilia ſup aurū. et dulciora ſup mel et fa/
uū. pſalmo. xviij. Jdeo delectant et vul
nerāt xp̄m et inclināt vt veniat ad nos.
Dicit ergo ſpōſus. O eccleſia ſoror mea
et ſponſa ꝙ̄ pulchre ſunt māme tue quo
ad diſpoſitionem et figuraʒ et plenitudi
neʒ et copiam lactis doctr̄ne ſacre ſcripťe
et grē ſacramētoꝝ. pulchriora. i. ſapidio
ra ſūt vbera tua vino: Unde dñr māme
quo ad officiū mamādi et ſugendi et īq̄n
tum ſuguntur. ſed dñr vbera quo ad co/
piam et vbertatē lactis. qd̄ quidē lac doc
trine et ſacramētoꝝ eſt ſapidius vino. et
magis īebriatiuū. in tantū ꝙ trāſformat
amātem in amatum et extaſim facit ꝑm
dioniſium: Sed q2 iſta doctr̄na et grā ſa/
cramētoꝝ ſunt q̄dam vnguēta odorifera
puta ad ſanandū et ꝯfortādum et delec
tanduʒ fideles: ydeo ſ'bdit. Odor vnguē/
toꝝ tuoꝝ ē ſuꝑ et redolet et delectat ſu
per oīa aromata: Et nō ſolū iſta tua vba
ſunt dulcia. et lac ē ſapidū. eo ꝙ et odor
vnguētoꝝ ipoꝝ delectabilis ſup oīa aro/
mata: Sed etiā eloquiū tuū / o ſponſa eſt
ſuauiſſimū et dulciſſimū. q2 labia tua ſūt
ſicut fau⁹ diſtillās: et mel et lac ē et fluit
ꝯtinue ſub lingua tua. Nam labia huius
ſponſe ſunt apl'i ꝛ euāgeliſte et doctores
qui diſtillarūt nobis mel ꝛ lac. vt ē doc
trina euangelica ꝛ apl'ica: ꝛ ſcriptura ſa
croꝝ doctorū ꝛ predicatorū quorū labia
ſemꝑ diſtillāt mel et lac. de quib⁹ dd̄ di/
cit pſal'o. c. xviij. Quā dulcia faucib⁹ me
is eloquia tua ſup mel ori meo. Dein
de cū dicit. Odor veſtimētorūʒ tuorum.
Oſtendit ꝙ nō ſolū mouēt xp̄m ad dili/
gendā eccl'iam ſpōſaʒ ſuaʒ vbera doctrīe
ſacre ſcripture ꝛ gracie ſcramentorum:
ſed etiam odor veſtimētorum eius. vnde
veſtimēta eccl'ie / et cui⁹cūq3 aīe fid'lis ſūt

UVA. BHSC. IyR 068_1

virtutes. vt ĩquit Cicero ĩ libro officioꝝ. q: virtutes ſunt ornatus animi. ſʒ q: virtutes nõ cognoſcũtur nec redolẽt niſi p opationes que ſunt fructus ⁊ effect⁹ virtutũ: iõ opa mĩe et opationes cuiuſcũqʒ virtutis dicunt̃ odoramẽta virtutũ ⁊ veſtimẽtorũ eccl'ie ⁊ fruct⁹ oĩuʒ fideliũ. Sʒ iſta odoramẽta et opationes virtutũ ſũt in duplici genre. Nã quedã dñr opationes actiue. ſicut ſunt opa mĩe corporales et etiã ſpũales. Alie autẽ dñr opationes ɔtẽplatiue: ſicut meditationes ⁊ orões canonice que fiũt ĩ eccl'ia ĩ officio tã diurno ꝙ nocturno. Et etiã orões particu/lares ⁊ priuate: que ꝑuate fiunt a quocũqʒ fideli. vñ de bonis opibus ⁊ fama eorũ dicit apl'us. ij. ad cori. ij. bonus odor ſumus. Et d odore orõnuʒ dr̃ apocal. v. Habẽtes ſingulas cytaras ⁊ fialas aureas plenas odoramẽtorũ: que ſunt orões ſctorũ. Et talia odoramẽta veſtimẽtoruʒ vñerãt deũ ĩ corde et ĩclinãt eũ ad nr̃as petitiones ɔplendas: Dicit ergo ſpõſus O ſponſa odor veſtimẽtorũ tuoꝝ ſpirãs ex veſtimẽtis tuis que ſunt opatiões virtutuʒ ⁊ orõnis: ſunt mihi ſicut odor thuris. Nã ſicut odor thuris offert̃ ſoli deo ⁊ aſcẽdit ſurſuʒ. ita orõ ⁊ latria pẽntrat cor ⁊ aures dei. et ſic orões et bona opa ſũt ſic odor thuris. Deide cũ dicit hortus cõcluſus ſoror mea. Cõparat eccl'iaʒ ad hortũ ⁊ paradiſuʒ deliciarum quo ad fructus odoriferos. Nã ſicut de⁹ a ꝑnci/pio plãtauit paradiſuʒ deliciarũ plenuʒ diuerſis arborib⁹ fructiferis ad comunẽ vitaʒ hoĩuʒ. Et plãtauit ĩ medio lignũ vite ad ꝑpetuãdaʒ vitã. Et fecit in eo oriri fonteʒ. a quo emanãt q̃ttuor flumina q̃ irrigãt totũ paradiſum. ita pariter xp̃s de⁹ ĩcarnat⁹ ĩ ſuo aduẽtu plãtauit eccl'iaʒ ſuam adinſtar illius paradiſi. Et ſic iſta eccl'ia p xp̃m plantata dr̃ hortus vndiqʒ igne caritatis cõcluſus que hẽt arborem vite: qui eſt xp̃s ĩ medio inter alias arbores qui ſunt fideles. A cuius latere ꝓce/dit etiã fluui⁹ fons ſignatus et lancea militis apertus. qui quidẽ fons totã eccl'iaʒ p q̃ttuor flumina euãgelica influit ⁊ irrigat. et ceteris arborib⁹ refrigeriuʒ ⁊ nu/trimẽtũ et vitã preſtat. Iteʒ emiſſiões .i. virgulta et arbuſta naſcẽtia et germi/nãtia ĩ hoc horto ſunt ſicut paradiſus. i. hortus maloꝝ granatoꝝ cũ oĩuʒ pomo/rũ fructib⁹. Et ɔparat fructus eccl'ie paradiſo ſiue horto maloruʒ granatoꝝ rõe multitudis: et vnitatis ⁊ caritatis. Naʒ ſicut in malo granato ɔgregat̃ ml'titudo granoꝝ rubeoꝝ ſub vna pelle ordĩatoꝝ: ita pĩter ĩ eccl'ia xp̃i ɔgregat̃ ml'titudo fideliũ caritate rutilãtiũ ſub vna fide ordinatoꝝ ſʒ grad⁹ diuerſoꝝ ſtatuũ ⁊ digni/tatũ/ſicut dr̃ ĩ actib⁹ aploꝝ ꝙ illi⁹ ml'titudĩs erat cor vnũ ĩ do. ⁊ erãt eis oĩa coĩa Itẽ ſubdit ꝙ emiſſiones. i. fruct⁹ emiſſi ⁊ nati in hoc orto eccl'ie: nõ ſolũ ſunt ſicut ꝑadiſus malorũ granatorũ ĩ multitudĩe cũ vnitate caritatis. et ꝑadiſus cũ malis granatis quo ad ml'titudineʒ et vnitatẽ: ſed et̃ cũ oĩuʒ alioꝝ pomoꝝ fructib⁹ quo ad ſaporẽ et odorẽ virtutuʒ. Et iſta eccl'ia ſpõſa xp̃i nõ ſolũ ẽ hort⁹ maloꝝ ⁊ pomorũ ſicut dc̃m ẽ: ſed et̃ hort⁹ aromatũ: ex quo et in quo emittunt̃ et naſcunt̃ et germĩant̃ ſeptẽ aromata ſiue ſeptẽ arbores ſiue ſeptẽ plãte aromatice. ſ. cypri cũ nardo/et nard⁹ et croc⁹ et fiſtula/⁊ cynamomũ cũ oĩb⁹ lignis libani odoriferis et ſa/lutiferis/et myrrha ⁊ aloe cũ oĩb⁹ ꝑmis vnguentis. Per q̃ quidẽ ſepteʒ aromata odorifera et ſalutifera intelligunt̃ ſepteʒ eccl'iaſtica ſacramenta q̃ ſunt odorifera ĩ q̃ntũ cõferunt grãm et virtutes in pñti/

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De quinto cantico.

et gloriã ĩ fuko. Et ſunt ſalutifera ĩq̃ntũ
purgant et liberant a morbo quocunqȝ
et egritudĩe pcti. Et germinatᷣ nard⁹ int
iſta ſeptẽ aromata. eo qꝛ ẽ duplex nard⁹.
quaꝝ vna nõ facit ſpicas:ſȝ ſolũ herbaȝ.
et eſt femenini generis. de qua dictuȝ eſt
in ſcdo cãtico. Nardus mea dedit odorẽ
ſuauitatis. Alter autẽ dr̄ nardus ſpicat⁹
proferẽs ſpicas ⁊ grana:et eſt maſculini
generis. de quo dr̄ marchi. xiiij. Mulier
hñs alabaſtrũ vnguẽti nardi ſpicati p̃cio
ſi. Et ſic enumeratᷣ ſeptẽ aromata in hoc
cathalogo. Quorũ primũ dr̄ Ciprus que
eſt quedã vitis aromatica ex cui⁹ ĩciſiõe
emanat balſamũ ꝑut dictũ eſt ĩ ſcdo cã/
tico. Poteſt etiã ꝑ Ciprũ intelligi quedã
radix aromatica que dr̄ ciperus hñs ĩ ra
dice multa grana quibuſdã filis ad mo/
dũ racemi colligata. vñ ciperus ẽ ſpecies
iunci: q̃ poſita ad ignẽ ſuauẽ odorẽ emit
tit. et iõ dr̄ ciperi in numero plurali ꝑp/
ter multitudĩeȝ granoꝝ. Et forſan vitio
ſcriptoꝝ ponitᷣ in hoc loco cipri ꝑ ciperi
Scdõ dr̄ nardus que ẽ quedã herba ſpica
ta:aut ſine ſpicis. vt dctȝ ẽ. Tercia herba
aromatica dr̄ crocus ĩ medio cui⁹ floris
fiunt quedã fila rubea:que valent ad cõ
fortãdũ ⁊ letificãduȝ cor: et roborãdas
vires:et ad colorãdũ ferculuȝ cibale. qđ
cõiter ⁊ vulgariter çafranũ appellatur.
Fiſtula autẽ ẽ caſſia que ẽ medela ſuauis
dulcis et lenitiua. Cynnamomum vero
ſpeties valde odorifera ⁊ ſapida ⁊ pene/
tratiua guſtus ⁊ olfatus ⁊ confortatiua
cerebri: quam vulgares canellã appellãt
Myrrha autẽ eſt qđdã gũmi ex quadaȝ
arbore parua diſtillatũ. ſicut ſup̃ in ſcdo
cãtico dictũ eſt. Et hoc idẽ eſt dicẽduȝ de
Aloe. Que quidẽ duo aromata licet ſint
amariſſima:tñ ſunt odorifera:et ad me/
delam purgatiua: et ab omni corruptio
ne p̃ſeruatiua. Per ſup̃ ergo memorata
ſeptẽ aromata intelligũtur methaforice
ſeptem eccl'iaſtica ſacramẽta. que quideȝ
ſeptẽ eccl'iaſtica ſacramẽta:iõ ſeptẽ ſupra
dictis aromatib⁹ ꝯparãtᷣ. eo qꝛ ſunt odo
rifera. inq̃ntũ ꝯferũt ſeptem virtutes. ſ.
tres theologales: ⁊ cõfortãt q̃ttuor car/
dinales. aut qꝛ cõferũt ſeptem dona ſp̃s
ſcti. Et ſunt ſalutifera inq̃ntũ purgãt ab
omni morbo pcti. Et ſunt etiã p̃ſuatiua
ab omni putredĩe vicioꝝ. Bene ergo
merito eccl'ia ſpõſa xp̄i dr̄ hortus conclu
ſus ⁊ bene ſeptus ⁊ muratus caritate ⁊
diuina ꝓtectiõe. Et dr̄ etiã fons ſignatus
ſigno vulnerũ ⁊ plagaꝝ xp̄i. a quo fluit
iſte fons vite irrigãs iſtũ hortũ et fecun/
dãs ip̃m et faciẽs in eo creſcere ſup̃dicta
aromata. Et iõ ſubdit ꝙ ẽ fons hortorũ
i. irrigãs hortos ⁊ arbores huius horti.
Et ẽ pute⁹ ⁊ receptaculũ aq̃ꝝ viuẽtiũ: q̃
cũ impetu fluũt d̃ libano. i. d̃ latere xp̄i.
Vñ ſicut aque q̃ cũ impetu fluũt de liba
no nõ ſunt ſtagnales ⁊ ĩmobiles nẽc mor
tue nec putride ⁊ morbide:ſȝ viue et fon
talẽs ⁊ mobilẽs ⁊ fructifere decurrẽtes ꝑ
totã t̃rã ꝓmiſſiõis vtilẽs ad fructificãdũ
Et ꝑ ꝯñs ſicut t̃ra ꝓmiſſiõis ẽ pute⁹ ⁊ re
ceptaculũ oĩuȝ aq̃rũ fluẽtiũ de libano ex
latere meridionali: Ita ergo pitᷣ eccl'ia ẽ
pute⁹ ⁊ receptaculũ oĩuȝ aq̃rũ viuentiuȝ
fluẽtiũ et decurrẽtiũ ex latẽe et cetẽis vul/
nerib⁹ xp̄i. Vnđ iſte aq̃ ſacramẽtales flu
entes ex latẽe et paſſiõe xp̄i qui ẽ ver⁹ liba
n⁹: dicuntᷣ viuẽtes inq̃ntũ viuificant ⁊ cõ
ferunt vitã gr̃e in p̃ñti:et vitaȝ et̃nam in
futũo. Et dicuntᷣ fluere ⁊ decurrere cũ im
petu d̃ iſto libano: quia cũ ĩpetu et violẽ
tia et dolore paſſiõis et mortis et flagel/
lorũ et vulnerũ emanarũt ille aq̃ ex cor/
pe xp̄e. et cõtinue diſcurrũt ꝑ totã eccl'iã
ip̃am irrigãdo et fecũdãdo. Et etiaȝ dĩr

UVA. BHSC. IyR 068_1

cũ impetu de libano iſte aque fluere rõe copie et ſufficiẽtie. q2 fluminis impet9 letificat ciuitatez dei: ⁊ ſctificauit tabernaculum altiſſim9. pſal'o. xlv. Dr̃ ergo eccl'ia hortus maloꝝ granatoꝝ. q̃ntuz ad multitudinẽ fideliũ in ea ſub vna fide cõgregatoꝝ Et dr̃ hort9 alioꝝ pomoꝝ quo ad fructus nutritiuos fidei articuloꝝ. q2 doct'na ſacr̃ ſcripr̃e nutrit aĩaz. Et dr̃ hort9 ſeptẽ aromatũ: rõe ſeptẽ eccl'iaſticoꝛuz ſacramẽtoꝝ. Et dr̃ fons cõcluſus ĩq̃ntuz fruct9 et aromata eccl'ie nõ exeũt ex̃ eccleſiã. nec nutriunt/nec viuificant ĩfideles: qui ſunt ex̃ gremiũ et murũ fidi eccl'ie. ſz ſolũ nut'iunt eos qui ſunt intra eccl'iam. Et ꝑ eãdẽ rationẽ dicitur fons ſignat9. i. clauſus. nam ſicut aque iordanis ⁊ cetere aque defluẽtes de libano nõ exeũt extra terrã ꝓmiſſionis ymo ſubmergũtur ĩ mari mortuo iuxta iericõ. nec ille aque ꝓficiũt habitantib9 ex̃ t'ram ꝓmiſſionis. Jta pi'r aq̃ ſacramẽtoꝛũ non exeũt nec ꝓficiunt infidelib9 et paganis ex̃ eccl'iam.

Ex p̃dictis pz eſſe falſaz et inſufficiẽtẽ et deceptoꝛiã expõez et ĩtelligẽtiam rabi Salomõ in hoc cantico ⁊ ceł'oꝛũ cecoꝛuz modernoꝝ iudeoꝛũ ĩ hoc cãtico: qui dñt ꝙ ſal'on in hoc cantico in perſona moyſi exñtis in monte abarim ꝯmẽdat t'ram ꝓmiſſiõis õ pulchritudine ſitus/ et vbertate arboꝛũ et fructuũ et aq̃rũ/et de copia ſup̃dictoꝝ aromatũ q̃ creſcũt in t'ra illa iſrl' mat'iali qd̃ manifeſte dep̃hẽdit' falſuz Nã foꝛſan in tota ſyria et aſſyria/ et meſopotania/et media/et pſya nõ eſt ps aliq̃ t're ita mi'a et ſterilis et ſicca et ĩaquoſa ſicut ẽ illa t'ra canaan. nã nõ hr̃ niſi aq̃m ioꝛdanis q̃ ſoluz ꝓdeſt hĩtantib9 ĩ ei9 ripa vſq3 ad mare moꝛtuũ ſodomoꝝ vbi demergit'. Jn cet'is aũt ꝑtib9 nõ hr̃ niſi aq̃s pluuiales et ciſternales. et quia raro pluit in illa terra: ideo frequenter laborant fame et inedia propter ſterilitatem. Et ideo frequẽter fugiũt ĩ egiptũ ⁊ alias terras finitimas ꝓpter iediam ⁊ indigẽtiaz panis ⁊ alioꝝ ciboꝝ. vt pz de abraã et yſaac ⁊ iacob qui deſcẽdit in egiptum cũ filijs ⁊ nepotib9 ſuis tp̃e famis. Jtez manifeſtuz eſt ꝙ iſte arboꝛes aromatice que hic ꝯmemoꝛãtur nõ creſcũt nec germinãtur in tota illa terra canaã: ſz in ſola arabia ⁊ india ⁊ ethiopia. Miſi ergo et ceci iudei nõ ꝑcipiũt qual'r de9 nõ promiſit illam terram patribus vete. teſta. in preciſũ p̃miuz: ſz ĩ figurã xp̃i. ſicut dictuz ẽ frequẽter in expoſitiõe pſal'oꝝ. Et in tractatu cõtra iudeos queſtiõe tercia Quia illa terra nõ fluit tãta copia mellis et lactis et alioꝝ bonoꝝ. ſicut dicitur deutr̃o. viij. ymo ẽ maxima penuria oĩuz iſtoꝝ. ſz tunc illa terra fluxit melle ⁊ lacte euãgelico q̃n̄o xp̃s p̃dicauit ⁊ miracula fecit et legem expoſuit ⁊ dona ſp̃s ſc̃i ap'lis dedit. ⁊ paſſionẽ ⁊ moꝛtẽ paſſus ẽ Et opatus eſt ſalutez nr̃am in illa terra. Ex q̃ doctrina euãgelica et flumen lactiſ ⁊ mellis eccl'iaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ deriuatum defluxit ꝑ totũ oꝛbem terraꝝ ⁊ per totam eccl'iam. Et hoc ẽ qd̃ deus ꝓmittebat p̃rib9 veteris teſtamẽti obſ'uantib9 illam legem ſub ꝓteſtatiõe ⁊ fide xp̃i vẽturi. Et hanc terram benedicebat in ſpiritu moyſes de monte abarim ante moꝛtem ſuam ſicut ſupradictum eſt. vnde ſi preciſe deus promiſiſſet illaz terrã moyſi et ceteris patribus propter obſeruantiam legis: maxiam iniuriam feciſſet de9 moyſi. qui pre ceteris ſeruauit legẽ et obediuit deo. Et tamen de9 nõ ꝓmiſit euz in eam intrare cum ꝓmiſerit ĩnumeros alios prauos introire. Et ideo miſeri iudei non ꝑcipiunt qual'r oĩa illa continge

UVA. BHSC. IyR 068_1

bant illis in figura. Nam ꝑ hoc ꝙ moy
ſes ante morteʒ non potuit introducere
illū populuʒ ī terrā ꝓmiſſionis. ſʒ joſue
ſucceſſor introduxit eū poſt mortē moyſi
figurabat̃ ꝙ lex ⁊ ꝓphete nō poterāt in/
troducere hoīes in terrā viuētium: ſʒ ſo
lus xp̄s poſt mortē ⁊ paſſioneʒ ſuam per
joſue figurat⁹. Et ꝑ ꝯñs ſola lex xp̄i euā
gelica per eccl'iaſtica ſacramēta poterat
iuſtificare. q2 oportebat ſic xp̄m pati et
reſurgere a mortuis. et ita intrare in gl'iaʒ
ſuaʒ luce. xxiiij. Hanc ergo terrā ſpūalē
viuētiū ꝑ xp̄ʒ cōferēdā deſiderabat moy
ſes. et benedicebat ⁊ ꝯmēdabat ante mor
teʒ ſuaʒ de mōte abariʒ. Et hāc ꝯmēdat
ſalon in ꝑſona xp̄i in hoc quīto cantico
ꝑ methaforā pulchre mulieris. et paradi
ſi ⁊ horti ꝯcluſi ⁊ fontis ſignati: eo mo/
do quo dictū eſt. que quidē ꝯmēdatio nō
fuit niſi quedaʒ dotatio ⁊ decoratio qua
dotauit et decorauit xp̄s eccl'iam ſponſā
ſuā ante ſuam paſſioneʒ. Naʒ tūc diſpo/
ſuit et decorauit eā pulchritudine et opti
ma diſpoſitiōe membroꝝ qñ elegit. xij.
ap̄los et. lxxij. diſcipulos. et miſit eos in
oēm ciuitatē ⁊ locū quo erat ip̄e venturus
dando eis poteſtatē calcādi ſup ſcorpio/
nes. vt pʒ math. x. et luce. x. Itē tūc de/
corauit ⁊ ornauit eaʒ ornatu virtutū: et
fecit eam hortū ꝯcluſum. et fontē ſigna/
tum ⁊ puteū aquaꝝ viuētiuʒ. qñ in die
cene lauit pedes diſcipuloꝝ: et inſtituit
⁊ dedit eis ſacramētū euchariſtie ꝯferen
do eis poteſtatē ꝯficiēdi illud. Et ꝑ lōgū
ſmoneʒ exortatus eſt eos ad ꝑferendas
ꝑſecutiones ꝓpter fidē. et reliquit eis ſu
am paceʒ et caritatē vt pʒ jo. xiiij. vſqʒ
ad. xvij. cap'lm. ꝑ longū ſmonem. Ex
dictis ergo in hoc cātico quīto pʒ. qualr
xp̄s dotauit ⁊ ornauit ⁊ decorauit eccl'iā
ſponſaʒ ſuā bonis ſpūalib⁹ ante paſſiōeʒ
ſuā. Eſt autē notādū ſm auguſtinuʒ ī
libro de ſc̄ta virginitate. ꝙ ſi vniuerſa ec/
cleſia ſit deſponſata vni viro xp̄o. et cuʒ
vniuerſa eccl'ia nihil aliud ſit niſi ꝯgrega
tio oīuʒ fideliū ⁊ tota religio xp̄iana. er
go vnaq̄qʒ aīa xp̄iana / ⁊ cuiuſcūqʒ fidelis
et iuſti dicit̃ ſponſa xp̄i. et ꝑ ꝯñs de q̄libʒ
aīa iuſti verificabūtur ea que dicta ſunt
in hoc cātico et ceteris. cū vnuſquiſqʒ fi/
delis ſit mēbrū xp̄i. Et idō vnaqueqʒ aīa
iuſti eſt pulchra ꝑ baptiſmuʒ. et oculi ei⁹
ſunt columbini per fidei perſpicacitateʒ
et humilitatem in credendo abſqʒ eo ꝙ
intrinſecus latet. ſ. cum recta intentione
latēte in ꝯſcia: cui⁹ capilli ſunt virtutes
et dētes ei⁹ ſunt aſſidua meditatio q̄ ru/
miat ītelligētiā ſacre ſcripture die ac nocte
Labia ei⁹ ē ſermo cū caritate plat⁹. Elo/
quiū dulce ē ſalubris doctrina uel ōro ſc̄ta
cū deuotiōe q̄ maxīe ē deo acceptabilis.
Gene vero viri iuſti ē exēplū bone et re/
ligioſe vite. Collū ei⁹ ē fortitudo q̄ tētati
onib⁹ reſiſtit. Ubera ei⁹ ſunt opa mīe tā
corporalia q̄ ſpūalia. Sʒ q2 aīa iuſti oīa
iſta offert deo in ſacrificiū: idō dr̄ aſcēdere
in montē myrrhe / et collē thuris: Sʒ q2
ſupdicte virtutes ſunt pulchritudo aīe ⁊
reddūt eā pulchrā et decorā. Et q2 nulla
macula pc̄ti pōt ſimul eſſe ī aīa cū carita
te et ceteris virtutib⁹: idō dr̄ tota pulchra
ſine macula ī tali ſtatu. Et quia talis aīa
ſic pulchra ⁊ ſine macula eſt digna iungi
ſponſo ſuo xp̄o inclinans ip̄m amorem
ſuum. idō vocat eam dicens. Ueni de liba
no. ſ. candida ꝑ puritatē ⁊ mūdiciaʒ. Sʒ
q2 iſte virtutes reddūt ſponſam. ſ. aīam
mūdam ⁊ candidaʒ non ſolum ab origi
nali: ſʒ etiā actuali ⁊ veniali culpa. ideo
ter vocat eam. Et etiā q2 ꝑ talem purita
tem ⁊ penitentiā fit īmunis aīa: ⁊ libat̃
de carne / mūdo / ⁊ diabolo. idō ter vocat

UVA. BHSC. IyR 068_1

eam ſponſus dicens. Ueni de libano. i. veni cādida de mūdo ⁊ carne/⁊ diabolo aut de culpa originali et auctuali et veni ali. Aut veni de libano cādida ꝑ fidē/ſpē et caritatē. Sꝫ qꝛ ex tali cōflictu ⁊ vitoria meret̃ coronā ⁊ triūphū. iō dicit ſibi ſpōſus veni coronaberis. i. coronā triūphi accipies: qꝛ triumphaſti de capite bamana. i. de anguſtia ⁊ infeſtatiōe diaboli et de vertice ſenir. i. de ſupbia intrinſeca hui⁹ mūdi. et de hermon. i. anathemate carnalis ↄcupiſcētie. Et d̄ cubilib⁹ leonū. i. de pſecutionib⁹ magnoꝝ impatorū. quos viciſti mala patiēter tollerādo. Et de mōtib⁹ pardoꝝ. i. de inſidijs hereticorū. Sꝫ qꝛ aīa ſup oīa inclinat xp̄m ī vno oculo caritatis et ī vno crine humilitatiſ ideo dicit ſponſus. vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa ī vno oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ ī vno crine colli tui. Itē qꝛ vbera mīe ip̄i⁹ iuſti ſugūt et nutriūtur paupes xp̄i. ideo dicit. Quā pulchre ſunt māme tue. Itē qꝛ orōnes viri iuſti ſunt deo accepte magis ꝙ odor aromatū: iō ſubdit. Odor vnguentoꝝ ſup oīa aromata. Itē qꝛ ex ore viri iuſti ſemp diſtillāt orōnes aut bona doctrīa: iō dicit. Fau⁹ diſtillās labia tua mel et lac ſub lingua tua. Itē qꝛ opera mīe et aliaꝝ virtutū ip̄ius viri iuſti ſunt deo grata et accepta ⁊ delectabilia: ideo ſubdit. Odor veſtimētoꝝ tuoꝝ. Item qꝛ aīa iuſti ſic virtutib⁹ fulta et decorata eſt ſimilis horto copioſo multoꝝ fructuū ⁊ pomoꝝ. que quidē aīa ſemp germinat fructus ⁊ opa virtutū: iō dr̄. Hort⁹ concluſus ⁊ fons ſignatus ⁊c̄. Sꝫ qꝛ virgo maria ē primū et pfecti⁹ mēbrū eccl̄ie poſt xp̄m qui eſt caput eccl̄ie. Et iō ꝑ amplius et pfectius verificātur oīa dicta in hoc cātico de virgīe maria ꝙ de aliq̄ alia creatura. eo ꝙ in maiori gradu et ꝑ amplius ⁊ copioſius ⁊ pfectius fuit ornata ⁊ decorata ſupdictis virtutib⁹ et pfectionibus: ꝙ alia pura creatura. Et ꝑ amplius et pfecti⁹ triūphauit de mūdo ⁊ carnē ⁊ diabolo. ⁊ omni genēre vicioꝝ ⁊ inimicoꝝ: ꝙ alia pura creatura. put dictū fuit in expoſitiōe ſup magnificat. Et ideo eſt dignuū ꝙ explicet̃ in expoſitiōe hui⁹ libri et maxime in hoc loco. Et explicet̃ et exp matur quo modo oīa p̄dicta verificētur de tota eccl̄ia. et quo modo de virgīe maria. Ad cuius intellectū ē aduertēdū ꝙ tria dicta ſunt in hoc quinto cātico: q̄ ſunt digna magna pſcrutatiōe. Quorū primū eſt illud qd̄ ait ſpōſus comēdādo eccl̄iam ſpōſā ſuā: quādo ait. Tota pulchra es amica mea. et macula nō eſt in te Et iō querit̃ primo. quō iſta v̄ba poſſunt verificari de tota eccl̄ia ſponſa xp̄i. cum nos videamus multa eius mēbra īmūda et ſorde diuerſoꝝ peccatoꝝ deturpata et maculata. ergo non eſt tota pulchra ſine macl̄a. Ad hoc reſpōdet btūs grego⁹. ꝙ quelibet aīa poſt penitētiā remanet tota pulchra ſine macl̄a. et ſic verificātur verba ſponſi de qualibet aīa iuſti poſt penitentiā. Sꝫ lꝫ hoc ↄtineat verū. tn̄ nō euacuat difficultatē lr̄e. qꝛ ſponſus xp̄s litteraliter loquitur de tota eccleſia ſponſa ſua: quam ſufficienter ornauit ⁊ decorauit omni genere ornamentoꝝ ſpūaliū. Et iō dicūt alij ꝙ qn̄oqꝫ aliquid verificat̃ de aliquo rōe ptis magis p̄ncipalis. ſicut mulier dr̄ pulchra rōe vultus. lꝫ hēat aliquas ptes turpes latētes: Ita ergo tota eccl̄ia dr̄ tota pl̄chra ſine macl̄a rōe virginis marie. q̄ eſt p̄ncipale mēbrū eccl̄ie poſt xp̄m. qui ē caput. qꝛ ergo virgo maria ē et fuit ſemp tota pulchra nunꝙ alicui macule pcti obnoxia. nec deſpata. iō verificat̃ de tota eccl̄ia. ꝙ ſit tota pl̄chra

UVA. BHSC. IyR 068_1

et ꝓphete finierũt officiũ et curſum ſuũ
in xp̄m. Et ꝑ ꝯñs fideles ve.te.nõ obli/
gabanť obſ̄uare cerimõialia niſi vſqꝫ ad
xp̄m/qui fuit veritas et finis legis et ꝓ/
phetaꝝ.nec illa mlťiplex maledictio nec
illud iuſiurãduꝫ potuit eos obligare niſi
vſqꝫ ad xp̄m. Itē ſcđo ē notãduꝫ ꝙ xp̄s
nõ ſolũ fuit ꝓmiſſus in ve.te.tanq̃ꝫ finis
legis et ꝓphetaꝝ. ſed et̃ tanq̃ꝫ intpres et
declarator eoꝝ.vt ꝓbatũ eſt ĩ primo cãti
co ꝑ id qđ ait dñs deuť. xviij.ſ.ꝓphetã
ſuſcitabo de medio frũm tuoꝝ ſiľeꝫ tui.
ponã v̄ba mea ĩ ore eiꝰ.loq̃turqꝫ ad eos
quecunqꝫ precepero illi.Qui autē verba
eius q̃ loq̃tur audire noluerit ego vltor
exiſtã.Que quideꝫ verba dixit deꝰ ĩ oreb
qñ̄o dedit legē ip̄i moyſi.ꝓut pꝫ ĩ textu
illiꝰ capľi. Nam tã deꝰ q̃ꝫ moyſes refert
iſta verba ad illđ tp̄ꝰ. qñ̄o deꝰ dedit legeꝫ
Nam qñ̄o populus audiebat voces ⁊ vi
debat lãpades et mõteꝫ fumãtē. tũc oēs
ꝑtriti ⁊ pauore ꝯcuſſi dixerũt moyſi.lo/
q̄re tu noƀ.et audiemꝰ.nõ loq̃tur nobis
dñs.ne forte moriam̃ ⁊c̄.vt pꝫ exo.xx.
Tunc dñs dixit moyſi verba ſup̄dicta.ſ.
ꝓphetaꝫ ſuſcitabo eis ⁊c̄. Et ſic pꝫ q̄liť.
lꝫ moyſes nõ ſcripſ̄it iſta verba ibi exo.
xx.vbi fuerũt dicta.tñ̄ ſcripſit ea deuť.
xviij.referēdo ad tempꝰ datõis legis. vt
pꝫ in textu.Ex quo pꝫ ꝙ xp̄ꝰ interpres et
declarator legis ſimľ fuit ꝓmiſſus cũ da
tione legis. Et ꝑ ꝯñs qñ̄o ille popľus ſe
obligauit ad ſeruãdaꝫ legē dicēs/om̄ia q̃
p̄cepit dñs faciemꝰ ⁊c̄. Tũc et̃ ſe obliga/
uit ad audiēduꝫ illũ ꝓphetam intpreteꝫ
et declaratorem legis ĩ ſuo aduētu. Et ꝑ
ꝯñs ſe obligauit ad ſeruãdaꝫ legeꝫ ſ̄m in
terp̄tatõꝫ ⁊ declaratõꝫ illiꝰ ꝓphete ꝓmiſ
ſi. Et ꝑ ꝯñs ſub eiſdem maledictiõibꝰ et
iureiurando ſe obligauit totꝰ popľus ad
credēduꝫ illi ꝓphete et eiꝰ interp̄tatiõi et

doctrĩe.Sed ille ꝓpheta ꝓmiſſus fuit ſo
lus xp̄s vt pluries ꝓbatuꝫ ē.Quia debe
bat eſſe maior q̃ꝫ moyſes ⁊ ioſue ⁊ dauid
et yſaias ⁊c̄.Ergo ſequitur ꝙ ille popu/
lus non obligabatur obſeruare illam le/
gem. niſi vſqꝫ ad xp̄ꝫ interpretem eius.
Et ꝑ ꝯñs ſub eadē coĩcatione et iureiurã
do obligabãtur ad ſ̄uandã interp̄tatiõeꝫ
et declaratiõnē legis et ꝓphetaꝝ faciēdã
ꝑ xp̄m.Sꝫ tota lex euãgelica nil aliud ē.
niſi v̄itas et declaratio legis ⁊ ꝓphetaꝝ
fcťa ꝑ xp̄ꝫ. Quia lex ꝑ moyſen data/gr̃a
aũt ⁊ v̄itas ꝑ xp̄ꝫ fcťa eſt. vt pꝫ iohãnis
p̄mo.qui non venit ſoluere legē:ſꝫ adim
plere.q2 vnũ jota ñc vnus apex p̄teriuit
a lege quin dictis aut fcťis fuit ꝑ xp̄ꝫ im
pletũ.vt pꝫ Mat.v. Ergo ſeq̇tur ꝙ ſub
hiſdē maledictiõibꝰ et iureiurãdo obliga
bať ille popľus ad obſ̄uandã euãgelicaꝫ
legē ꝑ xp̄m ferēdã. et ad relinquēda ceri
monialia ꝑ ip̄m abolēda.Ex ſupradictis
ergo pꝫ ſolutio ad p̄mũ argumētum. q2
xp̄s in auferēdo cerimonialia nõ venit ꝯ
mentē p̄ris.ymo declarauit ⁊ roborauit
menteꝫ p̄ris.nec violauit nec ſoluit legeꝫ
ſꝫ v̄ificauit ⁊ adimpleuit eaꝫ. Et apľi et
ceteri fideles ſequētes xp̄m ⁊ reliquētes
cerimonialia ⁊ obſ̄uãtes legē euãgelicaꝫ
nõ violarũt legē nec iuſiurandũ.ymo ad
impleuerũt legem ⁊ iuſiurãdũ.et ꝑ ꝯñs
euaſerũt illas maledictiones ſcriptas in
libro deutēo. Et ꝑ ꝯñs ſcribe et phariſei
⁊ oēs iudei moderni ſequaces eoꝝ incur
rũt oēs illas maledictiones tanq̃ꝫ viola/
tores illius ꝓmiſſiõis et iuriſiurandi.Et
ꝑ hoc pꝫ reſpõſio ad primũ argumētuꝫ.

Sꝫ ꝓ reſpõſiõe ſcđi argumēti ē aduer
tēduꝫ.ꝙ tria erãt cõſiderãda in illis ceri
monialibꝰ.ſ.officiũ qđ celebrabať.Scđo
fides ſub qua celebrabať.Tercio xp̄s fu/
turus ſub cuius fide ⁊ ad quē finē ⁊ cuiꝰ



UVA. BHSC. IyR 068_1

gr̄a oīa illa officia fiebāt. Et iō q2 illa cerimonialia et officia nō fiebāt gr̄a ſui. ſ3 in fide ⁊ gr̄a xp̄i futuri: hinc ē ꝙ nō erāt de eſſentia legis. q2 ſola fides criſti cum ſuo fine quē oīa illa cerimonialia intēdebant erat de eſſentia legis. Et iō illa oīa cerimonialia quo ad officiū erāt quedaȝ accidētia. et ꝑ ꝯn̄s poterāt ad eſſe vel ab eſſe p̄ter ſubiecti corruptōȝ. Et ꝑ ꝯn̄s nō erāt de integritate eſſentiali ip̄ius legis: ſed fides xp̄i et miſteria euangelica ꝑ illa cerimonialia ſignificata. q2 erāt de eſſentia legis. iō māſerūt poſt aduētū xp̄i amputatis cerimonialib⁹. Ex quibus p3. ꝙ xp̄s abdicādo ⁊ repellēdo cerimonialia: et declarādo eoꝝ v̄itatē ꝑ legē euāgelicā n̄c abſtulit n̄c addidit aliud eſſentiale ip̄i legi. ſ3 ſolum manifeſtauit veritatē latētem ſub vmbra legis. vn̄ ſicut ſol in ortu ſuo nō minuit nec addit aliud ſ3 manifeſtat et patefacit oīa que latebāt ſub vmbra noctis ſuper facieȝ terre. ita pariter xp̄s ī ſuo aduētu nullū eſſentiale minuit nec addidit legi. ſ3 ſolū patefecit totā v̄itatē ⁊ oīa miſteria euāgelica que latebāt ſub vmbra illoꝝ cerimonialiuȝ. vn̄ nihil fuit ī lege ⁊ ꝓphetis figuratū et vaticinatum quin fuerit impletū ⁊ declaratuȝ ꝑ xp̄m dictis aut factis. Et nil fuit dictum aut factū ꝑ xp̄m: quin fuerit in ve. teſ. figuratū aut vaticinatū. Et ſic p3 qualiter vnū iota nō fuit additū nec diminutuȝ a lege ꝑ xp̄m. ſ3 oīa fuerūt impleta et patefacta que ſub vmbra legis latebāt. Et ſic nos xp̄iani ſuādo legē euāgelicā non addimus n̄c auferimus aliud eſſentiale a lege moyſi et ꝓphetis. ymo v̄ificam⁹ et implemus eius ſignificatū. Et ſic ſunt intelligēda illa v̄ba dei deutēo. iiij. ſ. nō addetis ad v̄buȝ qđ uƀ loquor n̄c auferetis ex eo. ſ. aliud qđ ſit de eſſentia ſui veri ſignificati. Ex quib⁹ p3. ꝙ illa lex nō erat eterna quo ad officiuȝ et ſignificatuȝ. ſed quo ad fidē ⁊ finē ⁊ v̄uȝ ſignificatuȝ. Et ꝑ h̄ p3 v̄a ītelligētia hui⁹ tertij cātici. Et p3 ſolutio ad ſcōm argumētum iudeoꝝ. Et hoc de tertio cantico.

## Incipit quartū canticū.

Que ē iſta que aſcēdit per deſertū.
Sicut virgula fumi ex aromatibus.
Myrrhe et thuris et vniuerſi pulueris pigmētarij.
En lectulū ſalomonis.
Sexagita fortes ambiunt.
Ex fortiſſimis iſrael omēs tenentes gladios.
Et ad bella doctiſſimi.
Uniuſcuiuſq3 enſis ſuper femur ſuum.
Propter timores nocturnos.
Ferculuȝ fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani.
Colūnas ei⁹ fecit argēteas
Reclinatorium aureum.
Aſcenſum purpureum.
Media caritate cōſtrauit.
Propter filias hieruſaleȝ
Egredimini et videte filie ſyon.

UVA. BHSC. IyR 068_1

**Regē ſalōēʒ ī dyademate.
Quo coronauit eū mat̄ ſua
In die deſpōſatōis illius.
Et ī die letitie cordis eius.**

**Ue eſt iſta que aſcendit per deſertum** ⁊c̄. Hoc eſt quartum canticum in quo cantat ꝓgreſ/ſum xp̄i ꝑ totā terraʒ ꝓmiſſiōis vocādo filios iſrl̄ ad fidē. Quod miſteriū ꝑuidit ſal̄on ī ſp̄u ꝑ ꝓgreſſuʒ et ꝑegrinationem et aſcēſuʒ arche ꝑfederis ⁊ tabnacl̄i ꝑ deſertū. Ad cuius intellectū ē aduertēdum ꝙ quinqʒ ꝯtemplatus ē/ et ꝯſiderauit ſalomō in illa archa ꝑfederis cū ſua ꝑegrinatione. Primo materiā ex qua fuit facta. q2 ex lignis ſethym ⁊ etiā ex lignis cedrinis que maxīe abundāt et creſcūt ī libano. Scd̄o ꝯſiderauit eius vnctionē. q2 ex vnguēto cōfecto ex mirrha et cīnamomo ⁊ balſamo. vt pʒ exo. xxx. ⁊ vltimo. Tercio ꝯſiderauit ornatū eius q2 ex cortinis diuerſoꝝ coloꝝ. Quarto cōſiderauit cuſtodiaʒ eius. q2 ſex centū tria milia quingēta quīq̄gīta viroꝝ cuſtodiebāt tabnaculuʒ ⁊ archā dn̄i. Quinto ꝯſiderauit peregrinationē et aſcēſuʒ illius tabnacl̄i ꝑ totuʒ deſ̄tuʒ cuʒ ſignis et miraculis et prodigiis. a cuius facie mota ē terra a facie dei iacob. In quibꝰ quinqʒ miſteriis preuidit ſal̄on totā ꝑegrinationē xp̄i per terrā ꝓmiſſionis oſtēdēdo ſe eſſe deū per ſigna et miracula. vn̄ ꝑ hoc ꝙ illa archa fuit fabricata ex lignis ſethynis et cedrīs preuidit ſal̄on hūanitatē xp̄i. ſ. qual̄r illō corpꝰ erat formādū ex puris ſanguinibꝰ virgis ope ſp̄s ſcti. et tota illa hūanitas debebat ꝯſtare ex carne ſethyna imputribili ⁊ incorruptibili ⁊ ex aīa cedrīa nulli pc̄o obnoxia nō ſolū ī ꝑſona/ ſʒ n̄c et̄ in natura. Et ꝑ hoc ꝙ ī illa archa fuit repoſitum māna ⁊ virga moyſi ⁊ tabl̄e legis ꝑuidit qual̄r xp̄s debebat eſſe deus et homo/ rex ⁊ ſacerdos/ ꝓut dictū ē ī ſcd̄o cātico. Et ꝑ hoc ꝙ illa archa fuit ꝑūcta illo precioſiſſimo vnguēto diuerſoꝝ aromatuʒ ꝑuidit ſalomō qual̄r aīa xp̄i erat vngēda vnguēto aromatico ſapiētie ⁊ intellectus ⁊ oīuʒ donoꝝ ⁊ virtutū nō ad mēſurā. vt poſſet oībꝰ ſua dona coīcare tanꝙ̄ caput. Itē etiā poſſumus dicere ꝙ per illā vnctionē preuidit oīa dona ſp̄s ſcti ⁊ vnguēta oīuʒ ſacramētoꝝ q̄ debebāt fluere a xp̄o ī corpꝰ miſticū. Itē ꝑ ornatum cortinaꝝ tabernaculi preuidit ornatum perfectionum ⁊ virtutuʒ ⁊ graciaꝝ xp̄i. Itē ꝑ illos ſex centū tria milia quingēta quīq̄gīta qui cuſtodiebant tabernacl̄uʒ et archā cuʒ gladiis. enſibꝰ ꝑuidit. lx. reges cū ſuis regnis qui venerūt ad fidem xp̄i defēdentes nomē eiꝰ cū gladiis et armis tp̄oralibꝰ. et ꝑuidit et̄. lx. p̄latos cuʒ gladiis et enſibꝰ eccl̄iſtice ꝑ̄tatis fidē xp̄i defēdētes et. lx̄. doctores ꝑ̄ncipal̄s eccl̄ie ſ. auguſtinū/ ābroſiū/ hieroīuʒ euſebiū et baſiliuʒ et cet̄os defendētes fidem xp̄i cū gladiis ſacre ſcript̄e vtuſqʒ te. Iteʒ ꝑ h̄ ꝙ illa archa ꝓgrediebat̄ ꝑ deſ̄tum aſcendendo ī terrā ꝓmiſſiōis ī qua dicebatur deꝰ ſedē ſuꝑ duo cherubin a cuiꝰ facie tota terra mota ē ꝓpter ſigna et ꝓdigia. ꝑ̄uidit ſal̄on q̄liter xp̄s d̄s ī illa hūanitate tanꝙ̄ ī archa ꝑſonal̄r latens et ſedēs ſuꝑ duo teſtamēta debebat exire ī deſ̄tuʒ galilee. et ꝑluſtrare totā terrā cuʒ ſignis et miracl̄is. ꝓut pʒ ꝑ totū diſcurſuʒ euāgelicum. Hoc ergo ꝑuidēs ſal̄on ī ſp̄ū fecit hoc cāticum ī quo introducit filias hi̅r̅l̄ʒ



UVA. BHSC. IyR 068_1

pꝛimo ad loq̄ndū admirātes ſup pn̄tia xp̄i et ꝑpt mirabilia opa ei⁹. In quo duo facit. Nā p̄rio facit qđ dc̄m ē. Scđo ponitur ſodaliū ſponſi rn̄ſio. Scđa ibi. En lectulū ſal'onis. Quātum ergo ad p̄mū qꝛ ſpōſa ī cātu ſupiori rogauerat ſpōſum vt luſtraret totā terrā iſrl' vocādo eā ad fidem. Jdō x⁹ ſpōſus qui anꝫ nō fuerat cognit⁹ niſi apl'is et diſcipl'is deſcēdēs de mōte īcepit pābulare ꝓram galilee et oſ̄dit ſe ī publicū faciēdo ſigna et miracula vt pꝫ. Mat. viij. et ꝑ totū diſcurſum euāgelicum. et ſic oēs populi ſeq̄bant̄ et mirabant̄ ſup doctn̄a ⁊ miracl'is ei⁹. Ad mirantes ergo filie hierl'm videtes illā archā hūanitatis xp̄i/ dicūt. Que ē iſta archa q̄ aſcēdit et ꝑgredit̄ ꝑ deſertū galilee odoꝛifera ſicut virgula fumi ex oꝛamatibus myrrhe et thuris et vniuerſi pl'ueris pic mētarij: Jn hebꝛeo hēt̄. ſic̄ vapoꝛes fumi Et tūc lr̄a ē magis plana. q̄ſi dicat. Que ē iſta hūanitas ſiue iſte de⁹ ī hūanitate qui aſcendit in carne hūana ꝑ deſ'tū odoꝛiferus ſicut vapoꝛ fumi mirrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris apotecarij. quaſi dicat Jta pꝛocedit odoꝛiferus euapoꝛās ex ſe odoꝛes virtutū et doctrine et ſc̄titatis et miraculoꝝ/ ſicut archa fhederis: cui⁹ odoꝛē ſequebātur filij iſrl'. Quaſi dicat ꝙ ita ſequūtur iſtū xp̄m oēs populi ꝑ deſertum galilee: ſicut oēs filij iſrl' ſequebātur illā archā ⁊ tabernaculū odoꝛiferꝝ ꝑ deſ'tum arabie. Totū etiā hoc poteſt referri ad totā ſocietatē xp̄i ⁊ apl'oꝝ ⁊ toti⁹ ml'titudinis q̄ ſequebat̄ xp̄m. vn̄ populi galilee vidētes xp̄m cum tota illa ſocietate admirātes dicūt. Que ē iſta ſocietas que ſequit̄ iſtū ieſum xp̄m/ ſicut populus iſrl' ſequebat̄ archā dn̄i. nā ſicut ille populus currebat poſt odoꝛē ⁊ ī odoꝛē vnguētoꝝ illius arche: ita tota iſta ſocietas ſequit̄ xp̄m ī odoꝛē ſuaꝝ virtutū ⁊ ſue ſc̄titatis et ſignoꝝ: qꝛ ſequebat̄ eū multitudo magna ꝑpter ſigna q̄ faciebat. iohānis. vj. Ad hoc rn̄det choꝛus ſodaliū xp̄i. ſ. choꝛus apl'oꝝ et etiā angeloꝝ dicēs. En. i. ecce lectulū ſal'onis. q̄ſi dicat. Aſpice: qꝛ iſta hūanitas quā videtis eſt lectulus magni ſal'onis. ſ. regis pacifici. qui eſt xp̄s. nam ſicut de⁹ ibat ⁊ latebat ī illa archa ve. te. figuratiue. ita de⁹ latet nūc in hac hūanitate pſonal'r tāq̄ ī ſua archa et tabnacl'o Et idō ſicut tūc ambiebāt archā dn̄i. ſexcētū triamilia quīgēta quinq̄gita cū armiſ coꝛpoꝛalib⁹ ad defenſionē tabnacl'i: Jta nūc. lx. reges cū ſuis regnis ambiūt xp̄m et defendūt fidē euāgelicā oēs tenentes gladios et doctiſſimi ad bellū: et iſti ſunt ex foꝛtib⁹ iſrl'. i. toti⁹ eccl'ie toto oꝛbe diffuſe. qꝛ. lx. reges cū ſuis regnis venerūt ad fidē xp̄i poſt ꝯuerſionē magni cōſtātini. qui oēs defendebāt eccl'iā et fidē euāgelicā cū armis ⁊ gladijs et enſib⁹ tpoꝛalibus. Jtē. lx. pꝛelati pꝛincipales eccl'ie toto oꝛbe diffuſe tenentes gladios eccl'ie poteſtatis ambiūt xp̄m defendēdo fidem eius. Jtē. lx. pꝛincipales doctoꝛes eccl'ie ex foꝛtibus eccl'ie ambiūt xp̄m oēs tenentes gladios euāgelice doctrine ⁊ doctiſſima tela ſpūalia ambiunt xp̄m. Et enſis doctrine vtriuſq; teſtamenti ſcindens ex vtraq; parte eſt ſup femur vniuſcuiuſq; ad defenſionē xp̄i ꝑpter timoꝛes. i. cōtra timoꝛes ⁊ incurſus nocturnos. i. ꝯ nocturnos ⁊ cecos incurſus iudeoꝝ et hereticoꝝ ⁊ oīm īfideliū. vn̄ oēs incurſus iudeoꝝ ⁊ infideliū ⁊ hēticoꝝ dn̄r nocturni/ eo qꝛ ꝓcedūt ex cecitate ⁊ ignoꝛantia affectata ⁊ perpetrata ⁊ ex malicia q̄ obcecauit eos ne intelligāt ſacramenta dei: que latent in ſacra ſcriptura. Quaſi dicat: ꝙ illa humanitas criſti eſt archa et

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De quarto cantico.

tabernaculũ dei figurata p archã.ve.teſ. Et tota eccleſia dei toto orbe diffuſa fuit figurata p illos ſexcẽta tria milia quingẽ ti quinqginta. qui ſeqbãtur archã. Naʒ ſexcẽta tria milia.ſũt ſexageſies.x.milia. Et ſic ille numer⁹ figurabat nũerum.lx. regnoꝝ xpianoꝝ qui venerũt ad fidẽ xpi tpre ↄſtãtini.et figurabat nũeruʒ.lx. pla toꝝ aut doctoꝝ eccl'ie. Et põt etiã dici ꝙ ponit' nũerus detminat⁹ p indetminato ſicut qñoʒ fit ĩ ſcripf'a. Et etiã p illos.lx. fortes poſſunt itelligi.lx.generatões que pceſſerũt ab adam vſqʒ ad xpm.in quib⁹ xps fuit figurat⁹ vt pʒ ĩ libro generatõis xpi. Nam ab adam vſqʒ ad abraã inclu ſiue fuerũt.xx.generatões.et abraã vſqʒ ad virgineʒ mariã pceſſerũt.xl. generati ones.vt pʒ in Mat. Et ſic ↄputant'.lx. generationes ab adã vſqʒ ad virginẽ ma riaʒ in quib⁹ xps fuit figurat⁹. nã vnuſ quiſqʒ illoꝝ qui ponuntur in illo ordine generatiõis figurabat xpm ſcđm aliquã virtutẽ. Et ſic oẽs illi.lx.ambiũt lectum ſal'onis.ſ.hũanitatẽ xpi.tenẽtes ſingl'os gladios aut enſes virtutũ ad defendẽdũ xpm ↄtra timores nocturnos iudeoꝝ et hereticoꝝ et oĩuʒ infideliũ. qꝛ p figuras et miſteria aut vaticinia oĩuʒ illoꝝ ꝓban tur miſteria xpi et eccl'ie:et maxĩe miſte rium incarnationis ⁊ nr̃e redemptiõis.

Deinde cũ dicit. Ferculum fecit ſibi rex ſal'on de ligis libani ⁊c̃.explicat mi ſteriũ incarnatiõis et informationis cor poris xpi ex puris ſanguinib⁹ virgis ma rie. Ad cuius intellectũ ẽ aduertẽdũ. ꝙ ĩ hoc ↄueniũt oẽs iudei nobiſcũ: qꝛ ĩ toto iſto libro p ſal'onẽ intelligũt deũ. Dicũt enĩʒ oẽs magiſtri iudeoꝝ: ꝙ iſte ſal'on q̃ noiatur ĩ hoc libro/ẽ ip̃e de⁹ rex pacific⁹ Et iõ eſt vidẽdũ quis ẽ iſte lectulus ⁊ fer culuʒ qđ fecit ſibi deus de lignis libani. Ad hoc dicũt mihi et ceci et nocturni iu dei moderni. ꝙ ille lectulus ⁊ ferculum qđ fecit ſibi de⁹ eſt ſola illa archa et illud tabnaculũ qđ de⁹ pcepit ſibi fieri p moy ſen/in qua archa de⁹ ferebat' p deſ'tũ. Et ſic exponũt totũ iſtđ cãticũ.ſʒ manifeſte apparet coꝝ cecitas ⁊ deceptio. Nã illđ tabernaculum aut archa non fuit facta ex lignis libani.ſed ex lignis ſethym ma terialibus et ſpinoſis. vt dictum eſt. Nec fuit ↄſtrata et ornata media carita te ꝓpter filias hiel'ʒ. Quia tũc hiel'ʒ erat hitata p gentiles ydolatras et ſcelera tos. Nec ẽ dicẽdum ꝙ mater ſua corona uerit deũ ĩ illa fabricatõe tabnacl'i matia lis. Et iđ ẽ dicẽdum ꝓut dctm ẽ. ꝙ ſal'on matialis ↄditor h⁹ libri p illam fabricam illius tabnacl'i et arche matialis pũidit ĩ ſpũ totũ miſteriũ ĩcarnatõis et deſpõſa tõis eccl'ie cũ xpo. Naʒ p illã archã fctaʒ ex lignis ſethym et ex lignis cedrinis ſil'i libus illis q̃ creſcũt ĩ libano pũidit et in tellexit ſal'on hũanitateʒ xpi ↄſtitutã ex carne ſethyna ⁊ aĩa cedrina omĩs veneni pcti fugatiua. Et p vnctiõʒ arche et tab nacl'i itellxit totũ miſteriũʒ paſſiõis.ſ.q̃ liter x⁹ erat vnguẽdus vnguẽto myrrhe paſſiõis. Et p ornatũ cortinaꝝ intellexit ornatũ virtutũ et donoꝝ xpi. Et p popu lum ſexcẽtum milia viroꝝ armatoꝝ am biẽtium archã intellxit eccl'iaʒ toto orbe diffuſaʒ p.lx.regna. Et p illam coronã q̃ circũdabat archã intellxit hũanitateʒ et carnẽ q̃ virgo maria coronauit ⁊ veſtiuit verbũ diuinũ filiũ ſuũ in die deſpõſatõis et incarnatõis. Et h̃ eſt qđ cãtat ſal'on ꝓ phetice ĩ hac pte. vñ ait/o filie hiel'ʒ ⁊ aĩe fideles vos admiramini dicẽtes. Que eſt iſta q̃ aſcẽdit p deſ'tum ⁊c̃. Ego dico vob ꝙ iſte ẽ lect⁹.i.hũanitas in q̃ reſidet pſo naliter rex ſal'on đs tanq̃ ĩ archa et tab



UVA. BHSC. IyR 068_1

naculo·quē regē ſal'onē·ſ· xp̄m deū et
hoīeꝫ ambiūt·et colunt cultu latē·lx̄·for
tes·i·lx̄·reges fideles cū ſuis regnis·Et
lx̄·prelati et·lx̄·doctores oēs tenētes gla
dios doctrine euāgelice ⁊ enſes ſacre ſcri
pture vtriuſqꝫ teſtamēti ad defendēdum
tabernaculū eccl'ie xp̄i ꝯ timores et īcur
ſus nocturnos iudeorum ⁊ hereticorū ⁊
oīuꝫ fideliuꝫ·vn̄ iſte rex ſal'on deꝰ fecit et
fabricauit ſibi iſtā hūanitatē tanq̄ fercu/
luꝫ ⁊ currū ſiue archā in q̄ fertur verbū
diuinū· Illa eniꝫ hūanitas dr̄ q̄i ferculū
ſiue feretrū in q̄ fertur ⁊ portatur deus·
Et hāc hūanitatē fecit deꝰ ex lignis libāi
albiſſimis ⁊ mūdiſſimis·ſ·ex carne ſethi
na quā ex puris ſanguinibꝰ virginis ope
ſp̄s ſcti formauit ī vtero·et ex aīa cedrīa
quā in illa carne creauit ⁊ infudit·ex qui
bus reſultat hūanitas quā ꝑſonaliter et
ſuppoſital'r aſſumpſit ſimul tp̄re·ī q̄ hūa
nitate fecit colūnas argēteas ſeptē dono
rū ſp̄s ſcti nō ad mēſurā·Et fecit ſibi re/
clinatoriū aureuꝫ hūilitatis·qr hūiliauit
ſe ip̄m formā ſui accipiēs·Itē fecit in ea
aſcēſuꝫ ⁊ thalamū purpureum varietate
grāꝝ ⁊ virtutū·Et etiā fecit aſcēſuꝫ pur/
pureū diuerſoꝝ graduū ꝑfectionū ſctita
tis·quā domuꝫ ſue hūanitatis cōſtrauit
⁊ ornauit media caritate ⁊ dilectione·qr
nō ſolū parietes: ſꝫ etiā pauimentū huiꝰ
hūanitatis ꝯſtrauit et ornauit media ca/
ritate·Et oīa iſta fecit ꝓpter filias hir'lm
qui ſunt oēs fideles deuꝫ ꝑ fidē videntes
Naꝫ ꝓpter fideles iſte rex pacificus xp̄s
accepit iſtā hūanitatē·vt in ea pateret ad
ſaluādos ⁊ liberandos fideles·Et ꝓpter
nos fecit illas ſeptē colūnas argēteas·vt
nb̄ dona ſp̄s ſcti comunicaret·Et ꝓpter
nos fecit ſibi reclinatoriū aureū hūilita/
tis vt ſua paſſio eſſet nb̄ meritoria· Et fe
cit aſcēſuꝫ purpureū ⁊ media caritate cō

ſtrauit vt oēs ad ip̄m aſpiceremꝰ·⁊ eū ꝑ
caritatē et ceteras virtutes imitaremur
et ſequeremur· Et ſic pꝫ/ꝙ oīa q̄ accepit
et fabricauit xp̄s in illo ferculo et archa
hūanitatis: accepit ꝓpter filias hir'lm·ſ·
ꝓpter aīas fideles ad redēptionē et vtili
tatē nr̄aꝫ· Quia xp̄s nō ſolū fuit nr̄a re/
demptio·ſꝫ etiā ſpecl'ꝫ et exēplū vite nr̄e
Et ideo ſubdit exortādo plebē iſrl'iticā ⁊
oēs fideles: vt recipiāt iſtū regeꝫ xp̄m in
meſſiam et redēptorē cū viderint ip̄ꝫ ve/
niētem in carneꝫ·vn̄ ait·O filie ſyon·i·o
plebs iſrl'itica et plebs hieroſolimitana
et oēs aīe ꝯtēplatiue egredimini a iugo le
gis ⁊ vmbra cerimoniaꝝ·et o vos gētil's
egredimini a falſa ſupſtitiōe et ſpurcitia
ydoloꝝ·et nolite vos iudei ampliꝰ reſpi/
cere cerimonialia nec archā materialem
ve·teſ·nec vos gētiles velitis reſpicere ⁊
adorare falſos deos·ſꝫ videte regeꝫ ſalo/
monē xp̄ꝫ ī dyademate hūanitatis et car
nis·quo dyademate carnis coronauit et
induit eū virgo maria mater ſua ī die de
ſpōſatiōis illiꝰ·ſ·ī die incarnationis xp̄i·
q̄n̄o hūanitas illa fuit verbo deſpōſata ⁊
ꝑſonal'r aſſumpta et vnita ī vnitate ſup/
poſitali et ꝑſonali·q̄ quidē incarnatio et
deſpōſatio fc̄ta fuit ī die letitie cordis eiꝰ
ſ·marie virginis·qr inter ſeptem gaudia
virginis marie illō fuit p̄muꝫ· Propter
aūt iſta verba q̄ dicta ſunt ē maxīa alter/
catio īter magr̄os hebreoꝝ vn̄ legit̄ ī me
dras ſyraſſirim·i·in gloſa cāticoꝝ·ꝙ di/
cit Rabi Iohanan·Queſiuimus totam
ſcripturam et nō inuenimꝰ ꝙ berſabe fece/
rit coronā filio ſuo ſal'oni·Ideo mirādū
eſt quid vult dicere·In dyademate quo
coronauit eū mater ſua·Ad qd̄ rn̄det·ꝙ
rabi ſymeō q̄ſiuit h̄ dubiū a rabi eleaꝫar
dicēs·Audiſti vnq̄ a p̄re tuo rabi yucef·
qui erat ſapiens hō·que fuit illa corona

UVA. BHSC. IyR 068_1

quã berſabe ĩpoſuit ſaľoni filio ſuo: Cui eleazar rñdit dicẽs. ꝙ ille rex ſaľon ẽ de⁹ qui ĩ ꝑncipio dilexit mľtuз plebeз iſrľiti/cam. et vocauit eã filiam ꝓut legiť ps. xl iiij. Audi filia ⁊c. Item dilexit eã magis et vocauit eã ſororẽ. Canticoꝝ. iiij. Aperi mihi ſoror mea ⁊c. Itẽ dilexit eã multo magis et vocauit eã matrẽ. yſayae. l. Attendite ad me popuľs me⁹ ⁊ trib⁹ mea ⁊ mr̃ mea. Et ſic iſte ſaľon eſt ds. et iſta mr̃ dei eſt plebs iſrľitica/ q̃ eũ coronauit ꝓut dicit ſaľon ĩ hꝫ cãtico. Quo audita rabi ſymeõ oſculat⁹ ẽ rabi eleazar dicẽs. tm̃ hoc mihi placet ꝙ nolo ãplius hodie a te audire. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ iſti rabini tacite ꝯcedunt deũ accepiſſe carneз ex plebe iſrľitica. qꝛ lꝫ ds vocet illã plebẽ filiam ꝑ creationem et adoptõз. et ſororẽ ꝑ deſpõſationeз: tñ nľlo mõ põt eã matrẽ appellare niſi ꝑ carnis aſſumptõз. Et ſic hec caro ẽ illa corona q̃ virgo maria mr̃ dei coronauit et veſtiuit et circũdedit ĩ die ĩcarnationis et letitie cordis ſui. Sed eſt iterum aduertendũ ꝓut dctm̃ ẽ in ſcdo cãtico. ꝙ ſicut illa archa q̃ repoſita fuit ĩ tabnacľo moyſi figurabat xp̄m deũ et hoĩeз incarnatum. Ita illð tabnacľꝫ ĩ quo repoſita eſt archa figurabat primo virginẽ mariã in q̃ et in cui⁹ vťo fuit x⁹ repoſit⁹. et ex q̃ carnẽ aſſumpſit. ex ꝯñti aũt figurabat totam eccľiaз. in q̃ x⁹ hĩtat ꝑ fidẽ. Et ſic virgo maria dr̃ tabnacľꝫ maťnuз ĩpĩ⁹ xp̄i et tota eccľia dr̃ tabnacľꝫ miſticũ in q̃ deus hĩtat ꝑ fidẽ. et iõ tota eccľia dr̃ ſpõſa xp̄i in cui⁹ thalamo inhĩtat. Et etiã quelibet aĩa fidelis dicitur tabernaculum et templum criſti in qua habitat per graciam. Et iõ tota fabrica ſuꝑdicti lectuli ⁊ ferculi ſaľonis poteſt exponi ⁊ verificari ꝑmo de virgine maria. ſcdo de tota eccľa. tercio de aĩa cuiuſlꝫ fidelis. Naз rex ſaľon et pacificus xp̄s fecit ſibi lectulũ ⁊ ferculuз ⁊ tabernaculũ maternũ ex lignis cãdidiſſimis ⁊ puriſſimis libani. i. ex carne ſethyna incorruptibili. quã ante aĩatiõeз ſctificauit. et ex aĩa cedrina veneni ſpentis fugatiua. quã ĩ illa carne creãdo ſctificauit. et oĩb⁹ gratijs et virtutibus ornauit. Et totã illã pſonã in eodẽ inſtãti creationis vnguento myrrhe ſue paſſionis perunxit. qꝛ illa grã qua aĩa virgĩs fuit in principio ſui eſſe ſctificata et infuſa: ſibi data ex meritis paſſionis xp̄i. Et ideo pctm̃ nature nõ potuit ĩ pſonã virginis marie trãſire. qꝛ per grãm illa fuit ꝑuenta. et ꝑ ꝯñs nunꝙ̃ culpe originali fuit pſonaľr obnoxia. Et ſic fuit maxima dr̃ia inter mariaз et xp̄m. nam xp̄s fuit ſolus inter mortuos liber/ nõ ſolũ in pſona: ſꝫ etiã ĩ natura. qꝛ nõ ex ope adã cõceptus eſt. ſꝫ ope ſp̄s ſcti. Sꝫ qꝛ virgo maria fuit cõcepta ex ope adaз naturali generatiõe Ideo fuit obnoxia et obligata ſimul cuз ceteris in natura. ſꝫ qꝛ fuit ꝑueta ꝑ grãз ſctificantẽ ĩ ſua creatiõe ⁊ aĩatiõe: iõ nũꝙ̃ fuit obnoxia nec obligata in pſona. qꝛ ꝙ̃diu fuit indiuiduũ ⁊ pſona hũana. ſemper fuit ĩ grã. et ſemꝑ fuit ſp̄uale tabnaculũ dei ⁊ ſpõſa xp̄i. qꝛ ante fuit ſpõſa ꝙ̃ mater. Et ante ꝯcepit xp̄m mẽte: ꝙ̃ carne vt inquit augu⁹. Itẽ virgo maria fuit illð ferculũ et lectus queз ſaľon ornauit et ĩ quo fecit colũnas argẽteas ſeptẽ donoꝝ ſp̄s ſcti. Et reclinatoriũ aureũ hũilitatis. in qua xp̄s reclinauit: quã hũilitatẽ de⁹ reſpexit. et ꝑ quã hũilitatẽ ĩ ea voluit reclinari. ⁊ ĩ ea fecit xp̄s aſcẽſũ purpureũ oĩuз virtutũ. Et totã illã aĩaз virginis ꝯſtrauit media caritate et dilectiõe Et oĩa illa ornamenta dedit xp̄s virgini matri ſue ꝓpter filias hiĩrľꝫ. i. ꝓpter oẽs animas fideles et deuotas vt aſpiciãt in



UVA. BHSC. IyR 068_1

virginem mariam tanꝙ in ſpeculum. Et
imitētur ⁊ ꝯſequantur eam ꝑ oēs virtu-
tes et in ſctitate vite ⁊c. Et iō ſalon ī iſto
cātico nō ſolū exortať filias hierl'z vt egre
diantť ad videndū xp̄m īcarnatū et ſeqnť
et recipiāt eū: ſed etiā vt videāt virginez
matrē q̄ coronauit et veſtiuit eū carne et
in q̄ reclinauit xꝰ ꝓpter ſuā hūilitatez et
caritatē. Jd̄o monet vt eaz imitenť ⁊c.
Jtez ꝑ h̄ ferclz et lectulū quē ſalon fecit
ex lignis libani intelligiť etiā eccl'ia xp̄i to
to orbe diffuſa. quā xp̄s ex duobꝰ lignis
libani. ſ. ex duobus populis adunauit et
myrrha et vnguēto odorifero ſue paſſio
nis ꝑunxit. Jn q̄ fecit ſeptē colūnas ar-
genteas ī die pēthecoſtes. quibꝰ tota ec-
cleſia ſuſtētatur et in ea reclinať ꝑ hūilita
tem. et eā media caritate ꝯſtrauit. Et a-
ſcenſuz purpureū ſeptē eccl'iaſticoꝝ ſacra
mentoꝝ ordinauit. q̄ quidē ſeptē eccl'iaſti
ca ſacmēta dn̄r purpurea. eo q2 ſangui
ne xp̄i ſunt purpurata a cuiꝰ paſſiōe hn̄t
totā virtutē et merita. Tota ergo eccl'ia
xp̄i dr̄ lectulus et ferclz et tabnaclz qd̄ ſi
bi xp̄s fabricauit et ornauit et decorauit
Et hec dicta ſint de quarto cātico.

## Incipit quintū canticum.

**Uam pulchra es**
**amica mea.**
**Quā pulchra es.**
**Oculi tui colūbarum.**
**Abſq3 eo ꝙ intrīſecꝰ latet**
**Capilli tui ſicut greges ca**
**prarum.**
**Que aſcendunt de monte**
**galaath.**
**Dētes tui ſicut greges ton**
**ſarum.**
**Que aſcēdert de lauachro**
**Oēs gemellis fetibus.**
**Et ſterilis nō eſt īter eas.**
**Sicut vitta coccinea labia**
**tua.**
**Et eloquiū tuū dulce.**
**Sicut fragmē mali punici**
**Jta et gene tue.**
**Abſq3 eo ꝙ itrīſecꝰ latet.**
**Sic̄ turris dauid collū tuū.**
**Que edificata eſt cuz pro**
**pugnaculis.**
**Mille clipei pendēt ex ea .**
**Oīs armatura fortium.**
**Duo vbera tua ſicut duo**
**hynnuli gemelli capree.**
**Qui paſcūtur in lilijs.**
**Donec aſpiret dies et incli**
**nentur vmbre.**

**Uam pulchra es**
⁊c. Hoc ē quintū cāticuz ī
quo ſalon cātat p̄rimoniū
et dotē īp̄ius eccleſie ſpōſe
xp̄i. quo xp̄s dotauit eccl'iam ſpōſā ſuaz.
Unde poſtꝙ in ſuꝑiori q̄rto cātico cāta-
uit ſalon pulchritudinez xp̄i ſpōſi eccl'ie.
Jdeo in hoc quinto cātico cātat pulchri
tudinē eccl'ie ſponſe ſue ꝓut p̄uidit in ſp̄u
ꝑ ꝓphetiaz balaaz. Numeri. xxiiij. Ex q̄
quidē ꝓphetia aſſumpſit ſalon ꝓpoſitio
nez et parabolā ad faciendū iſtō quintuz
canticū. Ad cuius intellectū ē notādū. ꝙ

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De quinto cantico.

duo fuerũt qui ꝓuiderũt ornatũ et ꝓſpi/
tatẽ eccl'ie xp̄i ꝑ ornatũ et ꝓſpitatẽ illius
populi pegrinãtis per deſertũ cũ archa.
Quoꝝ primus fuit balaã/ſcd'ꝰ moyſes.
Ideo ambo benedixerũt illũ populũ ĩ fi
gura et pſona eccl'ie xp̄i. vñ legit' numeri
xxiij. et. xxiiij. ꝙ videns balac rex moabi
taꝝ multitudinẽ populi iſrl' veniẽtem ad
terrã ſuã: fecit venire balaã ariolũ ⁊ ma
gum ad maledicẽdũ illũ populũ. Sz cuz
balaã ĩmolaſſet ſeptẽ vitulos ⁊ ſeptẽ ari
etes ĩ mõte fagor: fc̄a fuit ſibi reuelatio
a dño de toto diſcurſu ⁊ ꝓſpitate illiꝰ po
puli vſqz ad xp̄m ex illo pp'lo naſcituꝝ.
Vñ ꝑ ꝓſpitatem ⁊ ordinem illius exer/
citus cuz archa pegrinãtis ꝑ deſ'tuz ꝓui/
dit futuram ꝓſpitatez ⁊ ornatum et pul
chritudinẽ ſp̄ualez eccl'ie xp̄i et eius victo
rias ⁊ triũphos ⁊ vniuerſale regnũ xp̄i.
Ideo in pſona ⁊ figura xp̄i et eccl'ie beñ
dixit illũ populũ ⁊ exercitũ dicẽs. Quã
pulchra tabernacula iacob/⁊ tẽtoria tua
iſrl'. vt valles nemoroſe. vt orti iux' fluui
os irrigui. vt tabnac'la q̃ fixit dñs. Qua
ſi cedri ppe aquas fluet aqua de ſilua eiꝰ
Semen eiꝰ erit ĩ aquas m'ltas. Itẽ infra
ſubdit. Orief' ſtella ex iacob. Et cõſurget
virga de iſrl'. Et pcutiet filios moab. va/
ſtabitqz oẽs filios ſeth. Et erit ydumea
poſſeſſio eius. Hereditas ſeyr cedet ini/
micis ſuis. Iſrael v'o fortiter aget. De
iacob erit qui dñef'. Et pdat reliquias ci/
uitatis ⁊c̄. In quibꝰ v'bis balaã ꝓdixit
totũ diſcurſuz ⁊ ꝓſpitatẽ illiꝰ populi. et
futurũ regnũ xp̄i ex illo populo naſcitu/
ri. put ſibi fuerat a deo reuelatũ in illo
ſacrificio. Vñ ꝑ hoc qd' dicit. Quã pul/
chra tabnacula ⁊c̄. ꝓuidit qual'r ille po/
pulus debebat cape totã terraz moab ⁊
tranſire iordanẽ et capere totã terrã ꝓ/
miſſiõis ⁊c̄. Itẽ ꝑ hoc qd' ait. Videbo il
lum: ſz nõ modo. Intuebor illũ: ſz non
ppe. Orief' ſtella ex iacob ⁊c̄. predixit ꝓ
phetice ortũ xp̄i ex illo populo ſcd'm car
nẽ. Et predixit eius regnuz vniuerſale et
triũphos ⁊ victorias eius futuras de po
pulo iudayco ⁊ gentili. Et oĩa iſta ꝓnota
uit balaã in illa beñdictiõe. Sz tunc
inſurgit grãde dubiũ. naz quõ potuit ba
laã tã grande miſteriuz videre ex diuina
reuelatiõe. cũ ipe eẽt ariolus ⁊ magus ⁊
nigromãticꝰ ⁊ ſacrificaret demonibus.
Ad hoc rñdef' ꝙ lz balaaz eẽt magus: tñ
in illo ſacrificio nõ ſacrificauit demonibꝰ
ſz deo iſrael. Vñ mos ⁊ cõſuetudo erat
apud magos ⁊ ſacerdotes gẽtilium qñ
erãt in terra aliena ſacrificare diis indi/
genis ⁊ illiꝰ patrie. vt pz ꝑ totũ virgiliuz
Et ſic legit'. ꝙ m'lti gẽtiles inuocabãt deũ
iſrl' in aliqua neceſſitate. Vñ legit' Ione
ꝑmo. ꝙ qñ naute laborarẽt in piculo tẽ
peſtatis acceſſit gubnator ad Ionã dicẽſ
Surge et inuoca deũ tuũ ſi forte recogi/
tet deꝰ de nob' ne peamus ⁊c̄. Itẽ nabu/
codonoſor expertus mirabilia que fece/
rat deus iſrael in eo inuocauit ipſum. et
confeſſus eſt ipſum eſſe ſup omnes deos
Item cyrus multa donaria dedit ipi zo
robabel ⁊ eſdre ꝓ fabrica tẽpli vt ille po
pulus oraret deũ iſrl' ꝓ eo ĩ illo tẽplo ⁊c̄
Ita ergo piter audiẽs balaã mirabilia q̃
fecerat ds' iſrl' ĩ egypto et ĩ mari rubro ⁊
in toto deſ'to ꝓ illo pop'lo ſuo. Inde eſt
ꝙ volens prius ſcire voluntatem dĩ iſrl'
anteq̃ malediceret. Ido ſacrificauit do
iſrl' illos ſeptẽ vit'los et arietes. Sz audi/
ta volũtate dñi et reuelata ſibi ꝓſpitate
et diſcurſu illius pop'li. et quomõ erat fi
gura regni xp̄i ex illo pop'lo naſcit'i: ido
aſſũpta pabola dixit. Quã pl'chra es ⁊c̄.
Ex quibꝰ pz ꝙ balaã nõ ſacrificauit de/
monijs nec q̃ſiuit ab eis rñſuz ĩ illo ſacri

UVA. BHSC. IyR 068_1

ficio. ſed dō iſrl̄. Et ſic a dn̄o deo iſrl̄ hūit
reuelatōez de xp̄o futo et de pſpitate ec/
cleſie. Et ſic ex pte dei bn̄dixit xp̄m et ec
cleſiaʒ ī illo poplo aſſumpta pabola. Et
iō dixit balaā ad balac. Non potero pre
tire ſmōez dn̄i dī mei. vt vl boni vl ma/
li qd pferam ex corde meo. Sʒ quicquid
dn̄s dixerit. h pferā ⁊c̄. Et ponit ibi no/
men dn̄i thethragramatō. qd ſoli dō vo
ꝯuenit. Ex quo pʒ ꝙ verus dē eſt ille qui
reuelauit ipi balaā futuʒ regnū xp̄i et ec
cleſie. Itez h idē pʒ deut. xxiiij. qn̄o ait
moyſes ad poplūʒ. Et qꝛ ꝯduxerūt ꝯ te
balaā beor de meſopotamia ſyrie. vt ma
lediceret tibi. Et noluit dn̄s dē tu⁹ audi/
re balaā. vtitqʒ maledictōʒ ei⁹ in bn̄onē
tuaʒ. eo ꝙ diligeret te ⁊c̄. Ex quib⁹ pʒ ꝙ
balaam ꝯſuluit dn̄m dm̄ iſrl ī illo ſacrifi
cio an malediceret illi poplo. Sed qꝛ de⁹
reuelauit ſibi pſpitatē ⁊ diſcurſū illi⁹ ppli
vſqʒ ad xp̄ʒ. et extīde reuelauit ſibi vniuer
ſale regnū xp̄i et pſpitatē ⁊ plchritudīeʒ
eccl̄ie: iō pphetice benedixit illū exercitū
dicēs. Quā plchra tabnacula iacob ⁊c̄.
Sʒ ſalon multo pfecti⁹ et clarius p eādē
bn̄dictionē ⁊ vba ipius balaā pūidit in
ſp̄u totā pſpitatē ⁊ pulchritudīeʒ ⁊ orna
tum eccl̄ie xp̄i in bonis ſpūalib⁹. Et ideo
fecit iſtud quītū canticū aſſumēdo para/
bolam pmo ex bn̄one balaā fctaʒ ī mōte
phagor. Scdo ex bn̄one moyſi fcta ī mō
te abarim anteꝙ̄ moreret. eo ꝙ vtraqʒ
bn̄o fuit figura bn̄onis ⁊ pſpitatis ⁊ do
tationis eccl̄ie xp̄i. Et iō ſalon pmo can/
tat decorē et dotationē eccl̄ie ſpōſe xp̄i ſu
mendo parabolaʒ et bn̄onē ipius balaā.
Scdo ex bn̄one ipi⁹ moyſi. ſcda ibi. Ua/
dam ad mōteʒ mirrhe. Et h facit ſub me
taphora pulchre mulieris decēter ornate
et dotate. Ad cui⁹ intellctum ē notāduʒ.
ꝙ q̄ttuor ſunt q̄ reddūt mlieres plchram
et amabileʒ ſponſo. Primo plchritudo
corporis q̄ ꝯſiſtit ī optima diſpoſitōe mē
broꝝ. Scdo ſuauitas eloq̄ntie et facūdie
Tercio decētia apparat⁹ ⁊ ornat⁹ que cō
ſiſtit ī decētia veſtiū et moniliū. Quarto
ī ſuauitate et redolētia odoramētoꝝ aro/
maticoꝝ: iſta ergo q̄tuor ſupdcta reddūt
mleirē plchrā et amabilē ⁊ ſpōſo deſide/
rabilē. Sed iteꝝ ē aduertēdū ꝙ lʒ ſpōſus
mūdanus poſſit dotare ⁊ ditare ſpōſam
ſuā in duob⁹ vltimis. ſ. in copia ornamē
toꝝ ⁊ copia odoramētoꝝ: eo ꝙ ſūt bona
fortune. tn̄ nō poteſt eam dotare de duo
bus pmis. ſ. in pulchritudīe corporis et
ſuauitate eloq̄ntie. eo ꝙ ſunt bona natu/
re. Sʒ xp̄s ſpōſus ſpūalis eccl̄ie ī oībus
q̄ttuor ſupdictis dotauit ⁊ ditauit et de/
corauit eccl̄iaʒ ſpōſaʒ ſuā. eo ꝙ ipaʒ rege
nerauit ⁊ ex ſuo latere pepit. Et ſic non
ſolū ipaʒ ornauit veſtib⁹ ſpūalib⁹: ſʒ etiaʒ
p ſingula mēbra diſpoſuit ⁊ regenerauit.
Et iō ſalon introducit xp̄m in hoc cātico
alloquētē ⁊ decorāteʒ ⁊ dotantē eccl̄iam
ſpōſaʒ ſuā ꝯmēdādo eā de q̄ttuor bonis
ſupdictis. Sʒ qꝛ deū aliquē ꝯmēdare nil
aliud ē niſi ipm cōmēdatū ⁊ bonū facere
qꝛ dicere dei ē facere. Idō xp̄s cōmēdan
do eccl̄iam ſuā dotat ⁊ ditat ⁊ pulchrifi/
cat et ornat eā in bonis ſupdictis. Duo
ergo facit xp̄s pncipalr ī hoc cātico. Nā
pmo cōmēdādo eccl̄iam ſpōſam ſuā do/
tat ⁊ benificat ipam in duob⁹ pmis. ſ. in
pulchritudīe corporis q̄ cōſiſtit ī optima
⁊ decēti diſpoſitiōe mēbroꝝ ⁊ ī ſuauitate
eloquētie. Scdo dotat eā in duobus vlti
mis. ſ. ī ornatu veſtiū ⁊ moniliū et ī ſua/
uitate odoramētoꝝ. Secūda pars īcipit
ibi. Uadam ad montē myrrhe. Quā/
tuʒ ergo ad primum eſt aduertenduʒ ſe/
cūdū aplm. p̄. ad cori. xij. ⁊ ad ephe. iiij.
ꝙ ſicut vnus homo naturalis conſtat ex

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De quinto cantico.

diuerſitate mēbroꝝ officialiū ſub vno capite a quo totū corp⁹ recipit oēs ſēſuz et motuz p ſpūs aīales: ita pͥter vniuerſa xpiana religio ſiue tota eccl'ia ɔſtat ex diuerſitate ſtatuū et ɔditōuz oīuz fidelium ſb vno capite xpo a quo recipit oēs virtutē ⁊ vitā ⁊ opatōẽ ſpūales. Vñ ſic caput naturale influit in totū corpus ⁊ vniuerſa mēbra ſenſuz et motuz ad oēs opationes naturales. Et dirigit ⁊ regit totum corpus ſimł. Et pticularit̃ oīa membra: Ita pariter xps influit ſuā virtutē ī totum corpus eccl'iaſticū. Et ſingl'ariter in oīa mēbra ad opādūz ſpūal'r ⁊ meritorie Et h in tātū. ꝙ ſicut mēbra hoīs naturalis nihil poſſunt facere nec opari ſine capite ⁊ virtute eius. ita pariter eccleſia et quodlꝫ ei⁹ mēbrū nullaꝫ opationē ſpūaleꝫ poteſt exercere ſine xpo: a quo habet oēm ſpūaleꝫ virtutē intātū ꝙ nemo poteſt dicere ieſu: niſi ī ſpū ſcto. i. niſi inſpiratus p xpm. Itē dicit rurſuꝫ apl's ibidē. ꝙ ſicut mēbra hoīs naturalis ſunt ad inuicē ɔnexa ⁊ cōneceſſitata: ita ꝙ vnuſqꝫqꝫ mēbruꝫ officiale indiget opa ⁊ officio alteri⁹ ad pfectionē ſui officij et operationis. nā manus indiget officio peduꝫ. et pedes officio manuuꝫ. ⁊ pedes et manus officio vētris. ⁊ ſic de ſingulis. ſꝫ totū corp⁹ indiget officio ocl'oꝝ ⁊ auriuꝫ et toti⁹ capitis. Et tñ vnūqꝫqꝫ iſtoꝝ mēbrorū hēt ſuū officiū ꝓpriū. q̄ quideꝫ mēbra vnificātur in vno corpore ſub vno capite. Ex quib⁹ oīb⁹ reſultat vnus homo naturalis. ita pariter xps caput eccl'ie tal'r diſpoſuit eccl'iaꝫ ſuā in diuerſitate mēbrorū. qꝛ alios fecit apl'os/alios ꝓphetas/alios euāgl'iſtas/alios doctores/alios virgines/alios ɔtinētes/alios ɔiugatos/alios p̄latos ⁊ ep̄os/alios p̄ſbiteros/alios diaconos ⁊c̄. Et ſic vnus criſtus verus operatur omnia in omnibus iſtis. Et p omnes iſtos tanꝙ p ſua mēbra miſtica. Et ſic apl'i dñr pedes xpi inqntuꝫ xps p ip̄os pagrauit totū orbē ad p̄dicādū euāgelium. Et dñr oēs etiā lingua xpi inqntum p ip̄os p̄dicauit. vt patebit. vnde x⁹ erat ille qui loq̄batur ī ore apl'oꝝ. et qui dabat eis os ad loqndum et ocl'os ad videndum et ītellectū ad ītelligēdas ſacras ſcripturas. ꝓut dixit eis. Mat. x. Duꝫ ſteteritis ante reges et p̄ſides nolite cogitare quomō aut quid loqmini. Dabit̃ eīm voƀ in illa hora quid loqmini. Non eīꝫ vos eſtis qui loquimini. ſꝫ ſpūs p̄ris vr̄i qui loquit̃ in voƀ ⁊c̄. Ex quib⁹ oīb⁹ ɔcludit apl's. ꝙ ſicut oīa mēbra corporis naturalis non ſunt vnū membrum: ſꝫ multa ſe īuicē adiuuātia nec eūdē actū hñtia ſꝫ plures ſe coexhigētes ſꝫ oīa ſunt vnū: ita nos ſumus adinuicē mēbra. Et ita tota eccl'ia ɔſtans ex diuerſitate membroꝝ ⁊ diuerſoꝝ ſtatuū ⁊ officioꝝ ē vnus xps miſticus. eo qꝛ viuificat̃ ⁊ regitur ab vno capite xpo. Et qꝛ vnus xps verus ē qui opat̃ oīa in oīb⁹ mēbris eius. vñ ſicut ſol p ſuū influxū et virtutē opat̃ ī oīb⁹ iſtis inferiorib⁹. ita xps in oīb⁹ mēbris eccl'ie Et ſic iſta eccl'ia ſortitur diuerſa noīa ſub xpo. Vñ inqntū recipit oēm virtutem a xpo ⁊ xps opat̃ ⁊ exercet virtutes ſuas in ea ⁊ p eā dicit̃ corpus xpi. ⁊ quilꝫ ſtatus et quilꝫ fidelis dī mēbrū xpi. Et oēs ſimul dicūtur mēbra xpi. Sꝫ inqntū tota eccl'ia exiuit de latere xpi ſicut Eua ex Adā/et ſumus os ex oſſibus xpi. et caro ex carne eius. vt īquit apl'us ad ephe. v. et maxime qꝛ xps quotidie regenerat filios et mł'tiplicat ꝓlem ſpūalem ex eccl'ia p baptiſmū. Et eccl'ia nutrit eos p eccl'iaſtica ſacramētarió dr̄ vxor xpi. Unde dicit apl'us ibidē. ꝙ xps valde diligit eccl'iā

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſuam tanꝙ vxorem. qꝛ eſt os ex oſſibus eius ⁊ caro ex carne eiꝰ: ſicut eua ex adã Nam illō qḋ dꝛ geñ. iij. Nūc os ex oſſibus meis ⁊ caro ex carne mea. ꝓpter h̄ dimittet homo prẽ ⁊ matrẽ ⁊ adherebit vxori. ⁊ erūt duo ĩ carne vna ⁊c. lꝫ fuerit carnal̄r ↄpletū ĩ eua. tñ fuit magnuꝫ ſacramentuꝫ: qḋ poſtea fuit ſpūal̄r cōpletum in xp̄o et eccl̄ia. Quia ex latere xp̄i exiuit ſanguis et aqua. vñ hn̄t efficaciam ⁊ virtutẽ oīa ſacramẽta eccl̄iaſtica: per q̄ regenerāť fideles ⁊ nutriunť cōtinue. et mlťiplicata ẽ tota eccl̄ia. Et ſic tota eccl̄ia dꝛ os ex oſſibꝰ xp̄i q̄ntū ad firmos ⁊ ꝑfectos fideles. ⁊ dꝛ caro ex carne xp̄i q̄ntuꝫ ad infirmos ⁊ ĩbecilles. Sꝫ ſatiꝰ dꝛ os ex oſſibꝰ q̄ntū ad fidẽ articuloꝝ. et caro ex carne quo ad grãm ſacramẽtoꝝ. Nã tã fides articuloꝝ ꝙ grã ſacramẽtoꝝ exiuit ex latere xp̄i: qñ̄o exiuit ſanguis et aqua vt ait iohãnes ĩ ſua canonica ꝑ. caplo. v. dicẽs. Tres ſunt qui teſtimoīū dãt ĩ t̄ra. ſp̄s. aqua. ⁊ ſanguis. Iſta eni tria ꝓbuerūt nb̄ teſtimoniū fidei. ꝙ xp̄s erat verꝰ homo/ ⁊ fuit ꝟe paſſus ⁊ mortuus pro eccl̄ia ſua ſpōſa. Itẽ ibidẽ ĩ cruce xp̄s dimiſit patrẽ q̄ntū ad apparẽtiã: qꝛ q̄i dere lictus a prẽ voluit pati ⁊ mori. et dimiſit matrẽ ↄmẽdatã diſciplo. Et iō nō appellauit matrẽ/ ſꝫ mulierẽ. notificãdo ꝙ nō erat ibi nec patiebať in cruce tanꝙ filius naturalis marie. et tanꝙ homo particularis/ ſꝫ tanꝙ ſpōſus eccl̄ie ⁊ redemptor vniuerſalis. Et ſic dicit apl̄us ⁊ augꝰ. ꝙ xꝰ ibi reliquit patrẽ et matrẽ. et adheſit eccl̄ie vxori ſue. quã ex ſuo latere edidit. Et ſic f̄cti ſūt duo ĩ carne vna quadã miſtica et ſacramẽtali et indiſſolubili vniōe Ex qua vxore xp̄s continue regenerat et multiplicat ⁊ nutrit et ſanat ꝓlem ſuaꝫ ꝑ eccl̄iaſtica ſacramẽta. Et iſto modo eccl̄ia dꝛ vxor xp̄i valde dilecta ſm apl̄m et auguſtinū. Tercio ãt mō tota religio xp̄iana ſiue eccl̄ia dꝛ ſpōſa xp̄i dil̄cta. Et hoc dupliciter. Primo inq̄ntū xp̄s eam ſibi in baptiſmo deſpōſauit. Et ip̄a ſibi integram ⁊ incōcuſſam fidẽ ꝓmiſit. Scḋo inq̄ntū xp̄s eã ditauit et varietate ornamẽtoꝝ ſpūaliū decorauit. Vñ de primo dicit apl̄us ſcḋa ad cori. xj. Deſpōdi enim vos vni viro virginẽ caſtã exhibere xp̄o. De ſcḋo aūt dꝛ pſal̄o. xliiij. Aſtitit regina a dextris tuis ĩ veſtitu deaurato circundata varietate. Itẽ pſal̄o. lxvij. Rex virtutū dilecti dil̄cti ⁊ ſpeciei domꝰ eiꝰ diuidere ſpolia ⁊c. Iteꝫ yſay. lxj. Gaudens gaudebo ĩ dño. et exultabit aīa mea ĩ dō meo. qꝛ induit me veſtimẽtis ſalutis. Et indumẽto iuſticie circūdedit me. q̄i ſponſaꝫ decorauit me corona. et q̄i ſpōſaꝫ ornatã monilibꝰ ſuis. Ex oībꝰ ſuꝑdictis pꝫ qual̄r eccl̄ia inter cetera ſortitur iſta tria noīa. qꝛ dꝛ corpꝰ xp̄i inq̄ntū ẽ ↄſtituta et pulchra ⁊ bñe diſpoīta varietate mẽbrorū officialiū. ſcḋo put ꝓceſſit ex latẽ xp̄i et xꝰ ↄtinue ex ea regenerat ꝓleꝫ: dꝛ vxor xp̄i. ſed dꝛ ſpōſa inq̄tū xꝰ ip̄aꝫ ſumme diligit et eã magnis ornamentis decorauit et ditauit. Omnia ergo ſuꝑdicta ꝓuidẽs ſal̄on in ſpū maxīe contẽplando pſalmū xliiij. et. lxvij. et cet̄os pſal̄os dō p̄ris ſui cōfecit hoc canticū quintū ⁊ cet̄a ſeq̄ntia in quibꝰ dotat et ↄmendat eccl̄iam ſponſam ſuam in pulchritudīe ⁊ optīa diſpoſitiōe membroꝝ ⁊ in pulchritudīe et varietate ornatus. et ꝓfuſiōe odoramẽtoꝝ Iteꝝ ẽ aduertẽdū. ꝙ xp̄s ſicut ſucceſſiue ornauit et decorauit eccl̄iaꝫ ſpōſaꝫ ſuã ſꝫ diuerſos ſtatꝰ ⁊ gradus. ita p̄iter ſucceſſiue ↄmẽdat eam in reſiduo huiꝰ libri ſm diuerſos ſtatus ⁊ gradus. Iḋo in h̄ quīto cãtico cōmẽdat eam ꝑ ſtatu apl̄oꝝ et

UVA. BHSC. IyR 068_1

diſcipulo℞ ante paſſionē ſuam. In octa/
uo autē cātico ꝯmēdat eā ꝓ ſtatu apło℞
et oīuʒ fideliū īmediate poſt refrectionē
In nono autē ꝯmēdat eā ꝓ ſtatu pugne
martir℞ ⁊ rligioſo℞ et docto℞. In vltio
autē cātico cōmēdat eam ꝓ ſtatu ꝓſpita
tis ⁊ pacis poſt cōuerſionez cōſtantini.
Itē rurſus ē aduertēdū. ꝙ xp̄s bis orna
uit ecclīaʒ ſuaʒ. Primo in principio ſue
oſtēſiōis: qñ elegit ſingillatiʒ oēs apłos
⁊ diſcipulos ⁊ miſit eos ad p̄dicādū. Se
cūdo immediate ante paſſionē qñ inſti/
tuit ſacramētuʒ eucharistie ⁊ dedit apłis
ꝑtateʒ ꝯficiēdi illō ſacramētū. Et iō duo
facit ſalon in h̄ cātico. Nam primo ītro
ducit xp̄m decorātem ecclīam ſuaʒ ī prin
cipio ſue oſtēſiōis. Scd̄o ītroducit eūdē
xp̄m ornātez eandē ecclīam ſuā immedi/
ate ante paſſionē ſuā. ibi. Vadā ad mon
tez. Quantū ad p̄muʒ eſt aduertēdū. ꝙ
xp̄s nō ſolū ornauit ecclīaʒ ſuā: ſʒ etiam
p̄mo formauit eā / et parturiuit. et ꝓdu/
xit eā de latere ſuo. ⁊ regenerauit ꝑ bap
tiſmū. et diſpoſuit ⁊ diſtinxit eā in varie
tate mēbro℞. qñ ī p̄ncipio elegit apłos
et diſcipłos ⁊ baptizauit eos. Et tūc or/
nauit eam ⁊ decorauit qñ tradidit ꝑta/
tem diſcipulis. Et miſit eos ad baptizan
duʒ. vt pʒ mathei. x. Et luce. ix. ⁊. x. Tūc
eniʒ xp̄s dedit ecclīe ſue in apłis et diſci/
pulis oclos. ⁊ capillos. ⁊ dētes. et labia
et collū. ⁊ vbera ⁊ cetera membra. Hoc
ergo p̄uidēs ſalon memorat in hac parte
octo mēbra ſp̄ōſe xp̄i. Et introducit xp̄ʒ
ꝯmēdantē ecclīam ſp̄ōſam ſuam ī optīa
diſpoſitiōe iſto℞ octo mēbro℞ que ſunt
iſta. ſ. oculi. capilli. dētes. labia. eloquiū.
gene. collū. vbera. ꝑ que quidē membra
intelligit octo ſtat⁹ ſiue officia ecclīe. Vn̄
ꝑ oculos ītelligit apłos ⁊ p̄latos ecclīe.
quibus xp̄s reuelauit ſecreta ſua. ꝑ quoſ
quidem apłos ecclīa videt miſteria ſacre
ſcripture tanꝙ̄ ꝑ oclos. ⁊ ꝑ capillos in/
telligit popłos. Nā ſicut capilli deſcen/
dunt ⁊ ꝓcedūt ⁊ depēdent a capite ⁊ mł
tiplicātur in magnū numerū: ita populi
fideles deſcēdūt et depēdēt a xp̄o capite
ecclīe. et multiplicātur in magnū nume/
rum ꝑ regenerationē baptiſmalē. Itē ꝑ
dentes intelligit eoſdē apłos ⁊ p̄latos et
doctores ⁊ p̄dicatores ecclīe. ꝑ quos ec/
clīa maſticat et rumiat ⁊ digerit intelli/
gentiā ſacre ſcripture tanꝙ̄ cibos ſp̄ua/
les ip̄ius aīe. Itē ꝑ labia intelligit p̄mo
eoſdē apłos ⁊ doctores qui p̄dicarūt ⁊ ꝑ
dicant populis doctrinā euāgelicam. Et
ex ꝯn̄ti intelligit populos fideles qui cō
fitentur fidē articulo℞ ⁊ xitatē euāgeli/
cam. Et ꝑ eloquiū dulce intelligit̄ ip̄a ve
ritas euangelica quā apłi p̄dicarūt. et ꝑ
ut ip̄a ecclīa catholica cōfitet̄. Itē etiā ꝑ
eloquiū dulce intelligūtur officia ecclīa/
ſtica et orōnes fideliū que fiūt in ecclīa.
Itē ꝑ genaſ ītelligunt̄ viri religioſi ⁊ vir
gies ⁊ ꝯtinētes ī q̄b⁹ ꝯſiſtit hoñſtaſ ecclīe
Itē ꝑ collū ītelligunt̄ p̄lati ecclīe qui po
ſiti ſunt in turri ecclīe tanꝙ̄ ſup̄ turrim
dd̄ ad ſpeculandū: ne veniant inimici ec/
clīe ad inuadenduʒ eam. de quib⁹ dr̄ eze.
iij. ⁊ xxxiij. Fili hoīs: ſpeculatorē dedi te
domui iſrł. Itē ꝑ duo vba ecclīe ſimilia
duob⁹ gemellis capree: ītelliguntur duo
teſtamēta: quorū lacte et docťna nutriūt̄
fideles. Et eť ꝑ vnū vber intelligit̄ fides
articulo℞ ſiue docťna ſacre ſcripture. Et
ꝑ aliud intelligit̄ gr̄a ſacramēto℞. quib⁹
duob⁹ vberib⁹ tota xp̄iana religio fruit̄/
et creſcit et nutrit̄ in hac peregrinatiōe.
Sub tali ergo diſpoſitiōe mēbro℞ deco/
rauit et formauit x⁹ ecclīam ſp̄ōſaʒ ſuā.
Ip̄e eiʒ x⁹ dedit oculos colūbinos ſp̄ōſe
ſue: qñ dixit apłis. Eſtote prudētes ſic

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſerpententes/⁊ ſimplices ſicut columbe
mathei.x. Jtē ip̄e dedit ſibi copiā capil/
loꝝ qn̄o dixit ibidē. Meſſis quidē multa
opꝛarij autē pauci. Et iohā.iiij.qn̄o dixit
Uidete regiones: qꝛ albe ſunt ad meſſez
Jtē tūc dedit xp̄s dentes eccl'ie ad rumi
nādum ⁊ ſuggerendū qn̄o dixit. Ueniet
ſp̄s veritatis ⁊ docebit vos oēm ꝟitatē.
et ſuggeret vob̄ oīa que dixi vob̄ .io .xiiij.
Jtē qn̄o aperuit eis ſenſum vt intellige/
rent ſcripturas.luce.xxiiij. Jtē tunc de/
dit eis labia coccinea ad loquēdū eloqui
um dulce qn̄o dixit eis. Dū ſteteritis an
te reges ⁊ p̄ſides nolite cogitare qūo aut
quid loq̄mini/dabi̇ eiꝫ vob̄ in illa hora q̇d
loquamini.mat.x. Jtē tūc dedit xp̄s ec/
cl'ie genas rubeas ad p̄bendū bona exē/
pla honeſtatis populo. qn̄o dixit apl'is.
vos eſtis ſal t're: ꝙ ſi ſal euanuerit: ī quo
ſalief. Et vos eſtis lux mūdi p̄bēdo ſuple
exēplū vite ⁊ doctrine. Jtē tunc xp̄s de/
dit eccl'ie colluꝫ ⁊ turrim fortitudinis ad
tolerādos ⁊ repellēdos incurſus inimi/
coꝝ qn̄o dixit. Ecce ego mitto vos ſicut
agnos in medio lupoꝝ. Nolite timere
eos qui occidūt corpus ⁊c̄. Jtē tūc xp̄s
dedit eccl'ie duo vbera ad lactādos fide/
les qn̄o dixit petro. Paſce oues meas
⁊c̄.iohā.xxj. Et ſic pꝫ qual'r xp̄s diſpo/
ſuit et decorauit ſpōſam eccl'iam varieta
te mēbroꝝ ſ'm exhigētiaꝫ ſuā.et q̄l'r red/
dit ip̄am pulchram et ſufficiētem nec de/
ficiētem in neceſſarijs. Et de hac pulchri
tudīe ⁊ ſufficientia et optīa diſpoſitione
ꝯmēdat eā xp̄s in hoc quīto cātico dicēs
O q̄ꝫ pulchra es amica mea ſponſa in di/
ſpoſitiōe membroꝝ ſuple. Et q̄ꝫ pulchra
es ī aparatu et ornatu veſtimētoꝝ ⁊ odo
ramētoꝝ ſuple. Et notanter dicit.bis.q̄ꝫ
pulchra es.ſ.ut vnū referaf ad diſpoſiti/
onē mēbroꝝ: et alterū ad ornatū veſtimē

toꝝ et odoromentoꝝ.ut patebit. Et iđo
quo ad p̄mū ſubdit.ocl'i tui colūbarū.i.
ꝑſpicaces et penetrantes myſteria ſacre
ſcripf'e ſicut oculi colūbarū.q̄ſi dicat.ꝙ
apl'i et p̄lati et doctores ꝑ quos vides tā
q̄ꝫ ꝑ ocl'os ſunt ꝑſpicaces et penetratiui
ſicut oculi colūbaꝝ.quia quecunqꝫ audi/
ui a p̄re meo nota feci eis· Et iſta ſcīa q̄m
dedi eis nō ē inflata et ſuꝑba et leonina:
ſed hūilis et colūbina. et non dedi apl'is
et doctoribꝰ meis oculos leonū ſuꝑborū
ſꝫ ocl'os ſimplicium columbaꝝ. Sꝫ quia
iſta ſimplicitas ⁊ hūilitas latebat in mē/
te ⁊ ꝯſcīa apl'oꝝ.qꝛ ſcīa eoꝝ erat nō īfla
ta: ſꝫ cū interiori humilitate ⁊ bona ītē/
tione ⁊ caritate: iđo ſubdit. Abſqꝫ eo qđ
intrinſecus latet q̄i dicat. Oculi tui intel
lectuales ſunt ſubtiles ⁊ ꝑſpicaces ſicut
columbe/nō cū tumore ſuꝑbie: ſꝫ cuꝫ hu
militate ⁊ caritate in cōſciencia latente.
Et iō nolui eligere ad apl'atū philoſofoſ
et impatores: ſꝫ ſimplices ⁊ piſcatores.
vt n̄ ꝑ philoſophos lucrarer piſcatores
ſꝫ ꝑ piſcatores lucrarer philoſophos et
impatores. Et infirma ⁊ abiecta ⁊ humi
lia huius mūdi elegi.vt fortia ⁊ ſuperba
queqꝫ ꝯfunderē ⁊ vicerē. Deīde cū dicit
Capilli tui ⁊c̄.comparat capillos.i.po/
pulos eccl'ie ſpōſe xp̄i gregibꝰ capraruꝫ
que generanf ⁊ multiplicātur ī mōte ga
laath. Ad cuius ītellectū ē notādū ſicut
dictū ē ī expoīone cātici moyſi ⁊ legitur
numeri.xxxij.ꝙ in monte galaath ⁊ ī to
ta t'ra baſan q̄ adiacet iux̄ montē galaath
generanf et multiplicanf magis greges
caꝑꝝ q̄ꝫ alibi: ſicut accidit ꝙ vna r̄gio aut
t'ra ē magis apta ad gn̄atōeꝫ quorūdam
aīaliū q̄ꝫ alt'a. Jta illa regio ē apta et vb
rima paſcuis ꝓ aīalibꝰ alēdis et generan
dis: iō petierunt eā filij ruben in ſortem
tanq̄ꝫ maiores.vt pꝫ numeri.xxxij. Jdeo

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſponſus cõparat capillos.i.ppl'os eccl'ie ſponſe ſue gregibꝰ capꝛ̄u q̄ aſcenderūt de monte galaath. Unde ē aduertēdū ꝙ in hebꝛeo ponit̄ vnū verbū qđ ſignificat caleſieri in generatione. vbi dr̄. Capilli tui ſicut greges caprū que caleſiūt de mōte galaath. qͥ dicat ꝙ populi tui ſunt multiplicati ī magnū numerū ꝑ totū oꝛbem terrarū ꝑ regen̄ratione baptiſmalē ſicut greges capꝛarū ꝑ caloꝛes coytꝰ carnalis multiplicātur ī mōte galaath. et idē ſenſus eſt. Nā populus xp̄ianus aſcēdit et multiplicatꝰ eſt ī magnū numerū ꝑ baptiſmū. ſicut capꝛe aſcēderūt ⁊ creuerunt ī magnū numerū in mōte galaath ꝑ generatione carnalez. Deinde cū dicit. Detes tui ſicut greges tōſaꜝ. cōparat dētes huius ſponſe qui ſunt apl'i et p̄dicatoꝛes et euangeliſte et doctoꝛes gregibꝰ ouium eiuſdē regiōis. Unde ē aduertendū ꝙ qꝛ illa regio ē calida: greges ouiū balneant̄ et lauant̄ in aquis illꝰ planiciei baſan. et dū oues ſunt lote aſcēdūt ad mōtē galaath et ceteros montes circūadiacētes. ⁊ ſic fiūt albiſſime ⁊ pīgues. et ſic tā oues ꝙ capꝛe ſunt valde generatiue. et ſic ml'tiplicāt ꝓlem ⁊ generationē in magnuz numerū. intātū ꝙ nulla ē ſine ꝓle. ymo dicit̄ ꝙ pariūt geminos fetus vltra conſuetudinē ouiuz ⁊ capꝛaꜝ aliaꜝ regionū Et iō in duobus ꝯparat dētes eccl'ie gregibꝰ capꝛaꜝ ⁊ ouiū illius regiōis. Pꝛio in albedie ⁊ mūdicia. Scđo ī fecūditate et vbertate pꝛolis. dicit ergo. Dētes tui qui ſunt apl'i et euāgeliſte et doctoꝛes et pꝛedicatoꝛes ſunt albiſſimi ⁊ mūdi ſicut greges tōſaꜝ.i.ouiū. que aſcenderūt de lauachꝛo et balneo in eſtate in illa regione. et ſunt fecūde in gn̄one intātū ꝙ oēs ſunt fecūde duobꝰ gemellis. qꝛ quelꝫ earum parit duos gemellos. et nulla ē ſterilis ſine pꝛole inter illas. qͥ dicat. ꝙ ita fuerūt apl'i et euāgeliſte ⁊ doctoꝛes et p̄dicatoꝛes in p̄mitiua eccl'ia.ſ. mūdi ⁊ purificati ꝑ xp̄m ex lauachꝛo baptiſmali. ⁊ ita fecūdi ꝑ dona graꜝ: ꝙ nullus fuit ſterilis ⁊ ſine fructu inter eos. qꝛ vnuſquiſqꝫ eoꜝ non ſolum conuertit vnam ꝓuīciā ꝑ ſuā p̄dicatiōez: ſꝫ etiā duas ⁊ tres. Ad cuiꝰ intellectū ē aduertēdū ꝙ ſicut in hoīe naturali ſunt dentes anterioꝛes qui dn̄r inciſoꝛij ad ſcindēdū. et ſunt alij collaterales qui dn̄r molares ad molendū et terendū et ruminandū cibū m̄ialem Ita p̄it eccl'ia ſponſa xp̄i hūit dentes anterioꝛes in p̄ncipio.ſ. apl'os et euangeliſtas qui inſciderunt nobis ſacrā ſcrip̄taz in q̄ttuoꝛ euangelia et ep̄las et canōicas et actꝰ aploꜝ et apocalipſiꝫ. Sed poſtea dati ſunt eccl'ie dentes poſterioꝛes et molares.ſ. doctoꝛes et p̄dicatoꝛes qui ꝯtriuerunt et digeſſerunt et gloſarūt ⁊ declararūt et ruminarunt nobis totā doctrinā euangelicā ⁊ apl'icā quā illi pꝰ īſciderāt. Et ſic nullus illoꜝ fuit ſterilis ſin̄ fructu ymo quilꝫ illoꜝ talētū ſibi a xp̄o traditū geminauit. ⁊ oēs reuerſi ſunt ad xp̄z poꝛtantes manipulos ſuos. ſicut xꝰ dixit eis Ego miſi vos vt eatis et fructū afferatis ⁊c. jo.xv. Sed qꝛ ip̄i apl'i et euangeliſte et doctoꝛes ⁊ pꝛedicatoꝛes ⁊ pꝛelati non ſolū ſunt dētes eccl'ie ad ſcindēdas ⁊ ruminandas ſacras ſcripturas: ſꝫ etiā ſunt labia ad loquēdū et p̄dicādum doctrinā euāgelicam ⁊ apl'icam populis fidelibꝰ. Jdō ſubdit. Sicut vitta coccinea labia tua. vn̄ labia aploꜝ ⁊ euāgeliſtarū et oīuz doctoꝛum dicuntur coccinea. qꝛ nunꝙ̄ fuerunt ſine rubedine et ardoꝛe et igne caritatis. qꝛ finis totius legis eſt caritas Et ſic oēs loq̄bant̄ cū rubedīe caritatis. Jdō dn̄r habere labia coccinea. vn̄ ſicut

UVA. BHSC. IyR 068_1

rubedo cocci ſiue alquermes decorat la/
bia pulchre mulieris: Ita rubedo carita
tis decorat totã ſacrã ſcriptura͂. nec põt
eſſe aliquis bon⁹ nec ei⁹ op⁹ meritoriu3:
niſi fundetur ⁊ pcedat a caritate ⁊ tẽdat
in caritatẽ. Et iõ eloquiũ taliũ labiorum
dicitur dulce. ⁊ generat dulcedinẽ in aïo
audiẽtiũ cum fide ⁊ caritate attẽdentiũ.
Et q2 tota ſacra ſcriptura pcedit a talib⁹
labijs et inter talia labia v̄ſatur et rumi
na͂t. iõ dicit dd pſal'o. c. xviij. Quã dulci
ta faucibus meis eloquia tua ſuper mel
ori meo. Itẽ pſal'o. xviij. Deſiderabilia
ſup auꝝ et dulciora ſup mel et fauũ. et h͂
intẽdit innuere ſpõſus cũ ait. Sicut vit/
ta coccinea labia tua. et eloquiũ tuũ dul
ce. Deïde cũ dicit. Sic̃ fragmẽ mali pu/
nici: ita et gene tue. Cõmẽdat ſpõſa3 ſuã
eccl'ia3 quo ad ſtatũ religionis et honeſta
tis. ſiue de religiõe et honeſtate q̃ debet
nitere ⁊ polere principal'r oĩs p̄latus et
religioſus ⁊ ex ꝯñti oĩs fidelis. q̃ quide3
religio ⁊ honeſtas maxĩe oſtẽdit̃ ĩ genis
et in erubeſcẽtia genaꝝ. Ad cui⁹ intellec
tũ ẽ notãdũ. ꝙ gene ſunt ille ptes vult⁹ q̃
ſũt ĩmediate ſub ocl'is tenẽtes naſũ ĩ me
dio. Et ſic ſũt ptes antiores ⁊ nude. q̃s p
tes na͂ta pilis nõ cooꝑuit ſicut ceťas par
tes capitis. nã natura cooꝑuit verticem
capitis capillis: et texit tẽpora et maxil/
las pilis barbe in viris: et tñ dimiſit ſo/
las genas nudas ſine pilis. vt p barbam
oñdat̃ fortitudo et grauitas et autoritas
in viro. et p genas circũq3 ſiue ad la͂ta
cõtectas oñdat̃ veritas ⁊ honeſtas in eo
quo ad ꝯuerſatiõ3. Uñ gene ſunt nũcie
⁊ q̃i ſpeculu3 cordis ⁊ interioris ĩtẽtiõis
quo ad gaudiũ ⁊ letiã ⁊ triſticiã. ⁊ timo
rem ⁊ audaciã et v̄itatẽ. Na3 qño quis
gaudet ĩ corde/ridẽdo oſtẽdit gaudium ĩ
genis. et qño triſtat̃ demiſſis genis inci/
pit flere. ⁊ ſic oñdit ĩ genis dolores cor/
dis. et qño timet morte3 ilico gene hoĩs
palleſcunt. eo ꝙ ſanguis fugit ad tegen/
du3 et ſubueniẽdũ cordi. ſ3 ſi timet ĩfami
am. tũc gene erubeſcũt quodã leni rubo
re. eo ꝙ ſanguis exit ad ſupficiẽ genaru3
volens q̃i eas coopire: ne ledãtur aliqua
infamia. Itẽ qño quis nil timet ⁊ loqui
tur v̄itatẽ: tũc loquitur vultu ſereno nõ
mutato. cui⁹ oppoſitũ facit qño loquit̃
mẽdatiũ. Et ſic p3 qual'r gene ſunt ſpe/
culu3 honeſtatis et v̄itatis totius hoïs.
Et iõ natura reliquit eas nudas. ſ3 cir/
cũtexit eas pilis capitis et barbe ĩ viris
ſ3 q2 femine nõ habẽt barbã: iõ nutriunt
coma3 ⁊ crines capitis vt poſſint tegere
tp̃ora ⁊ maxillas ad circũtegẽdas genas
Et poſtq̃ ſunt nupte: cõſuetudo et na͂ta
docet ꝙ velent et tegant caput et collũ et
maxillas artificialit̃ cũ pannis lineis aut
ſericis: ut ſolus vult⁹. ſ. oculi et gene et
os maneat nud⁹ ad excercẽda officia eoꝝ
puta oculi ad vidẽdũ/et os ad loq̃ndũ et
guſtandum/ et nares ad odorandum/et
gene ut ſint ſpeculum ſupradictoru3. ſci/
licet veritatis et honeſtatis. Et ideo dicit
ſal'on in pſona xp̃i in hac pte. ꝙ ſicut iſta
ſpõſa xp̃i hꝫ oculos qui ſunt ap̄l'i et p̄lati
et doctores: ita ſimilit̃ habet genas qui ẽ
p̄latoꝝ ſtat⁹ ⁊ religioſoꝝ in quib⁹ tanq̃ ĩ
ſpeculo oñdr̃ veritas et honeſtas xp̄iane
religiõis. et debẽt eſſe ſpeculũ religionis
et honeſtatis et veritatis ĩ vita et doct͂na
vt exẽplo et doct͂na eoꝝ ceťi moueant̃ ad
credẽdũ et bñ operandũ. De quib⁹ dicit x⁹
mat. v. Uos eſtis ſal ťre/et vos eſtis lux
mundi ⁊c. Et iõ cõpat ſtatũ p̄latoꝝ et re
ligioſoꝝ et toti⁹ xp̄iane religiõis ad frag/
men mali punici ſiue granati p medium
ſecti. primo multa grana ſub quoda3 or/
dine ꝯgregata ⁊ ſituata. Scdõ q2 oĩa illa

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſine macula. Sꝫ lꝫ virgo maria fuerit ſemꝑ tota pulchra ſine macula. ꝑut dctm̄ ē in ſcd̄o cantico. et diceť in ſeq̄nti q̄ſito: Tamen iſta rn̄ſio nō euacuat difficultatem. Nam apl̄s ſcd̄a ad cori. xj. de tota eccl̄ia dicit. Deſpōdi eniꝫ vos vni viro virginē caſtā exhibere xp̄o. Itē ad ephe. v. dicit. ꝙ xp̄s exhibuit et reddidit eccl̄iaꝫ ſpōſaꝫ ſuaꝫ nō habētē rugā neqꝫ maculā. Et iō ad tollendā huiuſmodi difficultatē eſt aduertēdū. ꝙ iſte terminus tot⁹. tota. totum. q̄noqꝫ ꝯnotat ī reb⁹ totalitatē forme. q̄noqꝫ totalitatē materie. vn̄ totalitas forme domus eſt ip̄a pulchra ⁊ decēs figura ei⁹. Sꝫ totalitas materie dn̄r lapides ⁊ cimētū et ligna et tegule. et ſic domus poterit eſſe tota pulchra rōe optīe et decētis forme. lꝫ hēat aliquā partē materialem turpeꝫ puta aliqueꝫ lapideꝫ vel lignū. Itē ergo pariter in eccl̄ia eſt cōſideranda totalitas forme: que cōſiſtit ī fide articuloꝝ et gr̄a ſacramētoꝝ ⁊ obſ̄uācia p̄ceptoꝝ ⁊ varietate ⁊ ſufficiētia graduū ⁊ officioꝝ. Scd̄o eſt ꝯſiderāda totalitas materie q̄ cōſiſtit ī multitudīe ⁊ diuerſitate mēbroꝝ tā infirmoꝝ / q̄ ſanoꝝ Primo ergo modo rōe forme eccl̄ia ſpōſa xp̄i eſt tota pulchra ſine aliqua macula. qꝛ ſufficiēter xp̄s decorauit eā virtutibus theologalib⁹. ſ. fide. ſpe. ⁊ caritate. ⁊ ſepteꝫ donis ſp̄s ſcti. et gr̄a ſeptē ſacramētorum. et optima lege euangelica. et ſufficienti copia miniſtroꝝ ⁊ graduū et officioꝝ. et ſic nihil deficit ad pulchritudinem forme eius. Sed ꝑpter hoc non tollitur quī eccl̄ia hēat aliqua mēbra materialia turpia ꝑ pctm̄ et infirma. nec tolliť quī aliquis miniſter eccl̄ie aut prelat⁹ poſſit male et indecēter vti officio ſuo. abſqꝫ hꝫ ꝙ deturpet pulchritudiem forme ipſius eccl̄ie. vn̄ eccl̄ia ꝑpter hoc hēt copiā pulchritudīs ſacramētoꝝ ⁊ officioꝝ. vt poſſit aſſidue mūdare ⁊ pulchrifacere membra materialia que cotidie deturpanť ſor de pcti. Et ſic eccl̄ia ſemꝑ ē tota pulchra ſine macula rōe forme. qꝛ fides eccl̄ie nō patitur ſecū aliqd̄ falſuꝫ aut mēdaciū. n̄c caritas aliqd̄ pctm̄. nec ſpes aliqd̄ terrenū: quin tēdat in altuꝫ. et ſic de ſingulis partib⁹ formalib⁹ eccl̄ie. Eſt autē iteꝝ aduertēdū. ꝙ formarū quedā eſt tota in toto: et tota in qualibet parte: ſicut aīa intellectiua. Et quedā ē tota in toto: ſed nō ī aliq̄ pte. ſicut forma circuli. Et q̄daꝫ eſt tota in toto: ⁊ in aliq̄ parte: ſꝫ non in qualibꝫ parte: ſicut forma ſenſus tactus eſt ī toto aīali: et etiā in aliq̄ pte: ſꝫ nō in oſſib⁹. Ita ergo ē dicēdū de forma eccl̄ie qꝛ eſt tota in toto corpore eccl̄iaſtico: ſed nō in qualibꝫ pte et mēbro materiali. ſꝫ potuit repiri in virgīe maria tota forma eccl̄ie. puta fides articl̄oꝝ et tota gr̄a ſacramētorū ⁊ obſ̄uātia p̄ceptorū. et tota varietas et copia graduū ⁊ dignitatū. qꝛ fuit virgo / ⁊ ſponſa / ⁊ fecūda / ⁊ euāgeliſta / ⁊ martir. ꝑut fuit dictū ſuꝑ magnificat. ⁊ ſic fuit tota pulchra quo ad formā eccl̄ie. Sꝫ diceret forſan aliquis. ꝙ virgo maria nō fuit ſacerdos. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō potuit ꝯficere euchariſtiaꝫ nec miniſtrare alia ſacramēta. et ꝑ ꝯn̄s nō hūit totā pulchritudinē eccl̄ie. Ad hoc reſpondeť. ꝙ lꝫ virgo maria nō fuerit ſacerdos ad ꝯficiēdam euchariſtiā: tn̄ hūit aliquid equiualens ⁊ etiā ſupexcedēs: qd̄ nunq̄ hūit aliquis ſacerdos hui⁹ eccl̄ie. Naꝫ illud ideꝫ corpus xp̄i. qd̄ conficit ſacerdos ꝑ verba cōſecrationis. cōfecit virgo maria in ſuo vētre virgiali ex puris ſanguinib⁹ ſuis opere ſp̄s ſcti. Item ſicut ſacerdos ꝑ illa v̄ba facit deſcēdere xp̄m in illud ſacramētum vt īquit ambroſius: ita virgo maria



UVA. BHSC. IyR 068_1

dicēdo. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm ver
bum tuū. fecit filiū dei deſcēdere de celo
et ſumere illā carnē ex ea: quā conſecrat
ſacerdos. vt inquit aug⁹. Itē ſicut xp̄s
ſacerdos eternus ſctificat fideles p ſacer
dotes tp̄orales miniſtrātes eccl'iaſtica ſa
cramēta: ita p vocē ⁊ ſalutationē virgīs
matris ſue ſctificauit iohānē baptiſtā. et
illuſtrauit eliſabeth ſpū pphetico. prout
dictū eſt in expoſitiōe ſup magnificat. et
ſic pꝫ qualiter tota iſta eccl'ia eſt tota pul
chra ſine macula quo ad formā. licet ha/
beat aliqua. ymo multa mēbra materia/
lia infirma et ſorde pcti deturpata. et pꝫ
etiā qual'r virgo maria ē tota pulchra ſi/
ne macula nō ſolū quo ad formā totā
eccl'ie: ſꝫ etiā ē tota material'r pulchra. q2
nunq̄ in eius corpore: aut aīa locus po/
tuit inueniri pcti. vt inquit aug⁹. ī ſmōe
ſcdo de natiuitate virgīs. ⁊ nunq̄ fuit in
tenebris: ſꝫ ſemp in luce. et nunq̄ ī nocte
ſꝫ ſemp in die. vt inquit jeroni⁹. ſup pſ.
lxxvij. Scdo autē dictū ē in hoc quīto cā
tico quō eccl'ia fuit coronata. i. triūpha/
uit de capite amana/ et de xtice ſanir. et
hermon. et de cubilib⁹ leonū/ ⁊ de mōti/
bus pardoꝝ. Et dictū eſt quō oīa dicta ī
hoc cātico. et q̄ttuor pteritis principal'r
xificātur de virgīe maria. eo q2 tūc erat
principalius mēbrū eccl'ie poſt xp̄m. Et
iō eſt hic vidēdū quō virgo maria trium/
phauit de capite amana. et de vertice ſa/
nir ⁊c. Ad cuius intellectū ē aduertēdū
q amana ē mons in fine terre pmiſſiōis
inter aquilonē ⁊ meridiē plenus ſpētib⁹
Et iō īterpretat' iniquus aut coāguſtiās
aut pprimēs/ aut angēs: qđ ē ppriū ſpē/
tibus. vñ ſpēs dr̄ anguis ab angēdo. eo
q2 tortuoſo circulo angit hoīem. et iniq
aſtucia inſidiatur et iniquo et mortifero
morſu mordet hoīem. Et iō ī hoc loco p
amana ītelligit' diabolus ſpēs antiquus
qui aſtu iniquo ⁊ mēdaci decepit primos
parentes. Et momordit eos ſeptuplici
morſu. ſ. morſu pcti in aīa: et morſu ven̄
noſe ꝯcupiſcētie in carne. Et morſu mor
tis et incinerationis in corpore. ⁊ ſpecial'r
momordit mulierē morſu erūpnaꝝ ī cō/
ceptu ⁊ partu. et morſu ſubiectiōis ⁊ ſer
uitutis. q2 ſubiecit eā ſub poteſtate viri
que ante erat cōſortia ⁊ equalis. Et hos
ſeptē morſus trāſmiſerūt primi parētes
ex ſentētia dn̄i ī oēs poſteros. vt pꝫ geñ.
iij. Et ſic pꝫ qual'r ſpēs antiquus trium/
phauit de primis parētib⁹ et de ſuis po/
ſteris p hos ſeptē morſus. Sꝫ ſi cū cari/
tate et attētiōe volumus cōtemplari hoc
miſteriū ī ſacra ſcriptura: videbim⁹ qua
liter ſpens antiquus nō potuit mordere
virginē mariā matrē xp̄i aliquo morſu
illoꝝ ſeptē. nec p ꝯñs triūphauit de ipa
ymo virgo maria triūphauit de ipo dia/
bolo antiquo ſpente: qđ ſic pbat' ex ſnīa
et decreto dei in ipa ſacra ſcriptura. vñ
legit' geñ. iij. q poſtq̄ ex ſuaſu ſpētis eua
comedit fructū ⁊ dđit ex eo ade viro ſuo
ambo cognouerūt ſe eſſe nudos ⁊ confu
ſos p qđ denotatur cōfuſio et corruptio
culpe tam in corpore q̄ in aīa. Et tūc de⁹
pmulgauit ſnīam cōtra oēs tres. ſ. ꝯtra
ſerpentem ⁊ oēs cōplices ſuos diabolos
Et ꝯtra euā ⁊ ꝯtra adam. que quidē ſen
tentia fuit data et pml'gata ſm ordinem
put pcm fuerat ppetratū. vñ q2 ſerpēs
primo ex inuidia decepit mulierem. ⁊ ex
inde mulier perſuaſit viro: vt comederet
iō p prius fuit lata ſentētia ⁊ maledictio
ꝯtra ſerpentē. et exinde ꝯtra mulierē: et
vltimo cōtra virū. ⁊ totā eoꝝ poſterita/
tem. Sꝫ ante q̄ de⁹ pferret ⁊ promulga
ret ſentētiā cōtra euam ⁊ adam cū eorū
poſteritate ſimul in ſentētia data contra

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De quinto cantico.

diabolū fuit virgo maria exempta ⁊ pri/
uiligiata a comuni ſnīa humane nature
lata in primis parentibus.ymo in eadeʒ
ſententia lata cōtra diaboluʒ deꝰ prenūci
auit qualr virgo maria debebat triūpha
re de diabolo. ⁊ nō ſubici nec cōprehēdi
in ſententia lata ꝯtra primos parētes et
eoꝝ poſteritatē.vñ dixit deꝰ ſpenti.Ma
ledictus eris īter oīa aiantia:inimiciciaſ
ponam inter te/et mulierē. ⁊ ſemē tuuʒ
⁊ ſemen illius.ipa cōteret caput tuū.Et
inſidiaberis calcaneo eius.Deinde deus
pronūciauit ⁊ ꝓmulgauit ſnīam contra
mulierē dicēs.Multiplicabo erumpnas
tuas et ꝯceptus tuos.i dolore paries fi/
lios et ſub poteſtate viri eris:et ipe dñā
bitur tibi.Deīde vltīo ꝓmulgauit ſnīaʒ
cōtra virū: que fuit cōis ꝯtra oēs poſte/
ros vtriuſqʒ ſexus dicēs.Maledicta ter
ra ī ope tuo.In laboribꝰ comedes ex ea
cūctis diebꝰ vite tue.Spinas et tribulos
germinabit tibi.et comedes herbas tre.
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo
donec reuertaris in terrā de q̄ aſſumptꝰ
es:qr puluis es/⁊ in puluerē reuerteris
Ex hac triplici ſnīa pʒ ꝙ ſeptē mala ꝯtra
xerūt primi parētes ex pcto et ſnīa dei.
Primo fuit īflicta eis corruptio et mor
bus cōcupiſcētie in carne et ſenſualitate.
ex cuiꝰ cōſortio aīa cōtrahit culpā origīa
leʒ p hoc qd̄ dixit deꝰ ſpēti.Tu inſidiabe
ris calcaneo eius.i.inficies eius carnem
et ſenſualitatē : q̄ eſt calcaneū aīe.Et eti
aʒ per hoc qd̄ dixit deus ipi ade.Male/
dicta terra.i.maledicta caro et ſenſuali/
tas in ope tuo.i.ex pcto et inbedientia ⁊
eſu cibi ꝓhibiti:qr ſpinas pcti originalis
et tribulos pcti actualis germinabit tibi
⁊c.Hoc autē dixit. qr caro infecta p ſo/
lum cōſortiū in aīatione infligit pctʒ ori
ginale in aīa. Et poſtea ſenſualitas cor/
rupta cauſat ⁊ infligit pctm actuale ī aīa
et voluntate p ſolū cōſenſum ⁊ opatiōeʒ
Itē ex ſnīa data mulieri pʒ qualr tripli/
cem penā incurrit mulier ex pcto.Prio
penā erūpnarū et miſie quā quelibʒ mu
lieꝝ patit omni menſe ex menſtruo. Se
cūdo dolorē in pariēdo.Tercio ſubiectio
neʒ ſub poſtate viri.Per ſnīaʒ autē datā
cōtra adaʒ incurrit totū genus hūanuʒ
nō ſoluʒ laborē corporaleʒ:ſʒ etiā male/
dictionē et corruptionē carnis et ſenſua/
litatis:que cōtinue germīat ſpinas ⁊ tri
bulos pctoꝝ in aīa.Et vltio incurrit re/
ſolutionē ⁊ putrefactionē ⁊ incineratio/
nem in morte. Ex ſupdictis ſequit prio
ꝙ ſeptē mala incurrit totū genus hūanū
ex pcto primoꝝ parētū ex ſnīa dei:quoꝝ
quattuor ſūt comūia oībꝰ hōibꝰ vtriuſqʒ
ſexus deſcēdentibꝰ a primis parētibꝰ per
naturaleʒ generationeʒ.ſ.corruptionem
carnis ſiue morbū ꝯcupiſcētie.Scd̄o pec
catū originale in aīa.Tercio actuale ī vo
luntate p cōſenſuʒ. Quarto reſolutionē
in terrā et putrefactionē ⁊ incineratiōeʒ
per mortē.Sole autē mulieres incurre/
rūt penā erūpnarū in mēſtruo ⁊ ī cōcep
tu.⁊ dolorē in partu ⁊ ſubiectioneʒ viro
Et ſic pʒ qualr diabolus ſpēs antiquus
ſupdictis ſeptē morſibꝰ momordit totuʒ
genus hūanuʒ.et p ꝯñs triumphauit de
primis parētibꝰ et de tota eoꝝ poſterita
te p hos ſeptē morſus.Scd̄o ſequitur ex
ſentētia ⁊ decreto dei.ꝙ virgo maria nō
fuit cōprehēſa ī ſupdicta dei ſnīa lata cō/
tra primos parētes et eoꝝ poſteritateʒ.
ymo ex dei decreto fuit preexēpta et ex/
cepta a tali ſnīa.et p ꝯñs ſpens antiquꝰ
nō triūphauit de ea.qd̄ ꝓbat. nā anteꝙ̄
ferret deꝰ ſnīam cōtra primos parentes
dixit diabolo. inimicicias ponaʒ inter te
et mulierē.ſʒ ipa conteret caput tuū:tūc



UVA. BHSC. IyR 068_1

manifeſtum ē. ꝙ iſta q̃ erat cõtriſa caput
ſerpentis nõ fuit eua. qꝛ ipa iã erat victa
et cõtrita p ſpẽtẽ: ymo ſibi data fuit ſen/
tentia ꝓ oib⁹ ſuis poſteris. Ergo ſequit
ꝙ illa mulier q̃ erat cõtritura caput ſpẽ
tis: erat ſola virgo maria. ꝓut indifferẽ/
ter tenẽt cõcorditer oẽs catholici docto/
res. ergo ſequit ꝙ ille ſpẽs antiqu⁹ nun
q̃ poteat mordere virginẽ mariã: poſtq̃
per eam caput eius erat cõterẽdum. Ex
quo pꝫ ꝙ virgo maria nullo illoꝝ ſepteꝫ
morſuũ fuit p ſpentẽ morſa nec vulnera
ta. qꝛ aliter nõ cõtriuiſſet caput ſpentis
Et ſic etiã pꝫ ꝙ cũ antiquus ſpens triũ/
phaſſet de oib⁹ aliiſs: tñ nõ valuit trium/
phare de virgĩe maria: poſtq̃ nullo mor
ſu potuit ipam mordere. ymo ipa virgo
maria triũphauit de antiquo ſpẽte: poſt
q̃ cõtriuit caput eius. Et ſic pꝫ qualr ex
ſnĩa ⁊ decreto dei fuit promulgatus triũ
phus virginis marie cõtra diabolum. et
fuit prenũciata exceptio eiuſdẽ a cõi ſnĩa
alioꝝ: anteq̃ cõis ſnĩa ꝓmulgaret. cuius
effectus patuit poſtea p expientiã. Naꝫ
oẽs doctores concordant ꝙ virgo maria
fuit exempta a triplici pena inflicta oib⁹
mulierib⁹. qꝛ nõ ex mẽſtruo nec coitu. ſꝫ
ex puriſſimis ſanguinib⁹ ope ſpũs ſcti xpꝫ
cõcepit. vt pꝫ luce prĩo. ⁊ ſine dolore pe/
perit ⁊ nõ fuit viro ſubiecta. qꝛ ſolũ da/
tus ẽ ſibi in obſequiũ ⁊ cuſtodiam: et vt
teſtis ſue virginitatis. Itẽ oẽs cõcordãt
ꝙ fomes carnis in ea a principio fuit ex/
tinctus vel ligatus. ⁊ oẽs cõcordãt ꝙ nõ
poterat peccare mortalr nec venialr. eo
qꝛ a principio fuit in grã confirmata. Et
iam tota eccl'ia cõiter tenet cũ auguſtino
ꝙ corpus ei⁹ nõ fuit in ſepulchro incine/
ratũ: ſꝫ ꝙ aĩa in tercia die recupauit cor/
pus gl'ioſuꝫ. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ in his ſex vir
go maria nõ fuit cõprehenſa ñc ſubiecta
comuni ſentẽtie date ⁊ late primis parẽ/
tib⁹. Sꝫ tota eccl'ia nõ hẽt aliũde vñ hoc
poſſit excuſare: niſi qꝛ virgo maria ante
fuit exẽpta: q̃ ꝓmulgaret comunis ſnĩa
eo qꝛ erat ꝯtritura caput ſpẽtis. ne mor
deret eam. ergo p eãdeꝫ rationẽ et locuꝫ
autoritatis cogimur dicere. ꝙ virgo ma
ria fuit exẽpta a morſu pcti et culpe ori/
ginalis: qꝛ aliter nõ cõtriuiſſet caput ſer
pentis. et p ꝯñs ſicut ꝓcedit ꝙ virgo ma
ria triumphauit de ſerpente quo ad ſex
morſus. ita triumphauit de illo. quo ad
ſeptimũ morſum: qđ eſt pctm originale.
qui eſt primus morſus quo ſpens mor/
det ⁊ ſauciat hoĩem in aĩa. Et ſic pꝫ qua
liter virgo maria perfecte cõtriuit caput
ſerpentis ⁊ triũphauit de ipo. Et hoc eſt
qđ intẽdebat dicere ſalon in perſona xpi
dirigẽs verba cãtici ad virginẽ mariã di/
cens. Tota pulchra es amica mea: et ma
cula nõ eſt in te. q̃i dicat nulla macla pec
cati nec aliqua illaꝝ ſeptẽ penaꝝ eſt in te
que fuerũt inflicte in adã ex pcto eius et
ſnĩa dei. iõ veni de libano puritatis ⁊ co
ronaberis. i. triumphabis de capite ama
na. i. de capite antiqui ſpentis: qđ cõtri/
uiſti. qđ quidẽ caput cõtritũ et calcatum
ſub pede et calcaneo tuo non potuit te
mordere aliquo illoꝝ ſeptem morſuum.
Quomodo antẽ virgo maria fuit obliga
ta ĩ adã quo ad naturã: ſꝫ illa obligatio
nõ potuit trãſire ad pſonã ꝓpter preuiã
ſcĩficationem fcam in primo inſtãti ſui
eſſe. eo qꝛ aĩa illa ſimul fuit creata ⁊ ſcĩfi/
cata et infuſa: et ſic ſimul fuit ſcĩficata
caro cũ aĩa. et etiaꝫ caro potuit ſcĩficari
ante aĩationẽ p virtutẽ ſcĩ ſpũs. Et ſic per
ſona virginis nõ fuit obnoxia alicui pcto
ſꝫ ſemp fuit templũ et tabernaculuꝫ ſpũs
ſcti a principio ſue creatiõis. Et qñ oẽs
autoritates ſacri canonis ⁊ ſacroꝝ doc/

UVA. BHSC. IyR 068_1

toꝝ inducte cõtra h̄ ꝓpoſitū nō ꝓcedūt niſi de pc̄to nature: iam oſtēſuȝ et declaratū fuit largo modo i expoſitiōe pſal. xlv. et ſuꝑ magnificat ⁊ partiȝ ſupi⁹ i cātico. ij. Et iō hic nō oportet īmorari: ſed ſufficit oſtendere / qūo virgo maria triūphauit de capite amana. i. de pc̄to origīali et actuali et veniali. et qūo triūphauit de corruptiōe ⁊ fomite carnis. et de triplici maledictiōe et miſia inflicta ceteris mulierib⁹. Ultio triūphauit de morte q2 nō potuit eam incinerare. ymo rexrexit in corpus glīoſum. Et ſic pȝ qualr̄ triūphauit de capite amana. i. de capite ſpentis antiqui qđ cōtriuit. Et ſic non ſolum fuit benedicta inter oēs mulieres: ſȝ etiā inter oēs hoīes vtriuſqȝ ſexus. q2 ab oī maledictiōe fuit īmunis. ymo maledicto eue. et oīuȝ hōiuȝ fuit cōuerſa in bn̄dictionē marie. vt inquit auguſtin⁹. Scđo ē videndum qūo virgo maria triūphauit de vertice ſanir. Ad cuius intellectū eſt notādūȝ: ꝙ vltra amana q̄ttuor mōtes pugnarūt cōtra virginē mariā de quib⁹ ipa finalr̄ triūphauit. ſ. ſanir et hermon. et mōtes ⁊ cubilia leonū. et mōtes pardorum. ꝑ quos quattuor mōtes intelliguntur q̄ttuor poteſtates ⁊ ꝑditiones hoīuȝ qui conati ſunt īpugnare virginē mariā et eius virginitatē ⁊ dignitatē. Primus mons dr̄ ſanir qđ interpretat̄ de⁹ lucernī ſiue ſciētie. Et ſic vertex ſanir idē eſt ꝙ altitudo ſiue tumor / aut elatio ⁊ faust⁹ ſcie philoſophie mūdane. per qđ intelligitur faustus ⁊ elatio philoſophoꝝ hui⁹ mūdi Hermon autē interpretat̄ anathema. i. maledictio ⁊ ſepatio ꝑ quē mōtē intelligit̄ iſte mundus et ſolicitudo ei⁹. q̄ ſepat hoīes a deo. vel itelligūt̄ oēs iudei ⁊ oēs infideles qui ſunt a deo ſeparati ⁊ maledicti. Per mōtes vero ⁊ cubilia leonum intelligūtur reges ⁊ principes hui⁹ mūdi maxime populi gētilis ⁊ infidelis. Et etiā ꝑ cubilia leonū intelligūtur templa ydoloꝝ vt patebit. Per montes xo pardoꝝ in ſcriptura cōiter intelligūt̄ oēs heretici. eo q2 multis ⁊ falſis ⁊ fictis colorib⁹ concinarūt ⁊ palliarūt ſectas ſuas. ⁊ inter ſe varias hūerūt opiniones. Oēs ergo iſti pugnarūt cōtra virginē mariaȝ ſȝ ipa finalr̄ de eis triumphauit. Primo ergo oēs philoſophi volētes oīa ꝯprehēdere ſub natura ⁊ de oīb⁹ volentes reddere ratiōeȝ conati ſunt impugnare miſteriū incarnatiōis dicētes. īpoſſibile eſſe mulierē concipe ſine viro ⁊ concipe ⁊ parere cū virginitate: et eſſe matrem dei. et deū fieri hoīem pſonalr̄. ſȝ finalr̄ virgo maria de philoſophis triūphauit. Nam dionisius ariopagita qui apicē ⁊ verticeȝ ⁊ principatū philoſophie athenis obtinebat. credidit miſteriū īcarnatiōis ⁊ partum virgīalem ipius marie. Et fc̄tus eſt fidelis ad p̄dicationem pauli cuȝ multis alijs philoſophis: vt pȝ act. xviij. Item gregori⁹ nazazenus / et baſilius / ⁊ euſebi⁹ et auguſtinus / et clemēs / et dionisius alexandrinus. ⁊ alij inumeri ex philoſophiſ fc̄ti ſunt catholici et doctores ecc̄ie. qui oēs īnumeros libros et tractatus et ſermones loculētos ediderūt de virginitate et dignitate virgīs marie. Ex quo pȝ. ꝙ virgo maria triūphauit de xtice ſanir. i. de altitudīe ⁊ fauſtu ⁊ elatione philoſophoꝝ. Itē ſcđo triūphauit de xtice hermon. i. de ſollicitudīe hui⁹ mūdi. Nam ī tercio anno rēnuit huic mūdo. ⁊ fuit preſentata in templo. et dedicata ad ſuiciuȝ dei vſqȝ ad ei⁹ deſponſationē: qūo ſimul cuȝ voto virginitatis fuit deſponſata ipi ioſeph viro ſc̄to ⁊ iuſto ⁊ virgini. Et ſic ambo cū virginitate ⁊ pauꝑtate duxerūt



UVA. BHSC. IyR 068_1

vitam hũilem ⁊ paupem xp̄m miniſtrã/
tes. Et ſic p₃ qualr̄ virgo maria triũpha
uit de fauſtu et põpa hui⁹ mũdi. Et triũ/
phauit etiã de hermon. i. de anathemate
⁊ maledictione iudeoꝝ: qui ſibi ⁊ ſue di/
gnitati contradixerũt. Nam. xlij. anno
poſt paſſionẽ xp̄i pt̄i fuerũt fame ꝯſump
ti/ et pt̄i trucidati/ et ptim in captiuitatẽ
redacti/ et p mundũ diſpſi/ ⁊ ciuitas eoꝝ
ſimul cũ regno fuit deſtructa et incenſa.
Et quia reliquie illoꝝ adhuc hodie cõtra
virginẽ mariaꝫ blaſſemare nõ ceſſant. iõ
cõtinue patiunt̄ oppbria et frequẽtes ce
des ⁊ clades et vaſtatiões et expoliatões
Et ſic p₃ q̄lit̄ virgo maria t̄umphauit de
hermon. i. d̄ anathematizatis et maledic
tis iudeis: et cõtinue triumphat de ipis.
Itẽ virgo maria t̄ũphauit de montib⁹ ⁊
cubilib⁹ leonũ. i. de regib⁹ et impatorib⁹
qui p trecẽtos annos ⁊ vltra pſicuti ſũt
xp̄ianã religionẽ: que xp̄m adorat ⁊ vir/
ginẽ matrẽ ſuã veneratur. Nam ipi qui
ante ꝓpter ydola pſequebãtur xp̄ianos
et virginem mariaꝫ: poſtea ad fidẽ ꝯuer/
ſi deleuerũt ydola: ⁊ tẽpla ydoloꝝ cõſe/
crauerũt in eccl̄ias xp̄i et virgĩs marie.
Et ſic illa tẽpla que erãt cubilia leonum
fc̄a ſunt eccl̄ie xp̄i ⁊ virgĩs marie ⁊ cubi
lia ſc̄oꝝ. Et in cubilib⁹ vbi prius habita
bãt dracones: hortus fuit viroꝛ calami ⁊
ĩũci ⁊ fuit fc̄a ſemita ſc̄ta. nc̄ fuit ibi am
plius leo nec mala beſtia. vt dicit̄ yſaye.
xxxv. Et ſic p₃ qualr̄ virgo maria trium
phauit de cubilib⁹ leonũ. ſ. d̄ ĩpatoribus
et tyrãnis infidelib⁹. qꝛ finalr̄ oẽs ſubie/
cit iugo xp̄i: ⁊ venerãtur ipam cũ deuoci
one. Et cubilia leonũ. i. tẽpla ydoloꝝ cõ
ſecrarũt in eccl̄ias xp̄i et virgĩs marie: et
alioꝝ ſc̄oꝝ. vñ principales eccl̄ie cõiter
ſunt dedicate ipi virgini marie ꝓ maioꝛi
pte vbiq₃ terraꝝ. Itẽ vltio triumphauit
de mõtibus pardoꝝ. i. de omni turba et
pꝛauitate hereticoꝝ. Naꝫ in p̄mitiua ec/
cl̄ia ſ̄rexerũt ꝯ virgineꝫ mariã ebyon/ et
herintus dicẽtes virginẽ mariã non eſſe
matrẽ dei: ſ₃ puri hoĩs: et ieſum xp̄m to
taliter ab ipa incepiſſe. tñ hos cõuicit be
atus iohãnes euãgeliſta oſtẽdẽs xp̄m eſſe
ab eterno ẜm diuinitateꝫ: et ex maria ex
tpe ẜm verã hũanitatẽ dicẽs. In princi/
pio erat v̄bũ ⁊c̄. Et v̄buꝫ caro fc̄m eſt.
Item poſtea ſ̄rexerũt neſtoꝛite dicentes
duas eſſe pſonas in xp̄o. ſ. diuinã/ ⁊ hũa
nã: et p ꝯñs virgĩeꝫ maria nõ eſſe matrẽ
dei: ſ₃ ſoli⁹ hoĩs. Sꝫ oẽs iſti fuerũt ꝯdẽp
nati p eccl̄iam ĩ ꝯcilio Epheſino. vbi fuit
oſtẽſum et determinatũ p ſacras ſcriptu
ras ĩ xp̄o eſſe duas naturas ĩ vna pſona
tãtũ ⁊ ſuppoſito. et p ꝯñs virginẽ mari/
am eſſe verã matrem dei et hoĩs. Item
manichei pugnarũt cõtra virginẽ mariã
dicẽtes ipam nõ eſſe matrẽ dei. eo ꝙ xp̄s
nõ erat verus homo niſi in apparẽtia. ſ₃
erat ſolus de⁹. quem cũ tota ſua ſecta cõ
uicit aug⁹. p multos libꝛos et tractatus
oſtẽdens xp̄m accepiſſe verã carnẽ ex vir
gine maria. Et p ꝯñs ipam eſſe verã ma
trẽ xp̄i dei et hoĩs. Poſtea ſ̄rexit helym
dius blaſſemãs ꝯtra ꝑpetuã virginitatẽ
marie ⁊ dicẽs ꝙ l₃ virgo maria concepit
et pepit xp̄m cuꝫ integra virginitate. tñ
poſtea genuerat alios filios ex ioſeph.
quem helymdiũ btūs ieronim⁹/ ⁊ aug⁹.
cõuicerũt p ſingulas inuectiuas cõtra eũ
Et ſic p₃ qualr̄ virgo maria triũphauit
finalr̄ de mõtibus pardoꝝ. i. de oĩb⁹ ſec/
tis hereticoꝝ. iõ deo de ipa cãtat eccl̄ia.
Gaude maria virgo cunctas hereſes in/
teremiſti in vniuerſo mũdo. Ex ſupdic/
tis p₃ qũo virgo maria triũphauit de ſu
pꝛadictis quinq₃ mõtib⁹ p quos intelli/
guntur quinq₃ p̄tates: quas ipa ſupauit

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De quinto cantico.

Et ꝑ ꝯñs virgo maria nunꝗ̄ habitauit ī mōte amana.i.in mōte ſpentū ymo ipa cōtriuit caput antiqui ſpentis. et ꝑ ꝯñs nō potuit ipam aliquo morſu mordere: nec hītauit in vertice ſanir.i.in fauſtu et tumore mūdane philoſophie.ymo ꝑ ſuā hūilitatem ⁊ fide3 meruit trāſcēdere oē3 mūdanā ſciam ⁊ philoſophia3. qño fuit obūbrata ꝑ ſpm ſctm in ſua annūtiatiōe et rapta vſq3 ad terciū celu3.vbi vidit archana et miſteria incarnatiōis et nr̄e redēptionis pfectius ꝗ̄ paulus.ꝑut dictu3 eſt ſup pſalo.lxvij.et ſuper magnificat.

Itē virgo maria nunꝗ̄ hītauit ī hermō .i.in anathemate ⁊ obſtinatione iudeoꝝ nec in pompa hui⁹ mūdi. q2 rēnuēs hūc mūdū ſcta ē ſpecialis miniſtra xp̄i.et ip3 ſecuta ē ſēp cu3 virgītate ⁊ ſctitate et hūilitate vſq3 ad paſſione3 ⁊ refrectione3 et aſcēſionē.ꝑut dictum ē ſup magnificat.

Itē nō hītauit in cubilib⁹ leonū.nec mōtib⁹ pardoꝝ.q2 oēs impatores et tyrannos ſupauit et oēs hereſes extermīauit et interemit vt dictū eſt.S3 ſemꝑ hītauit in mōte libano.i. in mōte candido. et in mōte puritatis ⁊ ſctitatis in quo nullus ſerpēs nec beſtia nocēs:nec aīal venenoſum poteſt hītare ꝑut ſuꝑdictū eſt ī ſcdo cātico. Uñ ſicut mons libanus eminet ſup oēs illos quinq3 mōtes ſuꝑdictos ī altitudīe. q2 ē altior ⁊ excelſior illis.et ſuperat eos in vbertate ⁊ fertilitate. q2 cū oēs illi ſint ſteriles.iſte ꝟo fecūdus germinās arbores fructiferas ⁊ digniſſimaſ puta cedros ⁊ huiuſmōi. Itē ſupat illoſ mōtes in puritate.nā cu3 illi mōtes ſint pleni ſerpētib⁹ ⁊ dracōibus et leonib⁹ et pardis et ceteris aīalib⁹ nociuis ⁊ venenoſis.ſolus libanus ē liber ⁊ mūdus ab omni beſtia venenoſa.iō ſecure paſcūtur in eo greges ouiū ⁊ armēta boū.ita ergo a ſimili virgo maria ꝑ libanū figurata ſuperauit oēs ſuꝑdictas quinq3 poteſtateſ Prīo in altitudīe dignitatis. Scdo ī fecūditate virtutū. Tercio ī puritate ⁊ mūdicia ab omni malo ⁊ vicio ⁊ pctō. Et ſic virgo maria dr̄ hītaſſe ī libano ⁊ ſupaſſe et triūphaſſe de illis quinq3 poteſtatibuſ per illos quinq3 mōtes intellectas.ideo dicit xp̄s ad virginē matrē ſuā in die ſue aſſumptiōis. O ꝗ̄ pulchra es amica mea macula nō ē in te. Ueni de libano ī quo ſemꝑ hītaſti ꝑ excellentiam dignitatis q2 mater dei. ⁊ ꝑ fecūditatē ſctitatis ⁊ oīu3 virtutū ⁊ graꝝ. Et ꝑ puritatē ⁊ mūdiciā et imunitatē ab oī vicio et pctō et morſu et veneno antiqui ſpentis. Et iō coronaberis ⁊ corona3 accipies: et triūphabis de capite amana.i. de antiquo ſpēte qui te mordere non valuit. Et triūphabis de vertice ſanir.i. de oī philoſophia et ſcia mūdana.et hermō.i.de pōpa mūdi ⁊ anathemate ⁊ obſtīatiōe iudeoꝝ. ⁊ de cubilib⁹ leonū.i.impatoꝝ ⁊ tyrānoꝝ. ⁊ de mōtib⁹ pardoꝝ.i. de temera ꝑ̄ſumptiōe hereticoꝝ.qͥ dicat. Ueni de libano gr̄e ī montes aromatū ſupne glīe et coronaberis et coronā glīe obtinebis ꝓ ſuꝑdictis triūphis. Et ſic p3 qūo oēs iſti triumphi virginis marie poſſunt applicari ad duodecim dignitates eiuſdē.q̄ fuerūt aſſignate in expoſitiōe ſup Magnificat: Et ideo prudēs ⁊ deuot⁹ lector non dedigneť hic et ibi cōtemplari. Et hoc de ſcdo queſito

Tercio dubitať ꝓpter id qd̄ dicit ſpōſus ī hoc quito cātico.ſ. Uulneraſti cor meu3 ſoror mea ſpōſa ī vno ocloꝝ tuoꝝ. et in vno crine colli tui. Et iō videdū eſt quis ē iſte oculus et crinis quo virgo maria vulnerauit xp̄3. ⁊ qūo potuit ip3 vulnerare: vt deſcēderet d̄ celo. Ad qd̄ ē dicēdu3 ꝙ oculus dr̄ qͥ lumen occultū. Et iō



UVA. BHSC. IyR 068_1

prius ꝟificat̃ de ocło mētali interiori.ſ.
de recta ⁊ occulta intētiōe.quaꝫ de ocło
corporali et exteriori.de quo quidē ocło
interiori ait ſaluator mathei.vj.lucerna
corporis tui ē oculus tuus.ſi ocłus tuus
fuerit ſimplx:totū corpꝰ tuū lucidū erit.
ſi autē ocłus tuus fuerit neq̄:totū corpꝰ
tuū tenebroſuꝫ erit.Ex dictis ſaluatoris
pꝫ ꝙ ſimplx ⁊ recta intētio eſt vnus cōis
ocłus totiꝰ hoīs.q̄ quidē recta itētio fun
dat̃ in hūilitate ⁊ ſimplicitate cordis.Et
ſic dicit augꝰ.ꝙ ſimplicitas ⁊ hūilitas eſt
fundamētuꝫ ⁊ origo oīuꝫ virtutuꝫ.et q̄i
lucerna et ocłus dirigēs oēs virtutes.q̄
quidē hūilitas naſcit̃ ⁊ ꝓuenit ex cognici
one ſui ipſius i hoīe.Naꝫ homo cognoſ/
cens ſe ipm̄ ⁊ naturā ſuā miſeraꝫ et fragi
lem ⁊ viciatā ex inobediētia et pc̄to p̄mo
ruꝫ parētū.tūc hūiliatꝰ incipiet a cōtep/
tu ſui vſqꝫ ad amorē dei.Et videns ſe ita
fragileꝫ ⁊ ꝓnū ad peccādū non deſpiciet
ꝓximū.ymo miſerebit̃ fragilitati ipiꝰ ꝓxi
mi.Et in hoc conſiſtit vera hūilitas.ſ.in
cipiēdo a cōteptu ſui vſqꝫ ad amoreꝫ dei
et ꝓximi.Que quidē hūilitas naſcit̃ i ho
mine ex cognitiōe ſui ipſius.ſicut ſupbia
per oppoſituꝫ naſcit̃ ex incōſideratione
ſui ipſius.Quia ſi quis cōſideraret ⁊ co/
gnoſceret ſe ipm̄ nō eſſet ſupbꝰ:ſꝫ hūilis
Et iō dicit iuuenalis et oēs philoſophi et
poete ꝙ hoc ꝟbū.Cognoſce te ipſꝫ.deſcē
dit de celo in lamina aurea ſcriptū i tem
plū apollinis.Et ſic dicit etiā augꝰ.ꝙ ſic
ſupbia que ē iniciū oīs pc̄ti:ē p̄ma ſugge
ſtio diaboli.ita hūilitas q̄ ē iniciū oīs vir
tutis eſt p̄mū donuꝫ dei.Et ſic pꝫ qualr̄
hūilitas in hoīe eſt quidā cōis ocłus diri
gens oēꝫ virtutē.qꝛ caſtitas ſine hūilita/
te nihil poteſt.vt īquit gregꝰ.Poteſt etiā
dici ꝙ duplx ē ocłus iterior hoīs.ſ.ocłuſ
rectꝰ et ſimplex ⁊ hūilis.⁊ iſte dr̄ oculus
dexter:quo homo iuſtꝰ oīa recte reſpicit
Alter autē dr̄ oculus ſiniſter:quo homo
neq̄ oīa ſupbe ⁊ ficte ⁊ fraudulēter vidꝫ
Et iō virgo maria nō vulnerauit xp̄ꝫ ocu
lo ſiniſtro:ſꝫ ocło dextro.ſ.hūilitatis et
ſimplicitatis:vt faceret ipm̄ de celo i ter
ram deſcendere.Itē etiā ē aduertēdum
ꝙ quelibet virtus dr̄ quidā ocłus aīe.nā
iuſticia ē quidā oculus quo aīa oīa recte
iudicat et videt ⁊ opat̃ oīa iuſta.Et for/
titudo ē ocłus:quo oīa fortia videt ⁊ ag
gredit̃.Et tēpantia eſt ocłus quo aīa oēs
delectatiōes tēpate videt:et oīa caſte vi/
det Sꝫ hūilitas ē illa virtus ⁊ ocłus:qui
oēs virtutes dirigit et retrahit a ſupbia.
Et iō hūilitas ē tāte pfectiōis.ꝙ nō ſolū
eſt amabilis ⁊ acceptabilis deo:ſꝫ etiam
oībꝰ hoībꝰ.Sꝫ qꝛ iſte ocłus hūilitatiſ per
fectius fuit in virgīe maria.q̄ in aliqua
alia creatura.iō ocłus hūilitatis virginiſ
marie intātū vulnerauit filiū dei.ꝙ fecit
ipm̄ deſcendere de celo in vterū eiꝰ ⁊ ſu/
mere carnē ex ea qn̄o dixit.Ecce ancilla
dn̄i fiat mihi ſm̄ ꝟbū tuū.Et iō dixit ma
ria in ſuo cātico.Quia reſpexit hūilita/
teꝫ ancille ſue.Ecce enim ex hoc bt̄aꝫ me
dicēt oēs generatiōes.vt pꝫ luce primo.
Et ſic pꝫ ꝙ inter alios ocłos virtutū vir
ginis marie ocłus hūilitatis fuit ille qui
vulnerauit cor ipſius filij dei:vt deſcēde/
ret de celo in vterū eiꝰ. Sꝫ eſt iteꝝ ad
uertēduꝫ ſm̄ auguſtinuꝫ:ꝙ ſicut hūilitas
eſt origo ⁊ radix ⁊ ocłus oīuꝫ virtutum
ita pariter caritas ē forma et vltima per
fectio earūdē.qꝛ nulla virtus theologa/
lis aut moralis eſt meritoria:niſi fuerit
informata caritate.Et ſic oīs ꝟa virtus
incipit ab hūilitate:⁊ finit i caritatē.Et
iō oſtēdit augꝰ.v.de ciuitate dei ꝙ apud
romanos et vniuerſalr̄ oēs gētiles nulla
fuit ꝟa virtus moralis.eo qꝛ i eis nulla

UVA. BHSC. IyR 068_1

fuit vera hũilitas:nec caritas. ſʒ honoris ambicio:et glie cupiditas. Sed q2 virtutes ſunt ornat⁹ animi. vt inquit Cicero. vñ ſicut crines ornãt collũ pulchre mulieris:ita virtutes ornãt animũ. Et iõ ſalomon ĩ hoc loco p crinẽ colli ſpõſe ĩtelligit virtutes:q̃ ornabãt virginẽ mariam. Et p collũ ĩtelligit ipſaʒ virgĩeʒ mariã: q̃ dr̃ collũ toti⁹ corporis eccl̃iaſtici. Naʒ ſicut ĩ corpore hũano ĩmediate poſt caput ꝛ ſb̃ capite collocat̃ collũ:p qḋ a capite ĩ oĩa mẽbra ĩferiora deſcẽdit oĩs ſenſus et mot⁹ et vita:ita pĩter ĩ corpore eccl̃iaſtico ꝟgo maria collocat̃ ĩmediate poſt xp̃ʒ p quã a xp̃o deſcẽdunt ad nos oĩa dona gr̃aꝝ interceſſiue. put ẽ mediatrix inter nos ꝛ xp̃ʒ filiũ ſuuʒ ꝛ caput nr̃m. Sicut fuit declaratũ ĩ expoſitione ſup magnificat. Et iõ q2 ĩter crines virtutũ q̃ deſcendũt a capite nr̃o xp̃o:ꝛ ornãt collũ virginis. caritas dr̃ pncipalis ꝛ forma oĩum. Ideo dicit ſponſus. ꝙ ſicut ſpõſa vulnerauit cor ei⁹ in vno ocl'o. ſ. hũilitatis: ita vulnerauit cor ei⁹ in vno crine colli ei⁹ q̃ fuit crinis caritatis. Et ſic aſſerit x⁹ ꝙ hũilitas ꝛ caritas virgĩs marie vulnerauerũt cor ei⁹. ꝛ fecerũt ipm̃ deſcẽdere de celo ĩ terrã ꝛ ĩ vteꝝ ei⁹. q2 excelſus dñs:ꝛ hũilia reſpicit. et alta a longe cognoſcit. pſal'o. c.xxxvj. Sʒ tũc ĩſgit maior difficultas et maius dubiũ. Naʒ ſi hũilitas dat̃ a ſolo deo:et caritas cũ ceteris virtutib⁹ deſcẽdũt a ſolo xp̃o capite nr̃o. ꝛ ornarũt virginẽ mariã. ſicut crines deſcendẽtes a capite ornãt collũ. ergo quõ iſte virtutes potuerũt vulnerare et mouere filiũ dei ad veniẽdũ in carnẽ. ſi virgo maria nõ habuit has virtutes a ſe nec ex natura ſui:ſʒ fuerũt ſibi largite ex gr̃a xp̃i.

Ad hoc rñdet̃ ſicut dc̃m ẽ ſuper magnificat. ꝙ fili⁹ dei non reſpexit hũilitatẽ cũ ceteris virtutib⁹ in maria tanꝙ formaʒ efficientẽ:ſed tanꝙ formã diſponentẽ. vt a deo diligeret̃: et vt ei⁹ mater efficeret̃. ſicut aurifex facit anullũ: et celat gẽmaʒ p̃cioſaʒ ĩ eo. Et ſic diligit anulũ ꝛ magnipẽdit ipſʒ ꝑpter lapidẽ p̃cioſuʒ:q̃ʒ in ipõ celauit. ita pariter de⁹ creauit virginem mariã et in creãdo omni genere virtutũ ornauit ꝛ decorauit:ꝛ ſuffiẽter diſpoſuit. vt eſſet digna fieri mater dei: vt ex ipſa carnẽ aſſumeret. Et ſic xp̃s reſpexit ĩ virgine matre ſua:ꝛ dilexit hũilitatẽ ꝛ caritatẽ. et cetera bona ſpũalia: que a pmo inſtãti ſue creatiõis in ea plãtauit. Et ſic iſta hũilitas caſta ſiue humilis virginitas fuit vn⁹ ocl'us:et caritas vn⁹ crinis. quibus virgo maria vulnerauit cor xp̃i ſpõſi ſui. vt deſcẽdet ĩ vteꝝ ei⁹. Ex quo pʒ ꝙ virgo maria prius fuit ſponſa xp̃i:ꝙ mater. Nã a pncipio ſui eſſe fuit ſpõſa ornata monilib⁹ ſupdictis. ſʒ poſtea ĩ decimo tercio anno fc̃a ẽ mater ei⁹ p miſterium incarnatiõis. Et hoc de tercio queſito:et toto quinto cantico.

# Incipit ſextũ canticũ.

Urge aquilo et veni auſter. Perfla hortum meum. Et fluent aromata illius. Ueniat dilectus meus in hortum ſuũ. Ut comedat fructum pomorum ſuorũ. Ueni in hortũ meuʒ ſoror mea ſponſa. Meſſui myrrhã meã cũ arõatib⁹ meis Comedi fauum cum melle

UVA. BHSC. IyR 068_1

meo Et bibi vinuz meum
cum lacte meo.
Comedite amici et bibite
Et inebriamini cariſſimi.
Ego dormio et cor meum
vigilat.
Vox dilecti mei pulſantis.
Aperi mihi ſoror mea.
Amica mea colũba mea
Immaculata mea Quia
caput meũ plenuz eſt rore
Et cicini mei guttiſ noctiũ.
Expoliaui me tunica mea
Quomodo induar illa.
Laui pedes meos
Quomodo inquinabo eos.
Dilectus meus miſit ma
num ſuam per foramen
Et venter meus intremuit
ad tactum eius.
Surrexi vt aperirez dilec
to meo.
Manus mee ſtillauerunt
myrrham Et digiti mei
pleni myrrha probatiſſia.
Peſſulum hoſtij mei ape
rui dilecto meo At ille de
clinauerat atqz trãſierat.
Anima mea liquefacta ẽ
Ut dilectus locutus ẽ.
Queſiui et nõ inueni illuz
Vocaui et nõ r̃ſpõdit mihi.
Inuenerũt me cuſtodes
Qui circuierunt ciuitatẽ.
Percuſſerunt me
Et vulnerauerunt me
Tulerunt pallium meũ
Cuſtodes murorum.

Urge aquilo et ve
ni auſter. Hoc eſt cãticũ ſex
tum in quo ſal'on cãtat ⁊ ex
plicat mortẽ ⁊ paſſionẽ xp̃i.
vnde habent virtutẽ ⁊ efficaciã et originẽ
oĩa eccl'iaſtica ſacramẽta ⁊ oĩa ornamẽta
et bona ſpũalia: quibꝰ xp̃s ornauit ⁊ do-
tauit ⁊ decorauit eccl'iã ſponſaz ſuã ꝓut
ſal'on preuidit in ſp̃u ꝑ mortem moyſi.
Ad cuius intellectũ eſt notãdũ ꝓut le
gitur deutero. xxxiij. et xxxiiij. ꝙ poſtq̃
moyſes cominatus fuerat maledictionẽ
⁊ punitionẽ obſtinatis filijs iſrl' ſm car-
nẽ. qui xp̃m erãt crucifixuri: et ĩ eadẽ ꝑfi
dia ꝑmãſuri. Aſcẽdit in mõtẽ abarim et
cõſiderãdo illaz terrã ꝓuidit ĩ ſp̃u totam
futurã diſpoſitionẽ ⁊ multiplicationem
eccl'ie ⁊ filioꝝ iſrl' ſm ſp̃m et ꝓmiſſionez
ꝑ xp̃m ex duodeciz apl'is regenerandoꝝ.
Et ſic bñdixit filijs iſrl' ſm ſp̃m ⁊ ꝓmiſ
ſionẽ. Et poſtea mortuꝰ eſt moyſes ĩ illo
mõte. ⁊ ſepelliuit eũ dñs ꝑ angelũ ſuum
michaelẽ. vt dĩ in canoĩca. jude. ñc ampli
us inuẽtũ ẽ corpꝰ eiꝰ. ñc aliquis nouit ip̃z
vſqz ĩ preſentẽ diẽ. Et iõ fleuerũt eũ filij
iſrl'. xxx. diebꝰ. per qd̃ miſteriũ ꝓuidit ſa-
lomõ in ſp̃u: qual'r xp̃s ꝑ moyſen figura
tus. primo debebat ꝓnũtiare et comiari
judeis crucifixoribꝰ ſuis ⁊ obſtinatis ſu-

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De ſexto cantico.

turā dānationē et punitioneꝫ. ꝓut fecit mathei. xxij. et. xxiij. et. xxiiij. Et poſtea bñdicere eccl'ie ſue. ſ. apl'oꝝ et diſcipl'oꝝ et oīuꝫ fideliū futuroꝝ. ꝓut fecit. jo. xiij capl'o. vſqꝫ ad. xvij. incluſiue. Poſtea debebat aſcēdere in mōteꝫ crucis: ⁊ ibi pro oīb' nob' real'r mori. ⁊ in ſepulchro ſepeliri. cui' corp' de cetero nemo mortale ⁊ paſſibile poterat videre. q2 poſtq̄ ſ'rexit amplius nō moritur. ñc mors ſibi vltra dñabit'. Item ꝑuidit ī ſp̄u qual'r tota eccl'ia apl'oꝝ ⁊ mulieꝝ debebat facere magnū plāctū ſuꝑ mortē xp̄i. et querere eū in ſepulchro: ſꝫ nō amplius ip̄m mortalē repire ſicut fc̄tꝫ ē. ꝓut referūt oēs euāgeliſte. Oīa ergo iſta ꝑuidēs ſal'on in ſp̄u fecit hoc ſextū cāticū. in quo introducit xp̄m cātātem et explicāteꝫ miſteriuꝫ ſue paſſiōis ⁊ mortis. Duo ergo facit ſalomō in hoc cātico. Nā primo ītroducit xp̄m explicātē ſuā paſſionē. Scd̄o introducit eccl'iam diſcipuloꝝ et mulieꝝ deflētem paſſionē ſpōſi ſui xp̄i. ⁊ querētē ip̄m in ſepulchro. ibi. Surrexi: vt aperirē dilecto meo. Quātū ad primuꝫ ē valde notādū ꝙ ſal'on ꝯſiderat xp̄m redēptorē tanq̄ vnū corpus aromaticū. ſiue tanq̄ vnā apotecā ſiue tanq̄ vnū hortū plenū arborib' ⁊ plantis aromaticis. qui q̇deꝫ hortus ꝯtrarijs ventis paſſiōis agitatus emiſit diuerſos odores precioſiſſimos ex quib' fuerūt ꝯfecta precioſiſſima vnguēta ad ſanāda vulnera pc̄toꝝ. Sꝫ q2 odor eſt valde diffuſiuus ⁊ multiplicatiu' ꝓut dicit comētator in ſcd̄o de aīa. q2 vultures vltra mille miliaria venerūt ad corpora mortuoꝝ ī bello troyano ſentiētes de longinquo odorem eoꝝ. iō tāte virtutis fuit odor xp̄i: ꝙ ꝑ q̄ttuor mille ānos ante eius aduētuꝫ oēs p̄res ve. te. ſentierūt eius odorē. Et ſic adaꝫ et abel ⁊ noe et oēs poſteri fideles iā currebāt ad xp̄ꝫ ꝑ odorē fidei ip̄i'. ꝓut dictū eſt i p̄mo cātico. Itē ſcd̄o ē etiā cū fide et caritate aduertēduꝫ ſ'm auguſtinum ſuꝑ. jo. et ſuꝑ geñ. ꝙ ſicut tota eua erat virtual'r in illa coſta ade infra ip̄m adā anteq̄ formaret' ⁊ exiret de latere ei' in mulierē: ita pariter tota eccl'ia erat virtual'r in corpore ⁊ vētre xp̄i ante paſſionē. que poſtea exiuit de latere xp̄i: quando miles aperuit ip̄m et exiuit ſanguis et aqua vñ hñt virtuteꝫ et efficatiaꝫ oīa eccl'iaſtica ſacramēta. Et ſic aſſerit aug'. ꝙ tota eccl'ia erat virtualiter in copore xp̄i: et exiuit real'r de latere eius ꝑ mortē ⁊ paſſionē. Sꝫ cū iſta eccl'ia ſponſa xp̄i dicat' hortus cōcluſus et fons ſignat'. et hort' ī quo creſcūt ⁊ germiant' poma et aormata eccl'iaſtica. Eſt ergo dicēdū ꝙ tot' iſte hort' aromatū virtual'r ēt ī corꝑe xp̄i āte mortē et paſſiōꝫ: ſꝫ ꝑ talē mortē et paſſiōꝫ iſte hort' emiſit et expirauit odoreꝫ. et aromata fructuū et eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ a dextera. Ex quib' aromatib' ꝯſtat formalit' eccleſia ꝓut dc̄m ē. Sꝫ ſicut arbores aromatice nō emittūt odorē niſi q̄ñ cōtrarijs ventis agitant': Ita pit' corp' xp̄i in quo virtualit' cōtinebant' aromata eccl'iaſtica noluit illa emittere niſi valde agitatū ictib' et vulnerib' ꝑcuſſum. Unde arbor myrrhe duob' modis diſtillat liquorem ſuū. vno mō in mēſe martij et ap̄lis q̄ñ agitat' vētis ꝯ2ijs. et illa dr̄ myrrha p̄ma ſed pauca. Sed poſtea agricole faciūt inciſurā in cortice lat'is illi' arboris: et tūc emanat myrrha copioſa. Ita pit' fuit in paſſiōe xp̄i. nā p̄mo iudei ⁊ gētiles tanq̄ venti ꝯ2ij agitarūt et ꝑcuſſerūt ⁊ flagellarunt corp' xp̄i. et tunc ille ſanguis flagelloꝝ et etiā clauoꝝ fuit q̄ſi myrrha p̄ma. ſed poſtea miles ap̄uit lancea latus

UVA. BHSC. IyR 068_1

xp̄i. et tũc exiuit copioſe ſanguis ⁊ aqua quaſi myrrha ſecũda ĩ medelaʒ ⁊ ſaluteʒ oĩuʒ pctoꝝ. Et iō in hoc libro ſemꝑ per myrrhaʒ intelligit̃ ſanguis ⁊ paſſio xp̄i. Et ſic etiā ꝑ oĩa alia aromata hic memorata. Jteꝝ autē eſt aduertēdũ ſm̄ auguſtinũ ⁊ magiſtrũ ꝑmi ſententiaꝝ diſtinctōe vltia. ꝙ q̃ttuoꝛ voluntates cõcurrerũt ĩ moꝛtē ⁊ paſſionē xp̄i. ſ. volũtas bona dei pr̄is. qui ꝓpter nimiā caritatē qua dilexit nos, miſit filiũ in ſimilitudinē carnis pcti. vt dānaret pctm nr̄ʒ ĩ carne ad. ro. viij. Scda fuit mala volũtas iudeoꝝ. qui ex inuidia ⁊ malicia occiderũt eũ. ne regnaret ſuꝑ eos: et ne ꝑderet locũ et gēteʒ jo. xj. Tercia fuit bona volũtas pr̄iarcharũ ⁊ ꝓphetaꝝ et oĩuʒ fideliuʒ veteris teſtamēti petētiũ xp̄m: vt veniret ĩ carneʒ ad libandũ genus hũanũ. vt pʒ ꝑ totum diſcurſum legis et ꝓphetaꝝ. et patuit in primo cātico. Quarta fuit bona volũtas xp̄i qui ſpōte tradidit ſemetip̄m ꝓ nob. primo vt placeret et obediret deo pr̄i. vt pʒ mat. xxvj. et luce. xxij. cũ dixit pr̄i. Fiat volũtas tua. ſcdo vt toti genr̄i hũano ſubueniret: et ip̄ʒ libaret. vt ip̄e dicit. jo. x. Animā meā pono ꝓ ouib⁹ meis. Et ſic dicit aug⁹. ꝙ bona volũtas pr̄is et filij. ⁊ et oĩuʒ fideliũ fuit ꝯpleta ꝑ malā volũtatē iudeoꝝ. Sʒ mala volũtas iudeoꝝ dicit̃ cõtraria volũtati pr̄is ⁊ filij ⁊ fideliũ q̃ntũ ad intētiōeʒ ⁊ finē. iō iſte volũtates. ſ. dei pr̄is et iudeoꝝ deſignãtur ꝑ duos vētos ꝯtrarios. ſ. ꝑ aquilonē/ et auſtrum. Quattuoꝛ ergo vēti. i. q̃ttuoꝛ volũtates deſignate ꝑ q̃ttuoꝛ vētos pflauerũt ⁊ agitauerũt hoꝛtũ xp̄i vt flueret et expiraret aromata paſſiōis ei⁹ ad nr̄aʒ ſalutē. q̄ q̄dē q̃ttuoꝛ volũtates deſignãtuꝛ ꝑ quattuoꝛ vētos. Naʒ ꝑ aquilonē deſignatur mala ⁊ frigida ⁊ atrox et inuida volũtas iudeoꝛũ. Et ꝑ auſtrũ deſignat̃ voluntas pr̄is Et ꝑ orientalē vētũ deſignat̃ volũtas filij Et ꝑ occidētalē deſignat̃ volũtas oĩuʒ fidelium. Et has q̃ttuoꝛ voluntates ꝯcurrentes ad paſſionē xp̄i explicat ſalon per xp̄m in hac ꝑma pte. vñ ait. O aquilo. i. aſꝑa et frigida volũtas iudeoꝝ ꝑ defectũ caritatis ſurge cũ impetu: et violētia cōtra me. Et o tu auſter. i. benigna et caritatiua voluntas pr̄is veni et ſimul cũ aq̄lone pfla ⁊ agita hoꝛtũ meuʒ. i. coꝛpus meuʒ ꝑ moꝛtē ⁊ paſſionē. Et fluāt et expirent et emanēt aromata illius per vulnera flagelloꝛum et clauoꝛum et lancee in virtutem et efficatiam ſacramentoꝝ. Et nota ꝙ in hac locutiōe explicat̃ ſpontanea volũtas xp̄i filij pr̄is q̄ excitat volũtatē pr̄is et iudeoꝝ vt ſurgant et vēiāt ad pflādũ hoꝛtũ ei⁹. vñ xp̄s voluntarie ⁊ ſponte ſe obtulit iudeis q̄ñ dixit ap̄lis Ecce aſcēdim⁹ hieroſolimā et filius hoīs tradet̃. Jtē q̄ñ dixit iudeis. quē q̃ritis: ego ſum: ſi ergo me q̃ritis ſinite hos abire. Jtē tunc ſe ſponte obtulit pr̄i q̄ñ dixit. Fiat voluntas tua. Et ſic pʒ triplex voluntas. Sed q̃rta. ſ. voluntas oĩuʒ fideliũ vet. teſ. explicat̃ cũ ſubdit̃ in pſona ſponſe. Ueniat dilect⁹ me⁹ in hoꝛtũ ſuũ Unde ſponſa. i. tota eccl'ia fideliũ ve. te. vſqʒ ad zachariā et ſymeonē et ioſeph et virginē mariam incluſiue cũ magno deſiderio vocat xp̄m vt veniat in hoꝛtũ paſſionis et colligat ⁊ comedat et guſtet fructũ ſue paſſiōis ad fideles reficiēdos et viuificandos et nutendos. Dicit ergo ſpōſa. Ueniat dilect⁹ me⁹ in hoꝛtũ ſuũ. i. ſue paſſiōis. vt comedat fructũ pomoꝝ ſuorũ. ſ. recipiat alapas et flagella et vulnera. q̄ſi dicat. ſicut adaʒ comedit pomum ligni ꝓhibiti in hoꝛto padiſi in ꝑniciem toti⁹ generis hũani. Jta veniat dilectus

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De ſexto cantico.

me⁹ in hortū paſſiōis. et comedat fructū pomoꝝ ſue paſſiōis in ſalutē oīuʒ creden tiū. Deīde cū dicit. Ueni ī hortū meū ſoror mea ſponſa. Hic ponit̄ gratioſa ſponſi rñſio annuentis votis et petitiōi b⁹ ſponſe. Unde ē aduertēdū ꝙ tota paſſio xp̄i fuit act⁹ iuſtitie et punitiōis ꝓ pcc̄o ꝑmoꝝ parentuʒ et raptu cibi ꝓhibiti quem rapuerūt in horto paradiſi cōtra voluntatē dei: qui quidē fruct⁹ lʒ eis vi/ ſus fuerit pulcher et dulcis. tñ nob̄ fuit fetidus et amarus: inqn̄tū corrupit totū genus hūanū. Et iō xp̄s qui voluit ſupa re diabolū: nō ſola potētia: ſʒ vera iuſti/ cia: voluit ī ſe ꝓ nb̄ luere et pati penā il/ li⁹ pc̄ti. et qđ nō rapuit voluit exſoluere Uñ ſicut adaʒ in horto paradiſi cōmiſit crimen: ita xp̄s expiator illi⁹ ſceleris vo/ luit intrare hortū getſemani. et ibi ora/ uit ꝓ adā ⁊ oīb⁹ ſuis poſteris. et ibi vo/ luit capi: ⁊ ligari: ⁊ trahi: ⁊ ꝑcuti per mi niſtros pōtificū. Itē q2 adā extēdit man⁹ ad arborē ⁊ rapuit fructuʒ ꝓhibituʒ. ita xp̄s extēdit manus et brachia ī arborem crucis. et ibi fuit manib⁹ ⁊ pedib⁹ cōcla/ uatus ⁊ lancea ꝑcuſſus. Iteʒ adā come/ dit pomū dulce ad veſcēduʒ. ſʒ xp̄s bibit acetū myrrhatū et amariſſimum ī cruce Sed lʒ illa paſſio fuerit xp̄o amariſſima ſicut myrrha. tñ fuit nb̄ dulciſſima ſicut mel quo ad effectū. ⁊ fuit odorifera: ſicut oīa aromata ꝯfortatiua: et īebriatiua: ſi/ cut vinū et nutritiua/ ſicut lac. Et iō po/ nūtur hic et memorant̄ ſex liquores qui b⁹ paſſio xp̄i cōparat̄ quo ad effectū: quē facit in nb̄. ſ. myrrha. et cetera aromata et fauus cū melle/ ⁊ vinū cū lacte. Uñ lʒ myrrha ſit amara. tñ ē maloꝝ humoruʒ purgatiua. ⁊ a corruptiōe ꝑſuatiua: ita paſſio xp̄i lʒ fuerit ſibi amara ⁊ doloroſa tñ fuit maloꝝ hūoꝝ nr̄i pc̄ti purgatiua: et a fut̄a corruptōe ꝑſuatiua. et hͦ ꝓ v̄tu tē q̄ꝫ ꝯtulit baptiſmo ad purgāduʒ pcc̄ꝫ originale et penīe ad purgādū actuale et veīale. Et ē ꝑſuatiua a corruptiōe ꝑ ſac/ mētū ꝯfirmatiōis. et ſic paſſio xp̄i fuit ſicͭ myrrha q̄ diſtillat ex latere illi⁹ arboris. Itē ſicut oīa aromata licet ſemel ſint ex arbore collecta: tñ ſemꝑ expirant et r̄do lēt odorē ſuauiſſimū. Ita p̄t paſſio xp̄i lʒ ſemel fuerit fc̄ta et collecta ex arbore cru cis: tñ ſemꝑ r̄dolet et emittit ſuauiſſimū odorē aromaticū et diſtillat ſuuʒ ſaporē dulciſſimū ſicut fau⁹ et ſicͭ mel. Eſt ergo nobis paſſio xp̄i ꝑ v̄tutē quā ꝯtulit ſacra mentis purgatiua ſicut myrrha odorife ra ſicut oīa aromata: et diſtillatiua vir/ tutis ſicut fau⁹: et dulciſſima ſicut mel: ⁊ cōfortatiua et inebriatiua ſicut vinuʒ: et nutᵗiua ſicut lac: maxīe ꝑ ſacramentum euchariſtie. Hos autē fruct⁹ dicit xp̄s ſe colligiſſe ex horto paſſionis ⁊ comediſſe ⁊ guſtaſſe in arbore crucis. Dicit ergo x⁹ o ecc̄lia ſoror mea ꝑ aſſumptionē hūani/ tatis. et ſponſa mea ꝑ miſticā vnionē ⁊ ī fide deſpōſationē. iā veni in hortū meuʒ hui⁹ ꝑegrinatiōis et paſſiōis. ⁊ in hortuʒ orōnis vt ānuerē votis ⁊ clamorib⁹ tuis quib⁹ ab inicio mundi me vocaſti ꝑ patri archas et ꝓphetas et fideles ve. te. Et iā meſſui myrrhā mee paſſiōis cū aromati b⁹ meis. i. cū odoriferis effectib⁹ ⁊ v̄tuti b⁹ mee paſſionis. ⁊ iā comedi fauū cum melle meo oīb⁹ fidelibus dulciſſimo. Et iam bibi vinum vobis confortatiuū cum lacte meo ad ur̄aʒ nutᵗtionē ⁊ refectionē. Comedite ergo amici hunc fauū mellis: qđ ꝓ vob̄ paraui. Et bibite ⁊ iebriamini hoc vino caritatis et virtutis inebriatiue ⁊ nutritiue: q2 hūc cibū et potū deſidera runt oēs p̄triarche ⁊ ꝓphete ⁊ oēs fidel'es veteris teſtamēti. queʒ cibuʒ et potuʒ nō

UVA. BHSC. IyR 068_1

potuit dare moyſes: nec lex p ipm data. quē cibuz nō poteratis recipe niſi p mortem et paſſionē meā. Iā ergo eſt tēp⁹ recipiēdi iſtuz cibū ⁊ potū ex mea paſſione manātez. q2 ego dormio ſomno mortis. tñ cor meū vigilat in vīa redēptiōe. vñ lz videatis me vere mortuū in cruce et ī ſepulchro: tñ cor meū. i. aīa mea vigilat. q2 deſcēdit ad inferos ad ɔdēnandū diabolū: et libandos ſctōs pr̄es et fideles. Unde nota. ꝙ lz xp̄s pēderet mortuus ī cruce ⁊ iaceret ī ſepulchro. tñ ſemp vigilabat in exercēdo opa nr̄e redēptiōis. nā aīa ei⁹ vnita cū ⱽbo iudicabat diabolum in inferno diſcutiēdo et examinādo cauſam nr̄am. Et corp⁹ eius vnitū eidē ⱽbo ſemp diſtillabat virtutē. ⁊ merita illi⁹ paſſionis ad nr̄am ſalutē. Et diſtillabat virtutē ſacramētoꝝ. nā poſt emiſſionē ſp̄us miles lancea aperuit latus ei⁹: vñ exiuit ſanguis et aqua ī remiſſionē et p̄ciū pctorū ⁊ virtutem ſacramētoꝝ. Et ſic lz xp̄s eſſet vere mortuus. tñ cor eius ſemp vigilabat exercēdo opa nr̄e redēptiōis. vnde mors ei⁹ dicta eſt dormitio ꝑpter facilitatē refrectiōis ⁊ euigilationis. Itē xp̄s dicebat ſe ī illa morte dormire ꝑpter firmā ſpez refrectiōis. Et dicebat ſe vigilare ꝑpter cōtinuū exercitiū et vnicū actū nr̄e redēptiōis. q2 dū eēt iā mortu⁹ fuit ī latere vulneratus. vñ exiuit p̄ciū nr̄e redēptiōis. Et ſic vigilabat ī nr̄a redēptiōe nō ſolū quo ad aīaz: ſz etiā quo ad corp⁹

Unde notandū ꝙ totā iſtā cantilenaz cantauit et oīa iſta verba dixit x⁹ in cruce et oīa iſta ⱽba audierunt virgo maria et iohannes euangeliſta qui erant ibi iuxta crucez tanꝗ ꝓcuratores p tota eccl̄ia/ ⁊ et magdalena ⁊ alie mulieres q̄ erant nō longe a cruce. Nā cū x⁹ dixit. citio: vocabat oēs fideles cum magno deſiderio ad guſtandū fructuz ſue paſſionis ut inquit aug⁹: Ideo ſpōſa audiēs vocē xp̄i vocantis eam de cruce ad guſtandū fructū ſue paſſionis dicit. Vox dilecti mei pulſātis. i. audita ē mihi vox dilecti mei pulſantis ad hoſtiū meuz. Ad cui⁹ intellectum ē notandū ꝙ ſalōn cōpat ī hac pte ſolicitudinē xp̄i in nr̄a redēptiōe ad ſolicitudinē ſpōſi et amantis tēporalis erga ſuā ſponſam ſiue amaſiā. Nā ɔſuetudo ē amātiū in nocte dū ceteri dormiūt venire ad hoſtiuz ſpōſe. ⁊ ibi cātare ⁊ exponere amorem ſuū ⁊ laborē ⁊ dolorē quē patitur ⁊ ſuſtinet amore ei⁹. ymo ponit manū p feneſtrā pulſando ⁊ faciēdo ſignū īfra domū vt ipm audiat ſpōſa. Et ſi ſpōſa diligit eū ɔpatiēs ſibi ſurgit a lecto. vt aperiat ſibi. ⁊ ɔfabulenť adinuicē ⁊ reddat ſibi vicē amoris. ita ergo pariter fecit xp̄s ſponſus noſter ī nr̄a redēptiōe. Nā duz nos eſſem⁹ in lecto tenebrarū et pctoꝝ et ignorantie/ et in nocte cerimonialium et ſupſtitiōis gētilitatis: venit de celo ī ťraz et p tres annos pulſauit ad hoſtiuz nr̄m cantando doctnā euangelicā. Et tandez venit ad hoſtiū crucis p qđ ītram⁹ ī iſtaz eccl̄iā p grām et ibi poſuit manū ſuam p foramen quando ibi fuit conclauatus/ et lancea percuſſus. et ibi vocando nos ad fidem et gratiam et fructū ſue paſſionis cātauit iſtā cātilenā: quā ſalōn explicat in hoc loco. ī quo cātico xp̄s explicat labores ⁊ dolores quos ꝓ nob̄ ſuſtinuit ⁊ paſſus eſt. Et explicauit amorē quē gerebat erga eccl̄iam ſpōſam ſuā. Et h̄ explicauit p ſeptē ⱽba: que dixit pēdēdo ī cruce. Quoꝝ p̄mū ⱽbū direxit ad pr̄ez dicēſ Hely hely. lamatzabatani. i. de⁹ de⁹ me⁹ vt quid dereliquiſti me. i. q̄re dereliquiſti mēbra mea. et totū genus hūanuz p tot tp̄ora ī p̄tate diaboli ꝑpter pctz ip̄i⁹ adā

# De ſexto cantico.

[E]t q̄re me dereliquiſti ī ꝑtate judeoꝝ. vt ego patiarꝰ ꝓ pcto oīuʒ hoīuʒ. Scdm̄ ꝟbū direxit ad prēm ꝓ oībꝰ pctoribꝰ dicēs. pater ignoſce his qui neſciūt qd faciūt. Tercīū ꝟbū direxit ad latronē pēdētē ⁊ veniam ꝑtētē dicēs. Amē dico tibi hodie mecū eris ī paradiſo. Quod quidē ꝟbū dirigit̄ omnibꝰ penitētibꝰ. Quartū ꝟbū direxit ad matrē dicēs. Mulier ecce filius tuus. et ad diſcipulū ecce mater tua. vbi nō apellauit eā matrē: ſʒ mulierē ad oſtēdēdū ꝙ xp̄s patiebat̄ ibi tanꝗ̄ ꝑſona cōmunis ⁊ caput eccl̄ie. Et ſic virgo maria erat mēbrū xp̄i. Et ꝑ ꝯñs ita patiebat̄ ꝓ ea ſicut ꝓ ceteris. Nā illa gr̄a qua virgo maria fuit ſctificata ī ꝑmo inſtāti ſui eſſe ꝑ quā fuit ꝑſuata ab originali pctō: traxit virtutē ex paſſiōe xp̄i. Jdō virgo maria fuit vere redēpta et ꝑfectius ꝙ̄ ceteri ſicut dictum fuit in expoſitiōe pſal̄i. xlv. Et ſuꝑ magnificat. Et iō xp̄s in cruce nō appellauit eā matrē: ſʒ mulierē tanꝗ̄ mēbrū eccl̄ie cū ceteris redēptū. Quītū verbū fuit. Sicio. Per qd̄ ꝟbuʒ oſtēdit xp̄s deſideriuʒ ſalutis ⁊ redēptiōis oīuʒ nr̄m Et ſic ꝑ tale ꝟbū vocabat oēs ad participandā ſuā paſſionē vt inquit augꝰ. Et ſic in hoc ꝟbo includit̄ totū iſtud cāticuʒ vt videbit̄. Sextū ꝟbū qd̄ dixit: fuit. Cōſumatū ē. Per qd̄ oſtēdit xp̄s ꝙ oīa miſteria ⁊ ꝓmiſſa ꝑriarchaꝝ. et dicta oīuʒ ꝓphetaꝝ erāt in eo cōpleta ⁊ ꝟificata. Et ꝑ ꝯñs ꝙ iā fecerat debitū ſuū quo ad paſſionē et nr̄am redēptionē aiaꝝ. qꝛ nō reſtabat niſi refrectio quo ad redēptioneʒ corpoꝝ. Septimū et vltimuʒ ꝟbum fuit qñō dixit. Jn manus tuas cōmēdo ſp̄m meuʒ. Ubi cōmēdauit etiā p̄ri aīas oīuʒ fideliū ⁊ credētiuʒ. Sʒ cuʒ poſtea ſubdit Redemiſti me dñe deꝰ ꝟitatis. loquit̄ ī ꝑſona mēbroꝝ. qꝛ xp̄s in capite nō fuit redēptꝰ: ſʒ redēptor ſuoꝝ mēbroꝝ. Sʒ appellat p̄rē; redēptorē inꝗ̄ntuʒ acceptauit paſſionē filij in ꝑciuʒ nr̄e redēptionis. vt dictū ē pſal̄o. xvij. et. xxx. Et ſic xp̄s dictis ſuꝑdictis ꝟbis expirauit ⁊ emiſit ſp̄ʒ vbi fuit oſtēſa vera mors eius. Hec ergo ſepteʒ ꝟba fuerūt illud cāticū qd̄ xp̄s cātauit in cruce ad hoſtiū ſpōſe: Q̄d quidē cāticū audiuit b̄ta virgo maria ⁊ johannes ſtātes iuxta crucē ī ꝑſona totiꝰ eccl̄ie Que quidē ꝟba intrauerūt ꝑ foramē et feneſtrā aīe virgīs marie. et pulſauerūt animam eius et pertranſierunt ⁊ vulnerauerunt eam tanꝗ̄ gladius et cōmouerūt oīa viſcēa eiꝰ ſicut ꝑdixēat ſibi ſymeō Hoc ergo miſteriū explicat ſal̄on in ꝑſona xp̄i in hoc cantico. Unde ait. ꝙ dum xꝰ ſponſus diceret ꝟba ſuꝑdicta pulſando in cruce ad hoſtiū hūane nat̄e vocādo eā. tunc ſponſa iacens in lecto doloris et meroris. dixit ītra ſe. Audita ē mihi vox dilecti mei ad hoſtiū pulſantis. Sed duʒ ipa ſurgebat ad aperiendū: tunc ipē ſpōſuſ ſemꝑ cōtinuabat ſuū cāticū et ꝟba dicēs ī cruce. Apⁱ mihi ſoror mea: amica mea: colūba mea. Et appellat hūanam nat̄am ſororē. inꝗ̄ntū ex ea aſſumpſit carnem in vnitatē ſuppōiti. et appellat amicā. quia maiorē amiciā et caritatē non potuit ſibi oñdere ꝙ̄ pati ꝓ ea. Et appellat eā colūbaʒ: inꝗ̄ntū ꝑ ſuā paſſionē reddidit eam pulchram non hn̄tē rugā neqꝫ maculam vt dc̄m ē in cantico ꝑcedēti. Dicit ergo api mihi portas infidelitatis et tenebraꝝ et recipe me ꝑ fidem et efficieris amica ⁊ columba: qꝛ ꝓpt̄ te deſcēdi de celo et peregrinatꝰ ſum/ et ꝑambulaui t̄rā cū fame et ſiti et multis laboribꝰ: vt q̄rerē ouē ꝑditam. et finalit̄ in fine ꝑegrinatiōis fui captꝰ in horto et ligatꝰ/ et ꝑ t̄raʒ tractus et ꝑ totā iſtam noctē afflictꝰ amore tui. ⁊

UVA. BHSC. IyR 068_1

ductus ad domuȝ anne vbi recepi alapā et multa opprobria ⁊ cōuicia. Et exinde ad domū cayphe. vbi fui pcuſſus in facie ⁊ ꝯsput⁹ et ꝯtumelijs affectus. Et deīde fui duct⁹ ad domū pilati: et ibi flagellat⁹ Et ſic dedi corp⁹ meū pcutiētib⁹ et genas meas vellentib⁹. Et amore tui faciē meā nō auerti ab īcrepātib⁹ ⁊ ꝯspuētib⁹ ī me Et ideo api mihi: q2 caput meū plenū eſt rore ſudoris ⁊ ſanguinis ex ictib⁹ et pcuſſiōib⁹. Et cincini. i. capilli mei pleni ſunt guttis noctiū. qi dicat ſicut amaſi⁹ et ſpōſus patitur rorem ⁊ pluuiaȝ vigilādo ad hoſtiū ⁊ fores ſpōſe: ita ego querēdo ſpōſam meā p totā illā noctē paſſus ſuȝ pluuiā alapaꝝ ⁊ ictuū ⁊ pcuſſionū ⁊ ſputorū ⁊ flagelloꝝ. Et ſic caput meū plenū ē rore. i. ſudore. et capilli mi guttis noctiū que ſolent cadere in nocte ſup capillos amātiū. Et appellat xp̄s oīa illa flagella ⁊ ꝯuicia guttas noctiū. eo q2 tā iudei ꝙ milites pilati affligētes xp̄m erāt in nocte tenebraꝝ. Ideo dixit eis. Hec eſt hora vr̄a ⁊ poteſtas tenebrarū. Nā iudei erāt obtenebrati p inuidiaȝ et maliciā. gētiles ꝟo p ignorātiā negatiōis. Et ſic oēs ambulabāt ī nocte teñbraꝝ. Et ſic nō ſoluȝ affligebāt xp̄m ī illa nocte tporis: ſȝ etiaȝ ī nocte pctoꝝ et tenebraꝝ. ſȝ q2 xp̄s poſt tot afflictiones q̄s paſſus fuerat ī nocte fuit ī meridie crucifixus/ et ī latere pcuſſus/ et vere mortuus: q2 aīa fuit corpore expoliata. ideo ſubdit. Expoliaui tunica mea. ſ. tunica corporis: q2 corp⁹ ꝟe fuit ab aīa ī cruce ſeparatū/ et deſtitutum. et aīa deſcēdit ad inferos ad ſctos pres ⁊ fideles oēs libandos. Sȝ q2 tale corp⁹ expoliauit: vt nr̄am mortē deſtrueret. iō ī reſurrectione recupauit corp⁹ īmortale et impaſſibile. ⁊ ſic nō recupauit mortalitateȝ. nec alios defectus corporales et hūanos. q2 oīa illa māſerūt in ſepulchro cū oībus cerimonialib⁹ incinerata. Et ſic x⁹ in cruce nō ſoluȝ exiuit et expoliauit corpus ab aīa: ſȝ p ampli⁹ tunicā mortalitatis ⁊ paſſibilitas ⁊ tunicā grauē oīuȝ cerimonialiū ⁊ legaliū: q2 oīa iſta fuerunt mortua ⁊ crucifixa cū xp̄o. vt īquit apl̄s ad coloſ. ij. De hac ergo tunica legali. et de tunica mortalitatis ⁊ paſſibilitatis dicit. Quō induar illa: qi dicat. nullo modo. q2 nunꝙ āpli⁹ induar tuinica mortalitatis. q2 x⁹ āpli⁹ nō morit: ȝnc mors illi vltra dn̄abit. Nec ampli⁹ induar tunica cerimonialiū et legaliū. q2 iam ē rupta et putrefacta: et manſit incinerata in ſepulchro. q2 paſcha iudeoꝝ fuit mortuū cum oīb⁹ legalib⁹. et crucifixū in cruce cū xp̄o et ſepultū cum eo. et ſabatū fuit ſignatū et incluſum in ſepulchro cū xp̄o. Sed in die dn̄ica non ſurrexit paſcha nec ſabatū cū xp̄o: ſed ſola dies dn̄ica: paſcha et ſabato cum oīb⁹ legalib⁹ manētib⁹ ī ſepulchro īcineratis. ſicut dc̄m fuit ī tractatu ꝯ iudeos. qōe. p̄. et ḟa. Et de hac tunica putrefacta et incinerata dixit xp̄s: Quō induar illa: q̄ſi dicat nullo modo. q2 r̄cupauit et reinduit corp⁹. ſed non cum tali tunica mortali ⁊ legali. Itē q2 x⁹ ī cruce lauit pedes et man⁹ ſuas ſanguīe effuſo: p vulnera in ablutiōȝ pctoꝝ. qui quideȝ pedes nō ampli⁹ fuerūt coinquinati ſanguine mortali. Ideo ſubdit. laui pedes meos: quō coīnq̄nabo illos. q̄ſi dicat nl̃lo modo coīquinabo illos ſanguīe mortali poſtꝙ ſemel paſſus ſum. et ſurrexi ī corp⁹ īmortale et gl̃ioſum. Et nota ꝙ x⁹ madefaciendo pedes/ et man⁹ et corp⁹ ſuū illo ſanguine lauit et mundauit manus et pedes et totum corpus eccl̃ie ſue ab omni ſorde peccati. que quidē eccleſia nūꝙ amplius coinquinabitur quantum

ad formã: lȝ cotidie poſſint coinquinari quedã materialia mẽbra. ſicut dictũ eſt ĩ cãtico p̄cedẽti. In hebreo ãt hẽtur. Laui manus meas: quõ coinquinabo illas. ſȝ totũ poteſt eſſe: q2 xp̄s ĩ paſſiõe nõ ſoluȝ lauit manus ſpõſe: ſȝ etiã pedes et totuȝ corpus. vt dictũ eſt. q2 lauit pctã ⁊ affectiones ⁊ ꝯſciẽtias oĩuȝ fideliũ. Et ſic reliquit ecclĩaȝ ſuã nõ hñtẽ rugã neqȝ maculã eo modo quo dictũ ẽ. Sȝ dũ ſpõſus cãtaret ꝟba ſua ĩ cruce miſit manũ ſuaȝ ꝑ foramen lateris. qñ miles lancea apervit ip̄m. Et introiuit vox ei⁹ pulſando vſqȝ ad intiora ſpõſe. iõ dicit ſpõſa. Dilect⁹ me⁹ xp̄s miſit manũ ſuã ꝑ foramen .i. feneſtrã hoſtij mei. ſ. ꝑ lat⁹ ſuuȝ. ꝑ qd̄ exiuit tota ecclĩa. et ꝑ qd̄ ingredit̃ ⁊ egredit̃ in cubile ecclĩe. Et ſic ꝑ illud foramen miſit xp̄s manũ: ⁊ tetigit manũ ⁊ ꝯſciẽtiã ſpõſe. q2 ĩ corpe xp̄i erat virtualr̃ tota ecclĩa. vt ſup̄dictũ ẽ. q2 tũc aptũ ẽ hoſtiũ ĩ celo: ⁊ viſa ẽ archa teſtamẽti. apoc. xj. q2 oĩa miſteria legis veteris fuerunt manifeſta et cõſumata in corpe xp̄i/ et in aptiõe lat̃is eius. Et iõ dicit ſponſa. Dilect⁹ me⁹ miſit manũ ꝑ foramen: et vent̃ me⁹ intremuit ad tactũ ei⁹. Hoc dicit q2 tota virt⁹ ſacramẽtoꝝ q̃ ẽ in vt̃o ecclĩe exiuit ex latere xp̄i: ex quo vtero cotidie et aſſidue x⁹ regenerat fidles ꝑ baptiſmũ et alia ſacramẽta. Itẽ x⁹ cantando ĩ cruce miſit manũ ſue virtutis et ſue paſſionis ꝑ foramen et feneſtrã cõſcie aĩe virginis marie et totius ecclĩe. q2 intantuȝ virgo maria fuit tacta dolore cordis ꝙ illa paſſio ꝑtranſiuit et penetrauit tanq̃ gladi⁹ aĩaȝ ei⁹. Et ſic et̃ ẽ dicẽdũ d̄ tota ecclĩa q̃ȝ paſſio xp̄i et eius ꝟt⁹ penetrauit vſqȝ ad interiora. iõ dicit ſponſa. Surrexi vt apirẽ dilecto meo: ⁊ man⁹ mee diſtillauerũt myrrham: et digiti mei plẽi fuerũt myrrha ꝓbatiſſimã. Hoc dicit quiã paſſio xp̄i tantaȝ imp̄ſſionẽ fecit in aĩa virginis: ꝙ aĩa virginis erat tanq̃ fons myrrhe paſſiõis xp̄i. qd̄ ſic ẽ intelligendũ. Naȝ qñ quis ponit manũ in melle: tunc manus et digiti eius diſtillant mel. Ita pit̃ aĩa virginis et man⁹ et digiti ecclĩe ꝑ q̄ndaȝ contactũ diſtillant mel: qd̄ ex paſſiõe xp̄i emanat. Nã qñ xp̄s poſuit manuȝ per latus ſuũ et tetigit ecclĩam: q̃ virtualit̃ erat in corpe ſuo: ĩpleuit eaȝ myrrha ſue paſſiõis. Et ſic manus et digiti ſpõſe q̃ ẽ ptãs ⁊ virtus ſibi collata: dñr diſtillare myrrhaȝ. quia cõtinue diſpẽſant merita paſſiõis xp̄i ꝑ eccliaſtica ſacramẽta. et ſic dicim⁹ ꝙ ꝑ q̄ndã redundantiã manus ecclĩe ſunt plene myrrha et diſtillant myrrhã paſſiõis xp̄i fidelibus diſtribuẽdo et diſpẽſando. Itẽ man⁹ et digiti aĩe ꝟgis marie ⁊ apl̃oꝝ ⁊ mlĩeꝝ fuerũt plẽi myrrha p̄ amaritudĩe ⁊ dolore paſſiõis xp̄i. Deinde cũ dicit. Peſſulũ hoſtij mei aperui dilecto meo: Eſt aduertẽdũ ꝙ peſſulũ eſt qddã inſtrumẽtũ et ſera ferrea: ⁊ dĩ a pendẽdo. eo ꝙ ĩ die pẽdet ex vna portaꝝ ſȝ ĩ nocte ꝑ tranſuerſuȝ colligat ambas portas ⁊ fores: et ſic claudit totã domũ Ita pariter ꝑ totũ tẽp⁹ et noctẽ legis ante aduẽtum xp̄i ecclĩa erat clauſa peſſulo cerimoniaꝝ. ſȝ qñ xp̄s poſuit manuȝ ꝑ feneſtrã ⁊ vocauit ſpõſaȝ: tũc illa ſ̃rexit a lecto legis: et remouit peſſuluȝ cerimoniaꝝ. et ſic apte ſunt fores legis. ⁊ patefacta ẽ ecclĩa xp̄i. que infra cerimonialia latebat. Spõſa eniȝ apuit ⁊ remouit peſſulũ portaꝝ aĩe ſue: qñ magdalena ⁊ cetere mulieres/ et multi alij vidẽtes xp̄m mortuũ ĩ cruce crediderũt ip̄m eſſe filiuȝ dei vidẽtes ecclipſim ſolis et lune et tenebras ſup̱ vniuerſaȝ terrã: et monumẽta aperta/ et veluȝ tẽpli ſciſuȝ. iõ dixit cẽtu-

b

UVA. BHSC. IyR 068_1

rio. Uere filius dei erat iſte. Et multi re
uerſi ſunt in ciuitatē percutiētes pectora
ſua. luce. xxiij. Et iō dicit ſpōſa: ꝙ frexit
vt apiret dilecto. et apuit peſſuluꝫ: vt lo
querer/ et recipet ſponſuꝫ ſuū ad hoſtiuꝫ
canētē ⁊ vocantē. at ꝓ ſed ille declinaue/
rat: qꝛ iā emiſerat ſpm. et mortuus erat
atqꝫ trāſierat de hoc mūdo ꝑ mortē. Itē
ſponſa aperuit peſſuluꝫ dilecto ſuo: qn̄o
maria magdalena cū altera maria eme/
runt aromata: vt irēt ad monumētuꝫ et
vngerēt ieſuꝫ. angelus autē dn̄i deſcendit
de celo: et accedēs reuoluit lapidem: qui
erat tanꝙ̄ peſſulū claudēs ſepulchruꝫ. ſꝫ
qn̄o mulieres venerūt ad ſepulchrū vide
rūt lapidē remotū/ ⁊ ſepulchrū aptū. ſed
nō īuenerūt ieſuꝫ. qꝛ iā frexerat ⁊ decli/
nauerat ⁊ receſſerat ⁊ trāſierat de mor/
te ad vitā inmortalē. Nā primo declina/
uerat in cruce de vita ad morteꝫ: et decli
nauerat ad infernū ad liberādos pr̄es. ſꝫ
ex ſepulchro qn̄o reſurrexit tranſiuit de
morte ad vitā glīoſaꝫ. Et iō aīa virgīs ⁊
alioꝝ fideliuꝫ p̄mo liquefacta ē dolore et
amaritudīe cordis: qn̄o vidit ip̄ꝫ mortuū
ī cruce: ſꝫ liquefacta ē īmēſo gaudio qn̄o
certificata ē ꝑ multas viſiones ip̄ꝫ refre/
xiſſe. Et iō dicit. Anima mea liquefacta ē
dolore cordis. vt ꝓ poſtꝙ̄ ⁊ qn̄o dilectuſ
meus xp̄s locut⁹ ē illa ſeptē ꝟba ī cruce.
Sꝫ magis fuit liquefacta gaudio qn̄o lo
cutus eſt poſt refrectionē. Et iō ſubdit.
Queſiui illuꝫ: et nō inueni. vocaui illum
et nō reſpōdit mihi. qꝛ dū erat mortuus
nō poterat mihi reſpōdere in cruce nec ī
ſepulchro. Deīde cuꝫ dicit. Inuenerunt
me cuſtodes. eſt aduertēduꝫ: ꝙ in illo tri
duo tota eccl̄ia apl̄oꝝ erat abſcōſa in ce/
naculo ꝓpter metū iudeoꝝ nō audēs cō
fiteri xp̄m nec aparere publice. Ideo di
ꝑdidiſſe fidē nō ī corde: ſꝫ in ore. qꝛ ī ſola
virgīe maria māſit fides. vt cōiter tenet
Ex quo pꝫ ꝙ metus mortis ꝑcuſſit ſpon
ſam xp̄i ī apl̄is et expoliauit palliū fidei
eius. Et iō dicit ſpōſa ī ꝑſona apl̄oꝝ. In
uenerūt me cuſtodes. i. principes ſacer/
dotuꝫ et ſcribe ⁊ phariſei qui erāt cuſto/
des muroꝝ ſinagoge: et cuſtodiūt ciuita
tem tanꝙ̄ iudices et rectores. qui ꝑcuſſe
rūt me. et vuln̄rauerūt me vuln̄re timo
ris ⁊ minaꝝ. Et ſic iſti cuſtodes murorū
tulerūt palliū fidei mee. i. fortitudinē fi/
dei mee: quo āte opiebar/ et tegebar. Et
nota ꝙ cuſtodēs ciuitatis. ſ. ſacerdotes ⁊
ſcribe et phariſei et ꝯplices eoꝝ dupl̄r ꝑ
cuſſerūt ⁊ vulnerauerūt ſponſam. ⁊ tu/
lerūt palliuꝫ ei⁹. Primo modo ī capite.
qꝛ ꝑcuſſerūt ⁊ vulnerauerūt xp̄m: et tu/
lerunt ⁊ expoliauerūt palliū corporis ⁊
carnis ab aīa. et tulerūt palliū mortali/
tatis ⁊ paſſibilitatis. Scđo modo vulne
rauerūt ſponſaꝫ ī mēbris vulnere timo/
ris ⁊ minaꝝ: et tulerūt palliū fortitudīs
fidei eius: quando tulerunt petro palliū
fidei: quādo ex timore negauit xp̄m. Et
tulerūt ceteris apl̄is et diſcipulis palliū
fidei: qn̄o relicto eo oīs fugerunt. Et ꝑ
totum triduū erant abſconſi in cenaculo
ꝓpt̄ metū iudeoꝝ. Et eē hoc ad l̄ram fuit
īpletū de pallio matiali qn̄o fugientibus
apl̄is in captione xp̄i adoleſcēs quidam
amict⁹ ſindōe ſuꝑ nudo corꝑe relicto ſin
done nud⁹ fugit. ꝑ qđ fuit figuratuꝫ q̄lit̄
oēs fugiētes ꝑdiderūt ſp̄uale palliū fidi.
et tulerunt eē palliū cerimoniaꝝ qđ tege
bat eccl̄iam ſub legalib⁹. Ex ſuꝑdictis pꝫ
intelligētia h⁹ cantici. Sed ex dictis in
hoc cantico emergunt̄ tres dubitatiōes:
q̄ꝝ p̄ma ē. Utꝝ neceſſe fuerit xp̄m pati
⁊ mori ꝓpt̄ p̄ciū nr̄e redēptiōis: et vt ec/
cl̄iaſtica ſacramēta haberēt efficaciam ad
tollendū pc̄t̄m ⁊ conferendā gr̄am ex eo

UVA. BHSC. IyR 068_1

ꝙ dicit. ꝙ xꝰ meſſuit myrrhā ſacramēto
rū ex ſua paſſiōe. Scd̄o q̄rit̄ vtꝝ xp̄s
dormiēdo in cruce et in ſepulchro potat
vigilare in ope nr̄e redēptiōis et mereri
ꝑ vulnus lateris factū poſt mortē. Ter
cio querit̄ vtrū ap̄li ꝓdiderīt palliū fidei
in triduo: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſi fuerūt heretici: et ꝑ
ꝯn̄s ſi eccl̄ia ſpōſa xp̄i māſit ſine mēbris
in illo triduo. ꝓpter h̄ qđ dicit. Tulerūt
palliū meū cuſtodes muroꝝ. Ad qđ ē
dicēduꝫ ꝙ doctores eccl̄iaſtici taꝫ ſacri q̄
ſcolaſtici altiſſimo et ſubtiliſſimo modo
diſputāt et ꝑtractāt has tres difficulta-
tes. Sꝫ in hoc loco ſūt ꝑtractāde modo
hūano et ꝑceptibili. vt oēs ſimplices ſa-
cerdotes ⁊ fideles valeāt cape intelligen
tiam huiꝰ cātici. Et iō ad p̄mū eſt ad
uertēduꝫ ſm̄ auguſtinū. xj. de tri. capl̄o.
xiij. ꝙ lꝫ deo nō defuerit alius modꝰ nos
redimēdi ſibi poſſibilis. tn̄ iſte modꝰ paſ
ſionis xp̄i fuit magis iuſticie ꝯgruus: et
nb̄ magis vtilis. q2 diabolus amator po
tētie impugnatorq3 iuſticie nō erat ſupā
dus potētia: ſꝫ iuſticia. vn̄ cū ipē ſit ama-
tor potētie: ⁊ impugnator iuſticie nō de-
buit ſupari potētia quā amat: ſꝫ iuſticia
quā impugnat. Ex ꝟbis ergo auguſtini
colligit̄ ꝙ modꝰ paſſiōis xp̄i nō fuit nccīꝰ
reſpectu oīpotētie dei. q2 aliter poterat
mūdi pcc̄a remittere. ſꝫ fuit neceſſariꝰ ne
ceſſitate ꝯgruētie reſpectu diuine iuſticie
⁊ obſtinatiōis diaboli. ⁊ reſpectu nr̄e vti
litatis. Ad quoꝝ declarationē eſt aduer-
tēduꝫ ꝙ cū xp̄s venerit in mūdum tanq̄
metruꝫ et mēſura oīuꝫ bonoꝝ. et regula
oīuꝫ actuū hūanoꝝ: Ad q̄ttuor hūit reſ-
pectū in ſuo aduētu et paſſione. Primo
habuit reſpectū ad p̄rem cuiꝰ volūtatem
venit adimplendā. Scd̄o ad ſacrā ſcrip-
turā legis ⁊ ꝓphetaꝝ quā venit ꝟifican
dam/ ⁊ ꝯfirmādaꝫ. Tercio ad genus hu
manū: ad qđ venit redimēdū ⁊ releuan-
dū: ⁊ reſtaurādū. Quarto hūit reſpectū
ad diaboluꝫ ad quē venit vincendū/et ex
pugnāduꝫ. Ad ſatiſfaciēduꝫ ergo q̄ttuor
ſuꝑdictis reſpectibꝰ neceſſe fuit xp̄m pa-
ti tale genus mortis. vt patebit ꝑ ſingl̄a
Jō ponūtur decē ꝯcluſiones. Quaꝝ
prima ē iſta. Quod neceſſe fuit xp̄m pati
ad complendam voluntatem patris. et
ad adequādaꝫ iuſticiaꝫ cum miſericordia.
Ad cuius intellectū ē notandū ꝙ duo
ſunt cōſideranda in voluntate dei in regi
mine mūdi. ſ. iuſticia ⁊ mīa. vn̄ ꝑ iuſtitiā
vult nullū malū īpunituꝫ. ⁊ ꝑ mīaꝫ vult
oēs hoīes ſaluos fieri cū integritate iuſti
cie. Sed ſi ꝓfunde volumꝰ attēdere: vide
bimꝰ ꝙ īpoſſibile ē ꝙ talis voluntas dei
ſ. iuſtitia ſ. cū ſumma mīa poſſit cōpleri
et ſuari circa eundē hoīeꝫ: niſi inueniat
paſſio xp̄i adeq̄ns mīaꝫ cū iuſtitia. eo quia
iſta duo ꝑcipiūt et efficiunt ꝯr̄ia. nā ſum
ma iuſtitia dicit ꝙ nullū pcc̄m tranſeat ī
punitū: ymo ꝙ ſoluat̄ oē debitū ab inte-
gro ab ipſo pctōre. Sed ſumma dei mīa
dicit ꝙ pcat̄ pctōri penitēti et dimittatur
ſibi omne debitū. vt pꝫ in ꝑabola de decē
milibꝰ talētoꝝ. Mat. xviij. Sed hoc ē im
poſſibile reſpectu pctōris. nā ſi oē pcc̄m
puniat̄ in peccatore ſm̄ q̄ntitatē ſuā: tūc
pena pctōris erit infinita in q̄ntitate du-
ratōis. eo ꝙ omne pcc̄ꝫ mortale ē īfinitū
inq̄ntū cōmittit̄ cōtra obiectū infinituꝫ
qui eſt deꝰ. a quo pctōr auertit̄ ⁊ ſepatur
ꝑ quā auerſionē meret̄ adminus penam
damni in infinitū. ꝑut cōiter tenent oēs
doctores: et ꝑ ꝯuerſionē ad bonū cōmu-
tabile meret̄ penā ſenſus eternā. Et ꝑ cō
ſequēs impoſſibile ē. vt cum tali iuſticia
dei poſſit ſtare mīa q̄ dimittit omne de-
bitū. Et iō fuit neceſſaria paſſio xp̄i que
adequaret iuſticiā dei cū mīa: et ecōuer-



UVA. BHSC. IyR 068_1

ſo. qꝛ ꝑ paſſionē fuit in eo ſufficiēter punitū omne pctm ſuoꝝ mēbꝛoꝝ. Et ꝑ eādē paſſionē fuit nob̄ dimiſſuꝫ omne debituꝫ: ⁊ pena eterna. Et ſic ibi fuit cōpleta et obſuata iuſticia ſimul cū mia. Et ideo inqntuꝫ xp̄s paſſus ē ⁊ punitus ꝓ pctis oīuꝫ nr̄m. dꝛ yſaye. liij. ꝙ oēs nos quaſi oues errauimus. ſꝫ dn̄s poſuit in eo iniquitates oīuꝫ nr̄m. Et vulneratꝰ ē ꝓpter iniquitates nr̄as. et attritus ē ꝓpt̄ ſcelera nr̄a: cuiꝰ liuoꝛe ſanati ſumus. Et ſic pꝫ qualr̄ oēs fuimus in xp̄o vere puniti. Et iuſticia dei fuit in eo cōpleta. Sꝫ inqntuꝫ in eo fuit nb̄ dimiſſuꝫ omne debitū eternum: et nobiſcuꝫ fc̄ta mia. dꝛ pſal̄o. c. ij. ꝙ mīſatoꝛ ⁊ miſicoꝛs dn̄s longaminis: et multū miſicoꝛs. Nō imppetuū iraſcetur: neqꝫ in eternū cōminabit̄. nō ſm̄ peccata nr̄a fecit nobis: nec ſecundum peccata nr̄a retribuit nob̄. Quoniā ſm̄ altitudinē celi a terra coꝛroboꝛauit miaꝫ ſuā ſup timētes ſe. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ oēs nos iuſte merebamur eternā penam ꝓ pctis nr̄is ⁊ primoꝝ parētū. Et ſm̄ q̄ntitatem ⁊ exhigētiā eoꝝ. Sꝫ ex mia dei ꝑ paſſiōeꝫ filij eiꝰ dimiſit oēs īiquitates nr̄as. Et ſic in xp̄o ⁊ ꝑ xp̄ꝫ fc̄ta ē ſimul iuſticia ⁊ mia erga nos. Et iō dꝛ pſal̄o. lxxxiiij. ꝙ ī xp̄o mia ⁊ ꝟitas obuiauerunt ſibi: iuſticia et pax oſculate ſunt. Et ſic patet qualr̄ ſola paſſio xp̄i potuit adequare iuſticiā dei cū mia. ⁊ ecōuerſo erga genus hūanū. Sed hic occurrūt duo dubia. quoꝝ pm̄uꝫ eſt q̄uo paſſio vniꝰ hoīs xp̄i potuit ſufficiēt̄ ſatiſfacē ꝓ pctis oīuꝫ hoīuꝫ: qui merebātur penā eternā. Scd̄o dato ꝙ xp̄s hoc potuerit facere. dubitat̄ q̄uo nos potuimus illā paſſionē participare. Et q̄uo illa paſſio potuit nob̄ ꝓdeſſe. Ad pm̄ū reſpōdet̄ ſm̄ auguſtinū libꝛo. cur deꝰ homo. capl̄o. ix. ꝙ ꝓpter q̄ttuoꝛ paſſio xp̄i fuit tāte virtutis ⁊ valoꝛis: vt ꝓ oībꝰ peccatis poſſet ſatiſfacere in infinitū. Pꝛio qꝛ xp̄s erat deꝰ et homo. et ꝑ ꝯn̄s īfinite virtutis. Scd̄o qꝛ filius dei vnigenitꝰ et dilectiſſimus. Tercio qꝛ innocēs ⁊ iuſtiſſimus. Quarto qꝛ cū ſūma ⁊ extēſa caritate ⁊ obedietia ⁊ hūilitate illam paſſionē ꝓ nob̄ ſuſcepit. Propter pꝛimū ergo fuit eius p̄ciuꝫ infiniti valoꝛis ītēſiue ad tollendā penā infinitā. Propter ſecūdū ꝺo fuit dō acceptabile ſacrificiū. Propt̄ terciū potuit ꝓ ceteris pati: et ſatiſfacere. poſtq̄ ip̄e erat immunis ab omni peccato. Propter q̄rtum ꝺo fuit ſimul deo acceptabile ⁊ oībus vtile ⁊ infinitū extēſiue. Et iō dicit augꝰ. in loco p̄allegato. Grās igit̄ oīpotēti deo agimus: qꝛ ſicut grauiter cecidimus. ita mirabiliter ⁊ miſicoꝛditer ſumus releuati. et miaꝫ omne debitū trāſcēdenteꝫ ꝑ mediatoꝛis moꝛte repimus. Nempe quid miſicoꝛdius ītelligi poteſt: q̄ cū pctoꝛi eternis toꝛmētis damnato. vn̄ ſe redimat omnino nō hn̄ti. Pater dicit. Accipe vnigenitū meū et da ꝓ te. Et ip̄e filius dicit. Tolle me: et redime te. Quid ergo iuſtius: q̄ cui dat̄ p̄ciū maiꝰ omni debito. vt pc̄ꝫ dimittat illi: qui pꝛo debito offert hoc pꝛecium. Ex dictiſ augꝰtini pꝫ ꝙ xp̄i paīo iō ē p̄ciū infinitū maiꝰ oī debito. eo ꝙ xꝰ ē deꝰ ⁊ filius dī vnigenitꝰ: et illa paſſio fuit deo ꝓ oībꝰ acceptabilis qꝛ facta fuit cū ſumma caritate inq̄ntū xꝰ ꝓ oībꝰ nobis ſe obtulit. Et fuit et̄ deo acceptabilis et ꝓ oībus valida et vtilis inq̄ntū agnus purꝰ et iuſtus ⁊ innocens ꝓ oībꝰ pctoꝛibꝰ moꝛtuꝰ ē. iō dr̄ yſa. liij. ꝙ tanq̄ agnus ad occiſionē ⁊ ouis coꝛā tondēte ductꝰ ē: qui pctm nō fecit: nec inuētus ē dolus in oꝛe eius. Et iō liuoꝛe eius ſanati ſumus. Iteꝫ. p̄. petri. ij. xp̄s paſſus ē ꝓ nob̄: qui pc̄ꝫ nō

UVA. BHSC. IyR 068_1

fecit: nec inuētus ē dolus ī ore eius: qui pctā ipſe ptulit in corpore ſuo ſup lignū. Itē idē xp̄s p pctis nr̄is paſſus eſt iuſtus p iniuſtis. Et ſic pʒ q̄liter paſſio xp̄i fuit infiniti precij et potuit ſatiſfacere p infi/nitis pctis. Itē hoc idē fuit declaratum ſup pſalo. xvij. Sʒ nūc reſtat ſcd̄o videre quō paſſio xp̄i potuit tranſire ad nos et pdeſſe nob. Ad hoc reſpondet put dictū ē ſup pſalo. xvij. et xxi. ꝙ ſeptē modis xᵒ potuit aſſumere cauſaʒ nr̄aʒ tanꝙ ſuam et ſufficienter pati p nob. Primo modo tanꝙ aduocatus. Scd̄o tanꝙ pcurator. Tercio tanꝙ fideiuſſor potuit p nob ſol/uere pciū. Quarto tanꝙ dn̄s p ſuo aſſumit bellū. Quīto tanꝙ pater p filio aut ſpōſus p ſpōſa. Sexto tanꝙ paſtor p grege. Septimo tanꝙ caput p mēbris patit et dolet. Uñ qr xp̄s fctꝰ ē caput eccl'ie. et aſſumpſit eā ī ſpōſaʒ. et corpꝰ ſuuʒ miſti/cū ī vnitate fidei p baptiſmū. Ideo a xp̄o capite deſcēdūt ad mēbra oēs virtutes et dona grāꝝ et merita ſue paſſionis. Et qr qn̄ocūqʒ quis baptizat ī xp̄o efficit mē/brū eiꝰ. iō illico participat merita ſue paſſiōis. et virtꝰ paīonis eiꝰ trāſit ad ipʒ tā/ꝙ a capite ad mēbruʒ. Et ſic dicit aplꝰs ad. ro. vj. ꝙ ſicut oēs fuimꝰ baptizati in xp̄o: ita oēs fuimus ī eo crucifixi et mortui et conſepulti. Et p ꝯn̄s reſuſcitati a pctō. qr ſicut pctʒ ipiꝰ adaʒ trāſiuit ī oēs ſuos naturales filios. ita grā et paīo xp̄i trāſiuit ī oīa mēbra ſua. qui ſūt fideles ī xp̄o baptizati. vñ ſicut pctm ade trāſiuit in oēs filios ſuos p gn̄ratiōʒ naturaleʒ ita grā et virtꝰ paſſiōis xp̄i trāſiuit ī oēs fideles p regn̄ratiōnē baptiſmalē: et alia ſacramēta. Ex ſupdictis oībꝰ pʒ q̄lr paīo xp̄i fuit neceſſaria ad adequandam iuſticiam dei cum mīa erga genus humanuʒ. Nā ſumma iuſtitia ſuat circa pctorē pe/nitentē inq̄ntū ſua peccata ſufficient pūi/unt in xp̄o capite ſuo: qui offert ſeipm et paſſionē ſuā p pctis penitētis. et ſumma mīa ſuat erga eundē pctorē: inq̄ntum p merita paſſiōis xp̄i remittit ſibi pena et̄/na/ et oē debitū: et dat ſibi glīa et̄na quaʒ non meret. Et ſic paīo xp̄i īpleuit et cōtinue adīplet diuīaʒ pr̄is voluntatē adeq̄ndo mīaʒ cū iuſtitia et ecōuerſo. Scd̄a ꝯcluſio ꝙ neceſſe fuit xp̄ʒ pati vt ꝯfirmaret teſtamētū vetꝰ Ad cuiꝰ intellectuʒ ē notandū ꝙ teſtamentū dr̄ de teſtor teſtaris qd̄ idē ē ꝙ cōfirmare et ratificare. et iō iuriſperiti diſpoſitiōʒ bonoꝝ cōfirmatā p vltimā volūtatē teſtatoris appellāt teſtamtū dicētes ꝙ teſtamtū ē vltia volūtas teſtatoris. i. diſpoſitio bonoꝝ ꝓpoꝝ p vltimā voluntatē teſtatoris ꝯfirmata Ultia aūt voluntas teſtatoris dr̄ illa q̄ p mortē eius t̄minat. et ſic ſola teſtatoris mors ē illa q̄ cōfirmat teſtamētū: quia p totā vitā ſuā pōt teſtator mutare volūtatē. et iō nunꝙ dr̄ verū teſtamētū niſi p mortē ꝯfirmatū: et hec ē cā q̄re heres nō accipit hereditatē niſi poſt mortē teſtatotoris: qr ante nō erat ꝓpe teſtamētū niſi q̄dam diſpoſitio teſtamenti: ſed intantū dr̄ teſtamentū inq̄ntū expectat ꝯfirmari p mortē teſtatoris. Ex quibꝰ pʒ ꝙ duo ſunt nccīa ad pfectuʒ et veꝝ teſtamentū. pmo diſpoſitio bonoꝝ ſiue hereditatis facta p teſtatorē. Scd̄o confirmatio fcta p mortē eiuſdē: qr neceſſe ē ut mors teſtatoris īt̄cedat. vt inquit aplꝰs ad hebre. viiij. qr alit̄ teſtamētū nō eſſet validū nec cōfirmatū. Et iō cū tota ſcript̄a legis et ꝓphetaꝝ dicat teſtamētū dei: ſequitur ꝙ nō pōt dici veꝝ teſtamētū dei: niſi īq̄n/tū deꝰ erat moriturꝰ et cōfirmaturꝰ illō ſuū teſtamētū p mortē ſuā. et p ꝯn̄s ne/ceſſe erat deuʒ mori ut cōfirmaret ſuum



UVA. BHSC. IyR 068_1

teſtamētum morte intcedēte. alias ſuū te
ſtamētū fuiſſet irritū et nō validū. Sꝫ qꝛ
deꝰ ē imortalis ⁊ ipaſſibilis ſm ſuā eſſen
tiā: iō erat neceſſe ut aſſumeret hūanam
carneꝫ in q̄ poſſet mori et pati ad confir/
mandū teſtamentū. vt poſtq̄ non poſſet
mori nec pati in naturā: poſſet pati i pſona
Et ſic pꝫ q̄lr deꝰ erat de neceſſitate incar
nandꝰ et moriturꝰ: vt cōfirmaret ſuū an
tiquū teſtamētū. et ſic p multas figuras
pr̄iarchaꝝ et vaticinia ꝓphetaꝝ ꝓmittat
in ſuo teſtamento venire in carnem: et ſe
moriturū ut confirmaret ſuū teſtamētuꝫ
Et nō ſolū ꝓmiſit ſe morituꝝ ⁊ cōfirma
turū teſtamētū q̄cūqꝫ morte: ſed p ſuum
ſanguinē debebat ipm cōfirmare. Unde
legit exo. xxiiij. ꝙ moyſes accepit volu/
men legis: et congregatis filijs iſrl legit
eis oēs ſmōes dn̄i: q̄ rn̄derūt ⁊ dixerūt.
Oīa que locutꝰ ē dn̄s faciemus: et erimꝰ
obediētes. Moyſes ꝯo occidit. xij. vitu/
los. ⁊ aſſūpto ſanguīe i crateribꝰ effudit
medietatē ſup altare. Et alterā medieta
tem ſup populū dicēs. Hic ē ſanguis fe/
deris: qđ pepigit dn̄s vobiſcū ſup cūctis
ſmonibꝰ his. Ex quibꝰ ꝯbis oſtēdit ꝙ il/
lud teſtamētū dei nō poterat niſi p ſāgui
nē ꝯfirmari. Hoc ideꝫ pꝫ za. ix. vbi dicit
ꝓpheta. Letare filia ſyon: ecce rex tuus
venit iuſtꝰ ⁊ ſaluator: ipe paup ſedēs ſup
aſinā ⁊c. Et ꝯverſus ꝓpheta ad xp̄m fu/
turū ſaluatorē dicit. Tu quoqꝫ in ſangui
ne teſtamēti tui eduxiſti vinctos de lacu:
vbi nō erat aqua. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ xp̄s deꝰ
fctūs homo p mortē et ſanguineꝫ debebat
ꝯfirmare ſuū teſtamētū. Et iō dicit aplus
ad hebre. ix. ꝙ xp̄s noui teſtamēti media
tor ē. vt morte intercedēte redēptiōe iuē/
ta repromiſſiōeꝫ accipiāt qui vocati ſunt
eterne hereditatis. Et ſic ꝓbat aplus ꝙ
illud teſtamētū nunq̄ fuit ratū ⁊ ꝯfirma

tū: niſi p mortē xp̄i teſtatoris. Et iō fide/
les veteris teſtamēti nō potuerūt accipe
repromiſſiones / niſi nobiſcū. Ex quibus
oībꝰ pꝫ ꝙ paſſio xp̄i fuit neceſſaria: vt ve
tus teſtamētū dei cōfirmaret. Tercia
cōcluſio ꝙ neceſſe fuit xp̄ꝫ tale genꝰ mor/
tis pati. vt verificaret totā ſcripturā le/
gis ⁊ ꝓphetaꝝ. Pro declaratione auteꝫ
⁊ ꝓbatiōe huiꝰ cōcluſionis ē aduertēdū.
ſicut dictū fuit ſup pſalꝫ. xxxix. Et i trac/
tatu cōtra iudeos queſtiōe pma. ⁊. ij. et
iij. ꝙ tota lex moyſi data fuit i ſignum ⁊
figurā futuroꝝ. Et totū reſiduū ſcriptu
re veteris teſtamēti ſunt quedā ꝓmiſſio/
nes ⁊ vaticinia futuroruꝫ bonoꝝ de xp̄o
⁊ eccl̄ia. vt ibi ꝓbatū fuit p ſacras ſcrip/
turas. Naꝫ circūciſio data fuit i ſignum
federis. ⁊ ſabbata et ſacrificia i fedus ſi/
gnūqꝫ ppetuū. Sꝫ tā ſignū q̄ figura ē re
latiuū. Nā ſignū alicuiꝰ ſignati ſignū et
figura alicuiꝰ figurati figura. Itē ꝓmiſ/
ſio alicuiꝰ ꝓmiſſi boni ꝓmiſſio. Et ꝓphe
tia alicuiꝰ rei future ꝓphetate ꝓphetia.
Et ſic tota lex vetus ⁊ ꝓphete erāt ſigna
futuroꝝ. Et p ꝯn̄s nō poterāt verificari
niſi p aduētuꝫ illoꝝ bonoꝝ. que p illa ſi/
gna fuerāt figurata ⁊ ſignificata / ac pro/
miſſa / aut vaticinata. Aliter oīa ſigna et
figure et ꝓmiſſiones et vaticinia mane/
rēt falſa ⁊ irrita ⁊ vana. vn̄ qꝛ oīa ſacrifi
cia vet̄is legꝫ nō erāt n̄c fiebāt gr̄a ſui niſi
iq̄ntū figurabāt ⁊ ſignificabāt paīoꝫ xp̄i
Et nō fiebant niſi in ſignū et figuraꝫ eiꝰ.
iō erat neceſſe ut p verā et realē paīonē
xp̄i verificarent. aliter oīa fuiſſent ſigna
falſa et vana. Unde ſicut teſtamētū vetꝰ
fuiſſet irritū et vanū niſi fuiſſet cōfirma
tū p morteꝫ xp̄i teſtatoris vt ſup̄ dctm ē:
Ita pit tota ſcripta legis ⁊ ꝓphetarum
quo ad ſigna et promiſſiōes et vaticinia
manſiſſet falſa et mēdax: niſi fuiſſet per

UVA. BHSC. IyR 068_1

morte̅ xp̅i v̅ificata et i̅pleta p̲ xp̅z ⁊ lege̅ euangelica̅. Jdeo ſicut nouu̅ teſtame̅tu̅ nihil aliud e̅ niſi co̅firmatio et ratificatio ve. teſ. ita parit̃ nihil aliud e̅ niſi veritas legis ⁊ ꝓphetaꝝ. vnde ſicut tota ſcriptura legis ⁊ ꝓphetaꝝ dicebat̃ teſtame̅tu̅ dei. in q̅ntu̅ erat co̅firma̅du̅ p̲ morte̅ xp̅i teſtatoris. ita eade̅ ſcriptura dicebat̃ ſignu̅ federis inq̅ntu̅ erat v̅ifica̅da p̲ eade̅ xp̅i paſſione̅. Et io̅ di̅ jo. p̲mo. ꝙ lex p̲ moyſen data eſt: gratia autez ⁊ veritas per xp̅z facta e̅. io̅ dixit etia̅ ſaluator mat. v. No̅ veni ſoluere legez: ſ3 adimplere. jota vnu3: aut vn⁹ apex no̅ p̃teribit a lege. donec o̅ia fia̅t. Jte̅ mat. xxvj. Fili⁹ ho̅is vadit ſicut ſcriptu̅ e̅ de illo. Jte̅ jo. xix. O̅ia hec ſc̅a ſunt: vt adimplerent̃ ſcripture ꝓphetaꝝ. Hoc ide̅ dicit ſaluator jo. v. Scrutamini ſcripturas: q2 i̅pe teſtimoniu̅ ꝑhibent de me. Si crederetis moyſi: crederetis forſitan ⁊ mihi. moyſes eni3 de me ſcripſit. Jdo etia̅ di̅ luce vltio̅. ꝙ xp̅s incipie̅s a moyſe ⁊ ꝓphetis i̅terpretabat̃ illis duobus diſcipulis o̅ia que de eo ſcripta era̅t. Et poſtea dixit o̅ib⁹ diſcipulis in cenac̅lo co̅gregatis. ꝙ oportebat i̅pleri q̅ ſcripta era̅t in lege et ꝓphetis / et pſalmis de me. Ex quib⁹ p3 ꝙ neceſſe fuit xp̅m pati vt v̅ificaret̃ tota ſcriptura legis ⁊ ꝓphetaꝝ. eo q2 xp̅s erat terminus ⁊ finis: et v̅itas eoꝝ. Ex o̅ib⁹ ſupdictis ſequitur ꝙ o̅es ſcribe et phariſei ⁊ judei moderni. q̅ eos ſequu̅t̃ falſificaru̅t et falſifica̅t ſcriptura̅ legiſ ⁊ ꝓphetaꝝ nega̅do xp̅z eſſe v̅u̅ meſſia̅ i̅ lege ꝓmiſſu̅: ⁊ nega̅do ⁊ ꝯte̅pne̅do lege̅ eua̅g̅lica̅ cu̅ x⁹ fuerit ei⁹ v̅ificator. Et lex euangelica ſit veritas totius ſcripture legis / et prophetarum. et xp̅s fuerit ꝯfirmator veteris teſtame̅ti p̲ ſua̅ morte̅ et paſſione3. et ſic et̃ negando xp̅m faciu̅t mendace̅ deu̅ et tota̅ lege̅ et ꝓphetas. de quib⁹ ait dn̅s jere. xi. Jrritu3 feceru̅t teſtamentu̅ meu̅. Jte3 ſequit̃ ꝙ o̅es iudei a paſſione xp̅i vſq3 ad p̅n̅s te̅p⁹ obſtinati et xp̅m negantes ſunt heretici in ſcript̃a legis ⁊ ꝓphetaru̅. Hoc ꝓbat̃. nam o̅es illi qui cu3 ꝑtinacia deuiant a veritate ſacre ſcripture. et negant ei⁹ vera̅ intellige̅tia3 et aſſerunt aliquid q̅d eſt ꝯ lege̅ dei: ſunt heretici. ſed o̅es iudei moderni ſunt hui⁹ modi: ergo ſunt heretici. maior e̅ nota: minor ꝓbat̃. na̅ x⁹ e̅ veritas et finis legis et ꝓphetaꝝ. ergo negando xp̅m et lege̅ eua̅gelica̅: negant vera̅ intellige̅tia̅ legis ⁊ ꝓphetaꝝ. et aſſeru̅t ꝑtinacit̃ oppoſitu̅ veritatis: expectando meſſia̅ te̅poralem futuꝝ qui te̅palit̃ liberet eos. Et ſic co̅te̅pnunt bona vera ſp̅ualia ꝓpt̃ falſa te̅poralia. et ſic irriſores ſunt legis ⁊ conte̅ptores dei et bonoꝝ ſuoꝝ in lege ꝓmiſſoꝝ. Et ſunt me̅daces et falſificatores ſacre ſcript̃e. et blaſſemi facie̅tes deu̅ mendace3 in dictis et ꝓmiſſis et reuelatio̅ib⁹ ſuis factis p̅riarchis et ꝓphetis. prout plenius fuit declaratum in tractatu ꝯ iudeos in fine.

Quarta concluſio ꝙ neceſſe fuit xp̅m pati: vt ꝓ nob̅ ſolueret omne debitu3. ſ. p̲ o̅ib⁹ p̅n̅tib⁹ p̃teritis ⁊ futuris. Ad cui⁹ intellectu̅ eſt aduerte̅du̅ ꝓut dictu̅ fuit ſuper pſa̅lo. xxxix. Et ꝯtra judeos q̅ſtio̅e p̲ma. ꝙ cu̅ totu̅ genus hu̅anu3 fuiſſet obligatu̅ in ada̅ ad eterna̅ ſuitute3 ſub p̃tate diaboli p̲ nullu̅ p̃ciu̅ t̃porale et terrenu3 et finitu3 poterat redimi ⁊ liberari a tali debito ⁊ ſeruitute. Et hec fuit cauſa: q̃re nec ſacrame̅ta / nec ſacrificia / nec oblationes potera̅t de ſe libare ho̅ie3 a pc̅o nec ſoluere ſufficie̅s p̃ciu̅ ꝓ debito. v̅n̅ ibi fuit ꝓbatu̅ qual̅r circu̅ciſio no̅ poterat libare ab origiali culpa. et ratio e̅ iſta. Na̅ i̅ circu̅ciſione ſolu̅ dabat̃ ille modicus ſa̅guis effuſus et illa pellicula abſciſa: que erat



UVA. BHSC. IyR 068_1

vilioꝛ pars totiꝰ corporis. ſꝫ nunꝙ pars
pōt redimere totū: nec pars corporalis
poterat redimere aīaꝫ cum in ſe nō cōti
neret ꝑcium equale qꝛ omne qđ redimi/
tur: equali vel maiori precio redimit᷑. Et
ſic nunꝙ corpꝰ nec pars eiꝰ poterit redi/
mere aīaꝫ: nec totū hominē. Itē totꝰ ille
puer qui circūcidebat᷑ erat īmūdus quo
ad corpꝰ ⁊ aīaꝫ. ergo illa particula ſāgui
nis et pellicule ita erat īmūda et pc̄to et
ſuituti ſubiecta ſicut totꝰ homo. ⁊ ꝑ ꝯñs
nō erat deo acceptabile ꝑciuꝫ ad mundā
duꝫ ⁊ liberāduꝫ totū hoīeꝫ. Et iō oppor
tebat offeri aliquē hoīeꝫ mūduꝫ et liberū
ab omni pc̄to. ⁊ nō obnoxiū pc̄to ꝑmoꝝ
parētū/ nec ī natura/ nec ī ꝑſona. qui qui
dē homo cōtineret ī ſe ꝑciuꝫ mūduꝫ ⁊ in
finituꝫ. qui nō ſolū offerret partē ſui: ſed
ſe totū. vt totū hoīeꝫ redimeret ⁊ libera
ret a ſuitute ⁊ morte pc̄ti. ymo ab vtra/
qꝫ morte. ſ. corporis et aīe. Et talis fuit
ſolus xp̄s deus et homo iuſtus ⁊ īnocēs
nō obligatꝰ in adā ꝓut ſepius dictū ē. Et
iō illa circūciſio et modicꝰ ſanguis ⁊ pel/
licula carnis nō dabat᷑ in ꝑciū ſufficiēs ꝓ
illo pueꝛo: ſꝫ in ſignū precij futuri ꝑ xp̄ꝫ
in cruce ſoluendi. Sicut qn̄o quis emit
domum aut agrum: et nō ſoluit ꝑcium.
ſꝫ ſolum dat denariū in ſignū ꝑcij ꝓmit/
tens ſoluere ꝑciū poſt annū: ita pariter
faciebāt fideles veteris teſtamēti ī illa cir
cunciſiōe qꝛ nō illū modicū ſanguineꝫ in
ſolidū ꝑciū ꝓ illo pueꝛo: ſꝫ in ſignuꝫ ꝑcij
futuri ſoluēdi ꝑ xp̄m inq̄ntū ꝓmittebāt
deo p̄ri ſoluere ꝑciū ſufficiēs ꝑ paīonem
xp̄i. et ſic libabat᷑ ille puer a ſuitute pc̄ti.
et iō ille puer nō libabat᷑ a pc̄to ꝑciſe per
illā circūciſionē. ſꝫ ꝑ fidem xp̄i futuri ſub
qua fide dabat᷑ ⁊ fiebat illa circūciſio: qꝛ
illa circūciſio nō erat niſi ſignaculū fidei
vt probat ap̄ſus ꝑ totam ep̄laꝫ ad ro. et
gala. et heb. Itē adhuc dat᷑ aliud exēplū
magis acomodatū huic caſui. vñ ꝯſuetu/
do ē int᷑ viros belligeros: ꝙ ſi quis cap/
tus in bello ſub fide ꝓmittit dn̄o ſuo ſol
uere infra certū tēpus ꝑciū redēptionis
in cuiꝰ fidei ſignū et arrā dat anulū ſuuꝫ
ꝙ ille ſuus dimittat᷑ ſub tali fide ⁊ ſigno
vſqꝫ ad tēpꝰ ſolutiōis ꝑtaxatū. tūc mani
feſtū ē ꝙ ille ſuus captꝰ nō dimiſſus eſt.
nec libatus a ſuitute ꝓpter anulū: ſꝫ ꝓp
ter fidē ꝓmiſſaꝫ. Nec ille anulus fuit da
tus in ꝑciū: ſꝫ ī ſignū ꝑcij ſoluēdi. Nec il
le libatꝰ eſt ꝓpter anulū: ſꝫ ꝓpter ꝑcium
ſub fide ꝓmiſſuꝫ. ita ergo pariter fideles
ve. te. in illa circūciſiōe dabāt illā pellicu
lā ꝑpucij circularē fc̄tam ad modū anuli
quā nō dabāt in ꝑciū ſolidū: ſꝫ in arram
et ſignū ꝑcij futuri ſoluēdi ꝑ xp̄m. Et ſic
dabāt etiā illū modicū ſanguinē in ſignū
⁊ arrā ſanguinis xp̄i effundēdi in cruce.
Et ſic fiebat illa circūciſio ſub fide et ꝓte
ſtatione ſoluendi ꝑ xp̄m. Et ſic ꝓ tūc ſub
tali fide libabātur fideles veteris teſtamē
ti a ſuitute pc̄ti ⁊ pena inferni. Ex quibꝰ
pꝫ ꝙ ſicut nec illa pellicula circularis et
anulata nec ille modicus ſanguis erat ꝑ/
ciuꝫ redemptiōis illius circūciſi: ſꝫ ſignū
fidei ⁊ arra futuri ꝑcij et ſanguīs xp̄i ī ꝑ
cium effundēdi. ita ille circūciſus nō liba
batur tunc ꝑ illam circūciſionē: ſꝫ ꝑ fidē
xp̄i futuri ſub qua fiebat illa circūciſio.
cuius fidei illa circūciſio erat ſignaculū.
vt ꝓbat ap̄ſus ad. ro. iiij. ⁊ ad gala. ꝑ to
tum. vbi ꝓbat ap̄ſus ꝙ ſacramēta ⁊ ope
ra veteris legis nō iuſtificabāt nec libera
bant ꝑ ſe hoīeꝫ a ſuitute pc̄ti. ſed ꝑ fideꝫ
xp̄i futuri. cuiꝰ erāt ſignaculū et ſub qua
fide fiebāt. Et ſic eſt dicēdū de oībꝰ ſacri/
ficijs ⁊ holocauſtis q̄ offerebant᷑ ꝓ pc̄to
actuali: qꝛ nō offerebātur ī ꝑciuꝫ: ſꝫ in ſi/
gnum futuri ꝑcij: inq̄ntū erāt figura/ et

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſignuȝ paīonis xp̄i. q2 de ſe nō poterāt li
berare hoīeȝ: cū in ſe nō ꝯtinerēt ſufficiēs
p̄ciuȝ: ſȝ intātum liberabāt de pn̄ti: in/
quātū dabātur in ſignū p̄cij futuri cū fi/
de ⁊ ꝓteſtatiōe ſoluēdi ſufficiēs et pfectū
preciuȝ p paīonē xp̄i. Et ſic tā circunciſio
ꝙ̄ ſacrificia fiebāt in ſignū federis. ymo
fuerūt data ī ſignū federis. vt pȝ ge. xvij.
et p totū leuiticū. Secus autē ē de ſacra
mētis noue legis que real'r ꝯtinēt de pre
ſenti virtutē paīonis xp̄i: qđ eſt p̄ciū ſuf/
ficiens. iō de pn̄ti illico iuſtificant et libe/
rant a pc̄o et deficiunt quod ſignificāt.
Et ideo fuit neceſſe chriſtū venire in car/
nem et pati tale genus mortis. Et ſolue/
ret preciū ſolidū et ſufficiēs ꝓ oib⁹ fideli
bus veteris teſtamēti qui dederāt ſignuȝ
precij p circūciſiōeȝ ⁊ ſacrificia ⁊ oblatio
nes: q2 nō ſolū circūciſio ⁊ ſacrificia: ſed
etiā oblatiōes q̄ fiebāt a fidlib⁹ ī p̄. ⁊. ij.
etate erāt ſignacl'a fidi xp̄i futuri: ⁊ dabā
tur ī ſignū p̄cij fut'i ſoluēdi p xp̄ȝ ī cruce.
et iō fuit neceſſe vt xp̄s ſolueret illō p̄ciū
ꝓ oib⁹ illis ī cruce. Et nō ſolū ꝓ illis: ſȝ
ꝓ oib⁹ p̄ſentib⁹ ⁊ futuris. vt pȝ p totam
epl'am ad. ro. ymo p totā doctrinā apl'i
cam. q2 illō p̄ciū fuit ⁊ ē maius omni de
bito. vt ſup̄dictū eſt p auguſtinū. iō dicit
aug⁹. ſup pſal'o. xxj. ſmone. ij. Ecce xp̄s
paſſus eſt. Ecce mercator oſtēdit merces
ſuas. Ecce p̄ciuȝ qđ dedit. Ecce ſanguis
eius fuſus eſt. in ſacco ferebat p̄ciū/pcuſ
ſus ē lācea/ſciſus eſt ſaccus et emanauit
p̄ciuȝ orbis terraꝝ. Ex quibus oib⁹ pȝ ꝙ
neceſſaria fuit paīo xp̄i ad ſoluēdū omne
debitū. et ad liberādū totū genus hūa/
num a ſuitute pc̄ti. et iō q2 iā ſolutū ē in
cruce p̄cium ꝓ p̄teritis ⁊ collatum ſacra
mētis noue legis ꝓ futuris: dicit xp̄s ī h̄
cātico. jam meſſui myrrhā meā et come
di fauū. comedite ⁊ ſaciamini. bibite ⁊ ī
ebriamini: q̄i dicat. q2 iā ſolutuȝ eſt p̄ciuȝ
et iaȝ ſacramēta ꝯtinēt ipȝ in ſe virtual'r
et real'r. Quinta ꝯcluſio. ꝙ neceſſaria
fuit paīo xp̄i ad purgādū et mundādū
hominē a macula ⁊ ſorde pc̄ti. Ad cuius
intellectū eſt notādū. ꝙ totū genus hūa
nū ex pc̄o ꝑmoꝝ parētū nō ſolum fuit
deditū ī ſuitutē ſub ꝑtate diaboli: ſȝ etiaȝ
fuit infectum ī carne: ⁊ aīa macula pc̄ti.
Et iō nō ſolum indigebat redimi ab illa
ſuitute ⁊ ſoluere p̄ciū ꝓ debito p paīoēȝ
xp̄i. ꝓut dictuȝ ē. ſȝ etiā indigebat mūda
ri ⁊ purgari a macula oīs pc̄ti: vt poſſet
deo recōciliari. Et iō ex latere xp̄i nō ſo/
lum exiuit ſanguis ī p̄ciū nr̄e redēptiōis
ſȝ etiā aq̄ in ablutōȝ pc̄toꝝ. vt pȝ jo. xix.
Et ſic ex paſſione xp̄i collata fuit virtus
baptiſmo ⁊ pn̄ie/⁊ extreme vnctiōi et ce
teris ſacramētis nō ſolum ad cōferēdam
grām: ſȝ etiā ad abluēda pc̄ta. que quidē
ablutio fit p eccl'iaſtica ſacramēta. Ex q̇/
bus pȝ qual'r neceſſaria fuit paīo xp̄i ad
purgāda et abluēda pc̄ta p ſanguinē ei⁹.
vt demōſtrat apl'us ad heb. viij. et. ix. et
x. Jdō dicit apocali. ꝑmo. ꝙ xp̄s dilexit
nos ⁊ lauit nos a pc̄tis nr̄is in ſanguine
ſuo. Sexta ꝯcluſio. ꝙ neceſſe fuit xpȝ
pati tale genus mortis. vt paīo ei⁹ eſſet
metrū et menſura oīuȝ ꝟtutum et exem
plū patientie in oib⁹ aduerſitatib⁹. Ad
cui⁹ intellectum ē notādum ſm euſebiū
et auguſtinum ꝙ ante mortē et paſſionē
xp̄i et cognitionē euāgelij pauci audebāt
aggredi mortē et tormēta ꝓ ꝟitate et iu/
ſtitia defēdēda. et multi deficiebant ī tol/
lerandis et ꝑferendis aduerſitatib⁹ et tri
bulatiōib⁹. ymo multi reges et ꝑncipes
et īpatores ꝓcurarūt ſibi morteȝ ⁊ occi/
derunt ſe ipos: nō valētes miſias huius
mundi patiēter tollerare. vt pȝ de nero/
ne/⁊ domiciano/⁊ cathone/⁊ anibale/⁊

UVA. BHSC. IyR 068_1

lucrecia/ ⁊ cleopatra/ ⁊ multis alijs qui ſe ipos occiderūt. ymo ipe Ceſar deſpās de victoria ſe ipm voluit interimere ꝓpe yllerdā vt inquit lucanus. ⁊ h̄ accidebat q2 nō hēbant ſpeculū nec exēplum patiē/cie de aliquo iuſto ⁊ ſūmo viro. nc expectabāt futurā felicē vitā. Sz poſtq̄ principes mūdi venerūt ad fidē xpi et cognitionē legis euāgelice nō legimus aliquē re/gem nec ꝑncipē fidelē ſibi ꝯſciuiſſe nec intuliſſe mortem: niſi quoſdā maniacos et freneticos. cui⁹ ratio ē. nā qn̄o aliquis fidelis cuiuſcūq3 ꝯditiōis ⁊ dignitatis ſit laborat ī aliqua aduerſitate aut ꝑſecutione ⁊ infirmitate: illico recurrit ad paſſionem xpi/ et legē euāgelicā. et imputās illas ꝑſecutiones et aduerſitates ꝓuenire ex pctis ſuis patiēter tollerat illas. Et inſpiciēs ī paīone xpi qui plura ꝓ nob̄ paſſus ē. iā ampliori patientia ꝑfert eas. Et ſic ex paſſiōe xpi hent rei ⁊ pctores vn̄ a/gāt pn̄iā3: ⁊ miſi vn̄ habeāt patiētiā3: et iuſti vn̄ ꝑferāt martiriū3 ꝓ vitate fidei. vū nullum gen⁹ aduerſitatis quis poteſt pati. quin xps illō fuerit paſſus. et ſic ex ſpeculo paīoīs xpi habet vnuſquiſq3 vn̄ patiēter ꝯſolet. vn̄ ait aug⁹. ſup io. exponens illud. dabāt ei alapas. ſic implebat qō de ſe dixerat xps. Sic martires informabant ad oīa q̄ ꝑſecutores libuiſſet fa/cere ꝑferēda. ſic regnū qō de h̄ mūdo nō erat ſupbū mūdū nō atrocitate pugnādi ſ3 patiēdi hūilitate vincebāt. Sic illō granum multiplicādū3 ſeminabat horribili cōtumelia: vt mirabilr pullularet ī glia. Itē idē aug⁹ de vbis apl̄i ſmone. xv. Si in te fuerit caritas comunicabis paſſiōi/bus xpi: et verus martir eris. traditus ē ille excelſus ꝑ quē oīa fcā ſunt. ī oppro/briū hoīū3 et abicetō3 plebis et contumelias ⁊ flagella ī mortē. et docuit nos exēplo paſſiōis cū quāta patiētia ī ipo ābu/lemus. firmauit nos exemplo ſue reſurrectiōis: quid ab illo patienter ſperare debeamus. Item idem auguſtinus ſup ps. lxj. Eya fr̄es op⁹ erat ſanguīe iuſti ad delēda pcta et cyrographū pctorū3 nr̄oꝝ. Opus erat exēplo patientie et hūilitatis. op⁹ erat ſigno crucis ad diabolū3 et angelos ei⁹ debellādos. op⁹ ēt paīone dn̄i: q2 redēpt⁹ ē orbis. Quāta bona egit paīo xpi: etn̄ paīo iuſti hui⁹ nō eēt: niſi ī iqui deū occidiſſent. Ex ſupdictis oībus p3 q̄l3 talis paīo xpi fuit necia ꝓ audacia et fortitudie martyꝝ/ et ad exēplū patiē/tie miſeꝝ. et ut eēt mēſura oīū3 virtutū. vt iuſti ſeqrēt agnū quocūq3 ierit ꝑ ymi/tationē. Septīa ꝯcluſio q̄ paīo xpi fuit necia nō ſolū ad redimēdū3 totū hoīe3 ſ3 ēt ad recupandū regnū celoꝝ ꝑ mem/bris xpi. Prima ps ē ꝓbata p ſupdcta. Scd̄a vo ꝓbat nā ꝑpt trāſgreſſiō3 ꝑmorū pentū non ſolū fuim⁹ ꝑuati illa habi/tatōe treſtriſ padiſi de q̄ illi fuerūt eiecti et exules. ſ3 ēt fuim⁹ ꝑuati futa felicitate et poſſeſſiōe regni celoꝝ: ad quam ipi et poſteri ſui fuiſſent tranſlati poſt lōgum tēpus ſi in illa iuſtitia originali ſtetiſſent qō regnū celoꝝ nō potuit recupari ꝑ nobis niſi infinito p̄cio paīonis et reſurrectōis xpi. vt inquit augſtinus. Ideo dixit ſaluator ante paſſionem ſuam. Uado vobis parare locum ut edatis et bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Luce. xxij. Itē. xxiiij. q2 ſic oportebat xp3 pati: et reſurgere a mortuis tercia die et ita intrare in gl'iam ſuam. Ite3 io. xiiij. Nō turbet cor vr̄ū3 neq3 formidet. q2 vado parare vob̄ locū. et ſi abiero ⁊ ꝑparauero vob̄ locū: itez venio ⁊ accipiā vos ad me ipꝫ: vt vbi ſu3 ego: ⁊ vos ſitis. Ex quib⁹ p3 q̄ neceſſaria fuit paīo xpi: vt ꝑ

UVA. BHSC. IyR 068_1

eam xp̄s emeret celū.et nos ibi locū p̄re
pararet. Octaua ꝯcluſio ꝙ neceſſe fuit
xp̄m pati tale genus mortis et paſſionis
vt nō ſolum potētia:ſꝫ iuſticia diabolus
vincereť. Ad cui⁹ intellectū ē notādū.ꝙ
diabolus nō tenebat nec poſſidebat hoīeꝫ
ſub ſua p̄tate tanꝗ̄ dn̄s aut iudex nec tāꝗ̄
creditor:ſꝫ tanꝗ̄ carcellarius et tortor ⁊
lictor ⁊ executor dīe iuſticie. Et iō p̄ciū
redēptionis nō erat ſoluēdū diabolo.ſed
deo p̄ri cui fc̄a fuerat iniuria ⁊ inobediē
tia. Et ſic diabolus executor diuīe iuſticie
qui ſemꝑ fuit amator ⁊ cupid⁹ dn̄ij et po
tētie tenebat hoīeꝫ incarceratum ſub ſua
poteſtate q̄i tyrānice donec ſolueretur et
reddereť p̄ciū redēptionis deo p̄ri:et fie/
ret juſta et ſufficiēs punitio et iuſticia de
hoīe ne ſumma iuſticia dei maneret leſa
nec violata:ſꝫ integra et ſatiſfacta. Et iō
venit xp̄s ī carnē.et pater poſuit ī eo ini
quitates oīuꝫ nr̄m.⁊ xp̄s paſſus ē et vul
nerat⁹ ꝓpter pc̄ta nr̄a:et attritus ꝓpter
ſcelera nr̄a:⁊ ꝑcuſſus ꝓpter ſcelus popl'i
dei.et langores nr̄os ip̄e tulit:et dolores
nr̄os ip̄e portauit.intātū ꝙ liuore ei⁹ ſa/
nati ſumus ⁊ liberati. vt pꝫ yſai.liij. Et
ſic in xp̄o capite nr̄o punita ſunt oīa pec
cata nr̄a.et ſatiſfacta iniuria dei:et rein/
tegrata iuſticia.⁊ xp̄s ſoluit ſufficiēs p̄re
cium deo p̄ri ꝓ toto genere hūano. ꝑut
ſup̄dictū eſt. Et ꝑ ꝯñs xp̄s iuſte abſtulit
⁊ repetiuit p̄dā a diabolo:qui eā torque
bat ⁊ tyrānice poſſidebat. Sꝫ qꝛ diabo/
lus tēptādo hoīeꝫ et p̄cipitādo ip̄m ī pec
catū dr̄ victor:et tanꝗ̄ victor et triūpha/
tor poſſidet ip̄m.iō qn̄o ꝓpter paſſioneꝫ
xp̄i fuit ſibi homo ablatus.tūc diabolus
dictus fuit victuſ ⁊ debellat⁹.qꝛ ſibi fuit
ablata p̄da quā diu poſſidebat ſub ſ̄uitu
te. Sꝫ poſtea magis fuit victus ⁊ debel/
latus.qn̄o ī virtute paſſionis ieſu fuit de
poplo gētili eiectus ⁊ ꝓpulſatus. Et ſic
etiā cotidie diabolus vinciť qn̄o ꝑ penitē
tiaꝫ a pc̄torib⁹ quos ſub ſ̄uitute pc̄ti poſ
ſidebat eijciť. Sꝫ qꝛ totū hoc fc̄ꝫ ē.et fit
ī virtute paſſiōis xp̄i. ꝑ quā fc̄a fuit nr̄a
iuſticia.ergo ſequiť ꝙ ꝑ iuſticiā ⁊ ex iuſti
cia tūc fuit victus ⁊ debellatus diaboluſ
⁊ ꝑ eādē iuſticiā cotidie vinciť ⁊ debella/
tur. Ex quo patꝫ ꝙ neceſſaria fuit paſſio
xp̄i:vt diabolus amator potētie vincereť
iuſticia.quā ſemꝑ impugnauit ꝑut dicit
aug⁹. Sꝫ ē aduertēduꝫ ſ̄m auguſtinuꝫ
in enthiridion ꝙ q̄i oīa pc̄ta fuerūt anne
xa pc̄to p̄moꝝ parētuꝫ.nā ibi fuit furtuꝫ
qꝛ rapuit fructū ꝓhibitū ab arbore. ſc̄do
ibi fuit ſacrilegiuꝫ ⁊ blaſſemia.qꝛ voluit
vſurpare deitatē credēdo ſ̄pēti:qui dixit
Eritis ſicut dij.et ꝑ eandē rationē cōmi/
ſit crimē leſe maieſtatis adā. Jtē cōmiſit
homicidiū:qꝛ ſe ip̄m ⁊ totū gen⁹ hūanū
in mortē p̄cipitauit. Et iō xp̄s vt ſufficiē/
ter totū pc̄tm p̄moꝝ parētuꝫ expiaret et
oīa pc̄ta futuroꝝ in ſe puniretur:et pro
oībus ſatiſfaceret:fuit flagellatus: vt la
tro ꝓ oīb⁹ latronib⁹. Et cōſputus ⁊ ala/
pis ceſus ꝓ oīb⁹ ſacrilegis et blaſſemis.
et ſpinis coronatus ꝓ oībus ſuperbis et
vſurpatorib⁹ regie maieſtatis. Et fuit ſuſ
penſus ⁊ mortuus ī cruce ꝓ oīb⁹ homi/
cidis penitētib⁹. Et ſic pꝫ qual'r xp̄s ſuffi
ciēter ſatiſfecit ꝓ pc̄tis oīuꝫ p̄teritoꝝ/ et
futuroꝝ.idō iuſte potuit eos liberare de
poteſtate diaboli.qui ꝑ talē iuſticiaꝫ mā/
ſit victus ⁊ debellatus.et xp̄s māſit vic/
tor ⁊ triumphator. Nona ꝯcluſio.ꝙ
ordo noſtre redēptionis fuit neceſſarius
neceſſitate cōgruētie ad vincēdam aſtuci
am diaboli. Ad cui⁹ itellectū ē aduer
tēdum ſ̄m auguſtinū in quodā ſ̄mōe de
paſſione et cruce dn̄i.ꝙ xp̄s eūdē ordineꝫ
ſ̄uauit in nr̄a redemptione:quem tenuit

UVA. BHSC. IyR 068_1

diabolus ɔtra primos parẽtes et poste/
ros ſuos. Et ſic xp̄s nõ ſoluȝ vicit diabo
li potẽtiã: ſȝ etiã eiꝰ aſtuciã. vñ diabolus
tenuit hãc aſtuciã ad temptãdum p̄mos
parẽtes. Nã primo cepit formã ſerpẽtis
ſub qua forma latebat venenũ ſatanicuȝ
Et venenoſo ſibilo inſufflauit in fructuȝ
ꝓhibitũ: ⁊ infecit eũ. Et tũc oſtẽdit muli
eri pomuȝ exterius pulchruȝ et ſuaue ad
veſcenduȝ. ſȝ intꝰ mortifero veneno infec
tum ꝑſuadẽdo: vt comederet cũ viro ſuo
Et iō illico cuȝ comederẽt fuerũt infecti
⁊ ſauciati in carne vulnere inordinate cõ
cupiſcentie. et in aĩa vulnere pcti. quam
quidem corruptionẽ carnis ꝑ libidinoſã
generationẽ trãſmiſerũt in oẽs poſteros
Ex cuius carnis libidinoſe ɔtactu ſiue cõ
ſorcio vnaqueqȝ aĩa trahit culpã originalẽ
Et ex conſenſu ɔcupiſcẽtie voluntas con
trahit pctm̄ actuale. Et ſic diabolus ſub
tali aſtucia infecit et ſibi ſubiugauit totũ
genus hũanũ. vt inquit augꝰ. Et iō filius
dei totius generis hũani prudẽs ⁊ ſuffici
ens reparator / et reſtaurator / ⁊ contra
diaboluȝ triũphator: eũdẽ ordinẽ ſeruauit
in nr̃a redẽptiõe. nam ſicut diabolus ac/
cepit formã ſpẽtis ſub qua latebat vene
nũ ſathanicũ et hamus fraudulẽtꝰ q̄ ſub
eſca ad decipiẽdũ ⁊ vincẽdũ hoĩeȝ. ita xꝰ
ꝑ oppoſitũ aſſumpſit formaȝ hoĩs ſub q̄
latebat antidotuȝ ſalutis: et hamus dei/
tatis ad decipiẽdũ et vincendũ diabolũ.
Et ſicut diabolus ſerpẽs antiquꝰ inſuffla
uit in illũ fructũ ſuuȝ venenuȝ. et infecit
ipȝ Ita ſpũs ſcũs iſufflauit ĩ illã hũanita
tẽ aſſumptã ſpũ ſapie et intellectꝰ. ⁊ ſcti/
ficauit illam hũanitatẽ et gratificauit. vt
eſſet ille hõ plenus oĩs grẽ. de cuiꝰ pleni/
tudine oẽs accipemꝰ. Et ſic ſicut p̄mi pen
tes comedendo de illo fructu ꝓhibito et
venenato illico fuerũt corrupti et ſaucia
ti ĩ corpe ⁊ aĩa incurrẽtes ſnĩaȝ duplicis
mortis: Ita ꝑ oppoſitũ comedẽtes iſtuȝ
fructum ſalutiferũ. qui ẽ xp̄s oẽs ab illo
morbo ſanãtur: et ab illa morte ibi ꝑpe/
trata viuificãtur. Jt ſicut p̄mi pentes ɔ̄
p̄ceptũ et voluntatẽ di extẽderunt manũ
ad lignũ: et rapuerunt fructũ et guſtan/
tes fuerunt infecti ⁊ ꝑ generationẽ infe/
cerunt oẽs poſteros. Ita piꝰ xꝰ vt expia
ret ſcelus eorũ extẽdit manus et brachia
ſua ad arborẽ et lignũ crucis et inde col/
legit et guſtauit amaros fructꝰ paõnis.
qui quidẽ fructꝰ licet ſibi fuerint amari:
tñ nobis fuerunt dulciſſimi. Et iō oĩs
fideles comedẽtes d fructu paõnis quẽ
nobis porrexit xp̄s ſanant a morbo cibi
ꝓhibiti: quẽ diabolus porrexit p̄mis pen
tibꝰ: et ex ɔ̄nti oibꝰ ſuis poſteris. Itẽ ſic
diabolꝰ ĩ ſufflãdo ſup cibũ ꝓhibitũ ĩtulit
⁊ inflixit ĩ eo illud venenũ mortiferũ ad
inficiẽdum p̄mos pentes et ex cõſequẽti
totũ genus hũanũ: ita pariter xp̄s inſuf/
flauit in ſeptẽ ecclĩaſtica ſacramẽta ĩfun/
dẽdo virtutẽ ſue paſſiõis tanq̄ medelam
et antidotũ ſalutiferũ ad ſanãdos oẽs fi
deles a morbo ⁊ veneno illiꝰ cibi ꝓhibiti
Itẽ ſicut adaȝ trãſmiſit venenũ ⁊ pctm̄
ſuũ ĩ oẽs poſteros filios ſuos ꝑ libidino
ſam ⁊ carnaleȝ generationẽ. ita pariter
xp̄s trãmiſit virtutẽ et merita ſue paſſio
nis ĩ oẽs fideles filios adoptiuos ꝑ bap/
tiſmalẽ ⁊ ſctificãtẽ r̃generationẽ. Ex qui
bus oibꝰ pȝ ꝙ xp̄s ĩ ordine nr̃e redeptio
nis nõ ſoluȝ vicit potẽtiã diaboli ꝑ iuſti/
ciã: ſȝ etiam vicit eius aſtutiã ꝑ ɔtrariaȝ
diſpoſitionẽ: Hũc ergo ordinẽ ⁊ diſpoſi/
tionẽ vult explicare ĩ ꝑſona xp̄i ſalon in
hoc ſexto cãtico: cũ dicit. Surge aquilo
⁊ veni auſter et ꝑfla hortuȝ meuȝ. i. veni
ꝑſecutio iudeoꝝ ⁊ tormẽta miniſtroꝝ p̄/
lati. Et veni tu auſter. i. voluntas patris

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De ſexto cantico.

et pfla et agitā corp⁹ meūm p paſſionē ⁊
mortē vt fluant aromata et merita per
vulnera flagelloꝝ et clauorū et lancee ad
ꝯplēdam oēm iuſtitiā et ſanandā vulne
ra pctoꝝ. Et ſicut ſpēs ātiquus inſuffla/
uit in fructū ꝓhibitū vñ fluxit venenum
ad inficiēdū totū genus hūanū. ita tu a
quilo et auſter inſufflate hortū corporis
mei. vt fluant ex eo aromata xp̄i redēp/
tionis ⁊ ſalutis ad fugādū illud venenū
pctoꝝ. Et ſubdit iā veni ī hortū meū. ſ.
in hortū paſſiōis ⁊ crucis. Et iā meſſui
myrrhā ſacramētoꝝ ex arbore crucis.
Et iam guſtaui et comedi fauū paſſionis
cum melle. Et bibi vinū cū lacte paſſiōis
quā myrrhā ⁊ fauū cū melle et vinū cū
lacte īmiſi ⁊ trāſtuli in ecclaſtica ſacra/
mēta ad ſanādos et reficiēdos et alēdos
fideles. ideo vos amici fideles venite ad
me p fidē ⁊ comedite et ſaturamini iſta
myrrha ⁊ fauo cū melle ſacramētoꝝ. et
bibite ⁊ inebriamini iſto vino cū lacte/et
ſatiamini et ſanabimini ab omni infirmi
tate/⁊ recupabitis vitā p grāz. qꝛ lʒ ego
dormiā in cruce: tñ cor meū vigilat ī vīa
redēptiōe. Et ſic pʒ qualr paſo xp̄i vicit
aſtuciā diaboli. Jdo dicit aug⁹. i ſmone
vni⁹ martiris. q̄ fortitudo draconis ꝯtra
mortē dñi qui ſpētē ſuſpēdit i ligno. Tri
umphauit enī de morte quam diabolus
ꝓpinquauerat p aſtucias ſuas homini.
Et cū exaltaret moyſes ſpētē ī heremo
in ligno: poplus qui mordebatur a ſpēte
attēdebat ſpētē ⁊ ſanabat. Sic ⁊ modo
quēcūqʒ momorderit aſtucia ſathane in/
tueatur xp̄m ī ligno pēdētē. ibi enī mors
occiſa ē. dñs ſemp viuit. Sʒ vt occideret
mortē veſtit⁹ ē morte. Ex ſupdictis ergo
pʒ qualr neceſſe fuit xp̄m pati tale gen⁹
mortis: vt vinceret aſtutiā diaboli et ma
liciā ei⁹. Decima cōcluſio ꝙ paſo xp̄i
fuit neceſſaria ad roborādos et adequan
dos ⁊ cōdignificādos oēs actus hūanos
erga deū: vt eēnt fructiferi ⁊ digni grā ī
pſenti ⁊ glīa ī futuro. Et etiā ad adequā/
dum oēs actus hūanos inter ſe ſiue erga
ꝓximū. Ad cui⁹ intellctū eſt notādū ſm
aplm ad ro. viij. ꝙ paſſiōes. i. opationes
huius ſcli nō ſunt cōdigne nec ſufficiētes
nec ꝯparabiles ad futurā glīam: que re/
uelabit ī nob: qḋ dupliciter accidit. vno
modo ratiōe impfectōis. qꝛ nulla opatio
hūana poteſt eſſe de ſe ita pfecta quin pa
tiatur aliquē defectū ī aliqua circūſtātia
p quē defectū illa opatio nō ē digna cō/
parari premio celeſti. vñ ieiuniū nr̄m nō
poteſt ita pfecte fieri quin ī aliquo deficia
mus. Naʒ ieiuniū debet fieri cū patiētia
et puritate mentis et cū orōne ⁊ elemoſi
na. ſʒ impoſſibile ē ex parte nr̄i quin defi
ciamus ī aliqua circūſtātia. Et ita ē dicē/
dū de orōne: qꝛ nō fit cū ſufficiēti feruore
ſʒ cū aliq̄ vaga et deuia cogitatiōe admix
ta: et nō cū tota attētione. Et ita etiā ele/
moſine noſtre nō fiunt ſemper cum in/
tentione et largitate et deuotione. Et
ſic de omnib⁹ opationib⁹ q̄ ſemp patiunt
aliquē defectū. Jdeo dr̄ yſa. lxiiij. ꝙ oēs
nos et iuſtitie nr̄e q̄ſi pann⁹ menſtruate
ꝓpt qḋ non ſunt de ſe digne pmio etno.
nec ſufficient ſatiſfaciūt ꝓ pctis cōmiſſis
Et ſic ꝓpt tales defect⁹ non ſunt ꝯdigne
Jt ſcdo non ſunt cōdigne rōe valoris: qꝛ
q̄ntūcunqʒ ſit pfecta bona opatio noſtra
ſemp ē finita et breuis. ergo de ſe non eſt
tanti valoris ut poſſet ſatiſfacere ꝓ debi/
to infinito in ipſo penitente ad delēdam
penam peccati infinitā. Et ſic nulla pnīa
iniuncta poſſet ſatiſfacere ꝓ debito pcti
nec min⁹ poſſet ſufficere bona opatio ad
pmiū etnum cōſequēdū. quia ſibi nō pōt
cōparari in valore. d quo dr̄ p yſa. lxiiij.

UVA. BHSC. IyR 068_1

⁊ apľs ꝑ. ad cor. ij. Qđ nec oculus vidit
nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit
q̄ ꝑpauit de⁹ diligētib⁹ ſe. ergo nulla op
atio humana de ſe ē ſufficiēs ad ſatiſfaciē
dū ꝓ debito pcti/ nec ad ꝯſeqndā futurā
gl'iam cōdigna. Et iō ad ꝑficiendas opa/
tiones nr̄as et ad ſupplēdū defectū eaꝝ
⁊ ad faciēdas ip̄as ꝯdignas p̄mio eterno
et futura gl'ia: fuit neceſſaria paīo xp̄i: q̄
adequat ⁊ condignificat oēs opationes
nr̄as. vñ applicata paſſio xp̄i ieiunio nr̄o
ſuppl't oīb⁹ defectib⁹ ei⁹ ⁊ ꝑficit ip̄ꝫ ⁊ red
dit ip̄m validū et ꝯdignuꝫ p̄mio eterno:
qn̄o ſumus ī ſtatu gr̄e. Et ſic ē dicēduꝫ de
elemoſina que de ſe parui valoris ē. ſꝫ ad
dita ſibi paīo facit illaꝫ validā ⁊ dignam
premio eterno. ⁊ datur exēplū de anulo
aureo vnius vncie. qui de ſe vix valet ſex
ducatos: ſꝫ ſi addat̄ ⁊ celet̄ in eo carbun/
culus reddit ip̄ꝫ magni p̄cij ⁊ valoris ad
emendaꝫ vnam ciuitatem. Sic ergo orō
vel elemoſina nr̄a de ſe parui valoris eſt
ſꝫ ſi applicētur ſibi merita paſſionis xp̄i:
faciūt ip̄aꝫ ꝯdignā ⁊ validaꝫ ad emēdum
regnū celoꝝ. Vñ eſt iteꝝ aduertēdū. ꝙ ie
iuniū ⁊ orō ⁊ pegrīatio ⁊ labores et oīa
opa que xp̄s fecit ꝯputātur in paſſiōe ei⁹
qꝛ tota vita xp̄i fuit vnus actus paſſiōis
⁊ penitētie ꝓ nob̄ ꝯtinu⁹ ⁊ nō interpol/
latus ꝑut dictuꝫ fuit ſup pſal'o. xxix. Et
dicet̄ in ſequēti q̄ſtiōe. que quidē opa xp̄i
nō ſolū fuerūt fc̄a ad delēda nr̄a pc̄ta: ſꝫ
etiā ad ꝑficiēdas opatōes nr̄as: ⁊ ad ſup
plendū defectū eaꝝ. Nam xp̄s ieiunauit
vt ꝑficeret et cōſecraret ieiuniū nr̄m. Et
pegrinat⁹ ē vt ꝑficeret nr̄as pegrinatio/
nes: ⁊ fecit elemoſinas ⁊ opa mīe vt ꝑfi
ceret opera mīe nr̄a. et ſuppler̄t defectui
eoꝝ. et faceret ea valida et cōdigna p̄mio
eterno. Ex quib⁹ pꝫ qual'r paīo xp̄i ꝯdi/
gnificat et adequat oēs nr̄as opationes
erga deū. Et ſi queratur qn̄o paīo xp̄i
applicet̄ opatiōib⁹ nr̄is: ⁊ reddat eas va/
lidas. Reſpōdet̄ ꝙ qn̄ocūqꝫ homo fidelis
efficit̄ mēbꝛū xp̄i ꝑ fidē caritate formataꝫ
tūc in oīb⁹ opatiōib⁹ ſuis participat paſ
ſiōeꝫ xp̄i: qꝛ diligētib⁹ deū oīa coopant̄ ī
bonū ad ro. ix. Et ſic ꝓpter participatio
nē paīoīs oīa opa iuſtoꝝ reddūt̄ valida
⁊ ꝯdigna. ⁊ iō q̄lꝫ penitēs aut iuſt⁹ ī oīb⁹
opatiōib⁹ ſuis ſēp debet īuocare paīoneꝫ
xp̄i. vñ qn̄o dicim⁹. Pater de celis miſe/
rere nobis. nil aliud intēdim⁹ dicere niſi.
o pr̄ rogam⁹ ut accipias paīonē filij tui ī
p̄ciū ꝓ pc̄tis et delictis et defectib⁹ nr̄is.
Et qn̄o oramus filiū dicentes. xp̄e fili di
viui miſere nobis. nil aliud intēdim⁹ di/
cere: niſi. O xp̄e fili dei redēptor mundi
rogam⁹: vt velis offerre paſſionē tuā pr̄i
pro peccatis nr̄is et velis applicare paſ/
ſioneꝫ tuam in oībus operationib⁹ nr̄is
vt ſint digne pnīa in hoc ſeculo et vita et̄
na in futuro. Et ſic pꝫ q̄lr̄ ſola paīo xp̄i
pōt adeq̄re operationes nr̄as erga deū.
Sed ē vlti⁹ aduertēdū ꝙ paīo xp̄i nō ſo/
lū adeq̄t operatiōes nr̄as erga deū ſed et
erga ꝓximū. vñ qn̄o quis leſit et offēdit
ꝓximū in perſona vel in bonis uel in fa/
ma et non valens ſatiſfacere dicit paſſo ī
iuriā. O frater rogo amore paſſiōis xp̄i
vt parcas mihi. nil aliud intēdit dicere.
niſi rogo te frater poſtq̄ tibi nō poſſum
ſatiſfacere: vt acceptes paſſionē xp̄i ī re/
cōpenſationē iniurie tibi facte. poſtq̄ x⁹
ꝓ nr̄is delictis paſſus ē ⁊ ꝓ oīb⁹ exorauit
tūc manifeſtū ē. ꝙ ſi paſſus iīuriā parcit
reo ꝙ acceptauit paſſiōꝫ xp̄i in p̄ciū ⁊ re
cōpenſationē ſue iniurie. Et ſic paīo xp̄i
fuit illa q̄ adequauit recōpenſationē ſiue
operationē inter duos ꝓximos. Ex quo
ſequit̄ p̄mo ꝙ ſi paſſus iniuriā non vult
remittere nec parcere p̄cāti veniā amore

UVA. BHSC. IyR 068_1

65



paſſionis chriſti. videtur cõtemnere paſ
ſionẽ xp̄i ymo videtur pluris exiſtimare
iniuriam ſuam ꝙ̄ paſſionẽ xp̄i. quod eſt
abſurdum ⁊ ſacrilegum. Item ſequitur
ſcḋo ꝙ talis obdurat⁹ in ſua malicia nõ
ē dign⁹ vt ſibi ſubueniat paſſio xp̄i. poſtꝙ̄
eã ꝯtemnit nõ parcẽdo ꝓximo nec remit
tendo ꝓpriã iniuriaꝫ. put ſatis explicat
ſaluator in parabola de deceꝫ milib⁹ talẽ
toꝝ. mat. xviij. Ex quib⁹ pꝫ qualr̄ paſſio
xp̄i nõ ſolũ dignificat et ꝑficit ⁊ adequat
opationes nr̄as erga deũ: ſꝫ etiã erga ꝓ/
ximũ. Ex oĩb⁹ ergo ſuꝑdictis ꝑ decẽ con
cluſiones patuit qualiter fuit neceſſaria
paſſio xp̄i. ⁊ q̄uo neceſſe fuit xp̄ꝫ pati ta/
le genus mortis ⁊ paſſionis: nõ neceſſi/
tate coactiõis ex parte dei: qr nõ defuit
ſibi alius modus poſſibilis. ſꝫ ille mod⁹
fuit neceſſari⁹ neceſſitate ꝯgruẽtie ex par
te nr̄e ſalutis. Et hoc decẽ ratiõib⁹. Pri
mo ad adequãdaꝫ dei iuſticiã cũ mĩa er/
ga nos. Scḋo ad ꝯfirmãduꝫ teſtamẽtuꝫ
ꝑ mortẽ teſtatoris. Tercio ad verificãdã
ſcripturã legis et ꝓphetaꝝ. Quarto ad
ſoluẽduꝫ omne debitũ nr̄m. Quinto ad
purgãduꝫ ⁊ mũdãdũ omne pctm̄. Sex/
to ad dirigendos oẽs actus hũanos ⁊ vt
eẽt exẽplum patiẽtie ⁊ ſpeculuꝫ miſeroꝝ
in omni aduerſitate. Septimo ad emen/
dũ et recupanduꝫ celũ et omne depditũ
in adam. Octauo ad vincendã potẽtiam
diaboli ꝑ iuſticiã. Nono ad deſtruẽdam
aſtuciã diaboli ꝑ prudẽtiã. Decio ad cõ
dignificãdas ⁊ adeq̄ndas nr̄as opatiões
erga deũ ⁊ ꝓximũ. Et h̄ de p̄mo q̄ſito.

Scḋo querit̄ circa illud qḋ dicit xp̄s
in hoc cãtico. ſ. ego dormio ⁊ cor meum
vigilat. vbi dictũ eſt ĩ expoſitiõe. q̄uo x⁹
nõ ſolũ ꝓ nob̄ meruit ꝑ ea que fcã ſunt
in vita: ſꝫ etiaꝫ poſt mortẽ circa eum. Et
q̄uo lꝫ dormiret ĩ cruce ⁊ in ſepulcro tñ
ſemꝑ vigilabat opãdo nr̄aꝫ redẽptionẽ:
et recipiendo vuln⁹ in latere. Et videt̄ ꝙ
xp̄s non potuit mereri ꝑ vulnus lateris
nec ꝑ ſepulturã. Naꝫ ſpaciũ merẽdi vel
demerẽdi cõceditur hoĩbus tantũ in hac
vita vſqꝫ ad mortẽ terminatiue: vt ĩquit
aug⁹. in enchiridion. qr poſt morteꝫ nõ ē
tẽpus merẽdi: ſꝫ premiũ recipiẽdi. cũ er/
go xp̄s iam eſſet mortuus q̄n latus ei⁹
fuit lancea pforatum. vt pꝫ jo. xix. ergo
poſt mortẽ nõ potuit ꝑ illud vulnus me
reri: nec ĩ nr̄a redẽptiõe vigilare. In
oppoſitũ autẽ eſt textus hui⁹ cantici. Ad
cui⁹ declarationẽ ē notãduꝫ. ꝙ ſicut ĩ do
mificatore ꝯſiderat̄ triplex actus. ſ. p̄m⁹
et ſcḋus et terci⁹. ita pariter ĩ xp̄o. Naꝫ
primus actus domificatoris ē ip̄e habit⁹
artis: quẽ nõ ſoluꝫ hẽt in vigiliaꝫ ſꝫ etiaꝫ
in ſomno. Actus autẽ ſcḋus ē cõſiderare
ſcḋm artẽ circa domũ faciẽdaꝫ: ⁊ circa for
maꝫ et figurã ⁊ partes ei⁹. qḋ nõ poteſt
fieri niſi in vigilia. Actus xͦo terti⁹ ē q̄n
manuales opantur ſucceſſiue circa par/
tes domus/ fabricãdo partẽ poſt parteꝫ
Ita ergo pariter in xp̄o cõſiderabat̄ tri
plex actus. ſ. primus/ ſcḋus/ ⁊ terci⁹. Ac
tus primus fuit grã vniõis et oẽs hitus
graꝝ et donoꝝ quos a p̄mo inſtãti crea/
tionis aĩe hũit. Actus autẽ ſcḋs fuit ꝯſi/
deratio nr̄e redẽptiõis: et ꝓpoſitũ firmũ
et immobile opãdi nr̄aꝫ redẽptionẽ. iſte
actus fuit vnicus et ꝯtinuus et nõ inter/
ciſus: nec interpollatus in tota vita ſua
qr ſemꝑ fuit ſibi preſens jejuniũ et labo/
res/ ⁊ conuicia/ ⁊ opprobria/ ⁊ iniurie ⁊
captio/ ⁊ flagella/ ⁊ vulnera clauoꝝ ⁊ lã
cee. Et oĩa que erat paſſurus fuerũt ſibi
preſentia: et ſemꝑ ſine interuallo erat in
firmo et immobili ꝓpoſito ſponte patiẽ
di illa. Et in h̄ actu ſcḋo fuit ſemꝑ ĩ ſom
no et ĩ vigilia: qr lꝫ pars ſenſitiua q̄noqꝫ

UVA. BHSC. IyR 068_1

dormiret: tñ pars itellectiua et rationa lis ſemp fruebať in verbo. et ſemp in actu ſcdo ꝯſiderabat et ſpōte ꝓponebat pati Sed q2 ꝓpter tale imobile ꝓpoſitū me rebať ꝑ oibus opatiōibus futuris nō ſoluz in vita. ſ3 etiā p⁹ mortē. ergo a pmo inſtā ti ꝯceptōis iā meruit ꝓpter vuln⁹ lateris et ſepulturam et cetera opa: Et ita ē dicēdum de martirib⁹. Nam btūs vincencius nō ſo lum merebať ꝓpter martyriuz. qđ patiē ter ꝓpter xpm tollerabat. ſ3 etiā iam me ruit i vita ꝓpter oīa q ſibi fecerūt p⁹ mor tem puta. q2 fuit cadauer ei⁹ proiectū ca nibus comedēduz poſtea fuit ꝓiectum in mare ⁊c. Et ita ē dicēdum de ceteris ſctis. eo q2 in vita meruerūt ꝓpter firmū pro poſituz vt oīa illa ꝓcederent. Act⁹ aūt ter cius ipi⁹ xpi fuit qño realr opabatur opa nr̃e redēptiōis ad extra puta ꝑ quadragi ta dies jeiunādo: et pdicādo / et miracula faciēdo / et mortē patiēdo / et vulnus late ris recipiēdo. qui quidē act⁹ l3 eſſent ſuc ceſſiui et diſtincti circa nos: tñ q2 erāt de eſſentia paſſiōis et redēptiōis. iō oēs illi actus ſimul dicti ſunt vnus actus redēp tionis q̄i vnitate aggregationis reſpectu vni⁹ finis. q2 oēs illi act⁹ fuerunt vna via ad vnicū finē. Et etiā fuerūt vnus actus ratiōe vnius firmi et cōtinui ꝓpoſiti xpi idō oēs illi actus ꝯputabātur in nr̃a re dēptiōe / et in xpi paſſiōe. Et ſic xps ab in ſtanti conceptiōis ſemp fuit in iſto actu tercio. nā illico incepit opa nr̃e redēptio nis. q2 ſtatim incepit orare prēm ꝓ tota eccľia: et in tali orone ſemp ſine intermiſ ſione pſeuerauit. Jtē ſtatim mouit vir ginē matrē ſuā: vt iret ad viſitādaz Eliſa beth: vt ipe ſctificaret johānē bapam. Et ſic in vtero virgineo ſemp ꝓ nob orabat Et poſt natiuitatē jā incepit flere et frig⁹ et alios dolores pati: que oīa ꝑtinebant ad nr̃am redēptionez. Et ſic erat ſubiect⁹ parentib⁹. et obſuabat opa legis vſq3 ad baptiſmū. Et poſtea incepit opari in le ge euāgelica: et ſic ꝓſecut⁹ eſt opa redēp tionis vſq3 ad mortē. et etiā poſt mortez vſq3 ad ſepulturā et reſrectionez. Et ſic p3 ꝙ xps ſemp fuit ſimul in actu ſcdo. et ſucceſſiue i actu tercio. circa nr̃az redēp tionē. Et iō a pmo inſtanti meruit plene et pfecte reſpectu ſui ꝓ oib⁹ opib⁹ ſucceſ ſiuis futuris tā poſt mortē: ſicut ante. et hoc accidebat ꝓpter vnicū actū et firmū ꝓpoſituz nr̃e redēptionis: eo modo quo dictū eſt. vñ ſicut ſol ſemp eſt i actu pmo et ſcdo reſpectu ſui: q2 ſemp illuminat et in ſe hēt totū ſuū lumē tā in aurora ꝙ in meridie. ſ3 illud lumen non attingit oēs partes mūdi ſimul: ſ3 ſucceſſiue. ita pari ter xps ſicut in ſe hēbat totū ſuuz ꝓpoſi tū et totā virtutē ſue paſſiōis ſimul tā in primo inſtanti ꝙ i tota vita. ita habebat totū meritū. ſ3 poſtea illud ꝓpoſitū ſuc ceſſiue exiuit in actū reſpectu nr̃i. Et idō reſpectu ſui ſemp ſimul meruit ꝓ nobis ꝓpter oēs actus. Sz illud qđ facit ma iorem difficultatem in hac materia eſt. q2 ſm comunē opinionē xps poſt mortē in triduo nō fuit homo: et ſi nō erat homo ergo nō erat caput eccľie. q2 xps inq̄ntū de⁹ et homo eſt caput eccľie. et ſi nō fuit homo: nec erat caput eccľie. ergo virtus ſacramētoꝝ nō potuit emanare ex late re ei⁹. q2 xps vt caput eccľie influxit vir tutē in ſacramēta. nec ſacmēta hñt effica ciaz niſi a xpo. vt ē caput eccľie. ergo ſi x⁹ nō fuit homo in triduo nec caput eccľie. ſequereť ꝙ eccľia nō exiuit ex latere xpi. qđ eſt directe ꝯtra auguſtinuz. Et ſeque retur etiā ꝙ ille ſanguis cū aqua qui exi uit ex latere xpi nō fuiſſet effuſus i remiſ ſionē et redēptionē pctoꝝ. qđ eſſet cōtra

UVA. BHSC. IyR 068_1

# ·De ſexto cantico·

clemētinā de ſūma trinitate ⁊ fide catho
lica. Ad hoc reſpōdet ꝙ ſi vellemꝰ ſeq̄
opinioēs ⁊ poſitionē magiſtri: quā ſequi
tur auguſtinꝰ de roma: et quidā alij ma/
gni viri nulla eſſet difficultas. Dicūt enī
ꝙ xp̄s fuit ⁊ erat homo ī triduo iſto mo
do. ſ. ꝙ lꝫ fuerit mortuus et aīa ꝟe a cor
pore ſeparata. tñ q2 iſta duo erāt iuncta
et vnita ꝑſonalr̄ in ꝟbo. iō ꝟbū poterat
dici homo poſtꝗ̄ hēbat iſta duo ſibi ꝑſo/
nalr̄ vnita. lꝫ inter ſe eſſent ſeparata. Et
ſic cōcedūt. ꝙ lꝫ iſta duo inter ſe nō erāt
vnus homo: tñ in vno tercio. ſ. ī ꝟbo ꝑ/
ſonalr̄ vnita poterāt dici homo. Itē cō/
cedunt ꝙ lꝫ in illo triduo ex aīa nō reſul
tabat hūanitas in corpore: eo q2 erat ab
eo ſeparata. tñ ex corꝑe ⁊ aīa reſultabat
hūanitas ī ꝟbo lꝫ non īter ſe. Et iſto mo
do intelligūt illud qđ ait damacenus. ſ.
qđ ꝟbū ſemel aſſūpſit nunꝗ̄ dimiſit. Et
ſic iſti cōcedūt ꝙ xp̄s fuit homo et caput
eccl̄ie. et ꝑ ꝯñs ex late xp̄i capitis eccl̄ie
exiuit ſanguis ⁊ aqua ī remiſſioēꝫ pctoꝝ
⁊ ad efficatiā ⁊ virtutē ſacramētoꝝ. ⁊ ſic
ratio ducta ſuꝑ in oppoſitū nullā affert
difficultatē ſm̄ eos. Et ſi arguit̄ ꝯtra iſtoſ
a ſuꝑiori negato. nā ſi xp̄s ī triduo nō fu
it corpꝰ aīatū nec viuū. ergo nͨ erat hō.
Ad hoc rn̄dent ꝙ hec illatio dyaletica
non habet locū in hoc ſingulari miſterio
ſupnal̄i vbi ꝑtes eſſenciales huiꝰ hoīs
non hn̄t ꝓpriā ꝑſonalitatē. ſed poſt mor
tē manſerunt ſub eadē ꝑſonalitate verbi
vnita. et iō nō ſequit̄ niſi ꝙ xꝰ ī illo tͦduo
non erat hō viuꝰ in ſe ſed hō mortuꝰ: cuiꝰ
ꝑtes eſſentiales licet eēnt ſeꝑate int̄ ſe: tñ
nulla eaꝝ fuit corrupta nec amiſit ꝑſona
litatē. et iō ex eis poťat reſultare hūani/
tas ī ꝟbo: cui ꝑſonalit̄ erant vnite. Sed
q2 iſta poſitio cōit̄ non tenet̄. nec placet
vniuerſitati ꝑiſieſi / nec maiori turbe doc/
toꝝ. Ideo ē dicēdū ſalua ſemꝑ fide ca
tholica et meliori iudicio. ꝙ lꝫ xꝰ nō fue/
rit naturalis hō in triduo eo ꝙ erat vere
mortuꝰ / et ꝑtes hūanitatis erant realit̄
ſeparate: tñ adhuc xꝰ erat vere caput ec/
cl̄ie. Ad cuiꝰ intellectū ē aduertenduꝫ
ꝙ licet xꝰ deꝰ et hō ſit caput eccl̄ie: tñ ꝓn/
cipalitas huius ꝑſone cōſiſtit in ꝟbo. eo
q2 ꝟbū hꝫ rōeꝫ ꝓncipalis agētis et hūani
tas hꝫ rōeꝫ inſtrumēti. q2 ꝟbū nō aſſum
pſit hūanitateꝫ niſi ut eēt inſtrumētū nr̄e
redēptiōis. ut ait damacenꝰ: et cōit̄ tenet̄.
Aſſumpſit eīꝫ corpꝰ ut eēt inſtrumentuꝫ
patiēdi / et aīaꝫ ut eēt inſtrumētū merēdi.
Et iō ꝟbū erat agēs ꝓncipale / et corpꝰ et
aīa reſpectu ꝟbi mouebant̄ tanꝗ̄ inſtru/
mētū in oī oꝑe nr̄e redēptōis. Et iō ꝟbū
ad h̄ ꝙ eſſet caput eccl̄ie ſufficiebat ꝓ illo
tūc ꝙ hēret corpꝰ ⁊ aīaꝫ ſibi ꝑſonalit̄ vni
ta lꝫ int̄ ſe eēnt ꝓ tūc ſeꝑata. quia ꝟbum
cū aīa poterat oꝑari in inferno educēdo
aīas fideliū veteris teſtamēti. et corpus
poterat inſtrumētalr̄ oꝑari in cruce vul
nus lateris recipiēdo: et cetera miſteria
ad corpꝰ ꝑtinētia tā in ſepulcro ꝗ̄ ī cru/
ce patiēdo. Et hoc ſufficiebat ad h̄ ꝙ xp̄s
tanꝗ̄ caput eccl̄ie ꝑficeret oꝑa nr̄e redēp
tōis. Et iō fuit neceſſe ꝙ ſicut aīa nō fuit
corrupta in tali ſeparatiōe et morte. ita
nec corpꝰ corrūpetur / nec incineraretur
nec ſumeret aliaꝫ formā ſubſtātialem. ſꝫ
maneret idē numero. q2 aliter fuiſſet va
riata nr̄e redēptionis oꝑatio mutando
inſtrumētū. ſi nō māſiſſet ideꝫ corpꝰ. qđ
xp̄s ex puris ſanguinibꝰ virgīs aſſūpſe/
rat ad inſtrmētū nr̄e redēptiōis. Et iō ē
dicendū ꝙ ille homo ꝟe fuit mortuꝰ. et
dato ꝙ nō fuerit homo in illo triduo. tñ
idē xp̄s ⁊ idē caput eccl̄ie māſit cū eiſdeꝫ
inſtrumētis nr̄e redēptiōis. Et ideo illud
corpus mortuū dicebat̄ corpꝰ xp̄i. Et ſic



UVA. BHSC. IyR 068_1

ex eiꝰ latere exiuit ſanguis et aqua in re/
miſſionē ⁊ redēptionē pctoꝝ.vt dicit cle
mētina.Et ex illo latere exiuit tota eccl'ia
et efficatia ⁊ virtꝰ ſacramētoꝝ.vt inquit
augꝰ.Et jaȝ hoc ſemꝑ meruit xp̄s a ṗnci
pio ſue conceptiōis ꝓpter ĩmobile et fir
mū ꝓpoſitū patiēdi ⁊ ꝯtinuū actū opan
di ꝓut ſuꝑdictuȝ ē.Et ita pariter illa aīa
dicebat' aīa xp̄i poſtꝙ̄ ſibi erat ꝑſonaliter
vnita ⁊ ꝑ ipāȝ opabat' in limbo·Et ſic pȝ
qual'r xp̄s ſemꝑ fuit caput eccleſie in tri
duo:et qūo opa eiꝰ fuerūt efficatia ad ꝑ/
ficiendū nr̄aȝ redēptioneȝ.Sȝ opportuit
vt corpꝰ aīam recuperet: et aīa recupa/
ret corpꝰ gl'ioſuȝ ad ſuā exaltationem ex
merito tāte paſſiōis ⁊ ad vltimā ꝑfectio
nē nr̄e redēptiōis. vt patebit in ſequenti
cātico.Sȝ nūc reſtat dubiū vtrū corpus
xp̄i mortuū in illo triduo fuerit ⁊ mā̄ſit
ſubſtātial'r idē numero cū viuo.Et videt'
ꝙ nō.q2 ſicut homo mortuus dr̄ equiuo
ce.ita corpus hoīs mortui dr̄ equiuoce.
ij.de aīa ⁊.vij.methafiſice. ⁊ ſic nō man
ſit idem ſubſtantial'r poſtꝙ̄ amiſit formā
ſubſtātialē.ſȝ māſit ſoluȝ idē cuȝ quadaȝ
equiuoca ſimilitudīe et figura. Sȝ in
oppoſitū arguit' quia ſeq̄ret' ꝙ xꝰ variaſſȝ
opa nr̄e redēptiōis:variādo inſtrumētū·
qđ ē incōueniēs. Ad hoc dicūt quidaȝ
ꝙ idē corpꝰ numero manſit poſtꝙ̄ māſit
eadē forma corporeitatis.ſed hoc ē ſuper
flue dc̄m nec euacuat difficultatē nā ſuꝑ
flue pōit' in homine et quolibet alio aīali
forma corporeitatis ſubſtantialis. cum
homo ſufficiēter ſit corpꝰ ꝑ ſolaȝ q̄ntita/
teȝ.et eſt ſufficiēter ſubſtātia et ens actu
ꝑ ſolam aīam.vt pȝ.iij.de aīa.vn̄ homo
intantū eſt corpꝰ:inq̄ntū aīa informat et
ꝑficit materiā extēſaȝ ⁊ figuratā ꝑ q̄nti/
tatē et diſpoſitā ꝑ phiſicas qualitates:⁊
ſic aīa dr̄ actus ⁊ forma ſubſtātialis cor/
poris orgāici phiſici potētia vitaȝ hn̄tis
vt pȝ.ij.ď aīa.Et ſic q̄ntitas dat eſſe cor
poreū et extenſuȝ ⁊ dimēſionatū illi ma
terie. ⁊ figura ⁊ q̄litates prime diſponē
tes ipām materiā extēſam ⁊ corpoream
dāt ſibi eſſe organicuȝ. Et ſic ex materia
ſic ꝑ q̄ntitatem dimēſionata ⁊ ꝑ qualita
tes diſpoſita ⁊ organizata reſultat corpꝰ
organicuȝ aptū.vt ſit inſtrumētuȝ aīe ad
opādū.Et tale corpꝰ ſic organicū actuat
⁊ informat ⁊ perficit ipā aīa dando ſibi
eſſe aīatū ⁊ eſſe ſubſtātiale et entitatiuū
q2 aīa intellectiua ē forma ſubſtātialis ⁊
qđ ꝑ ſe eſt.vt ait ariſto.iij. de aīa.et dr̄ in
clemētina de ſcſa trinitate ⁊ fide catholi
ca.Et iō corpꝰ xp̄i māſit idē corpꝰ organi
cuȝ poſtꝙ̄ māſit eadē q̄ntitas/ ſiue eadeȝ
materia extēſa per eādeȝ q̄ntitatē.⁊ diſ/
poſita ⁊ organizata per eaſdē qualitates
nō corruptas.Sȝ ē vidēdū qūo māſit ea
deȝ ſubſtātialitas et entitas in illo corpo
re orgāico.cū nō mā̄ſit eadē aīa q̄ dabat
ſibi eſſe ſubſtantiale et entitatiuū. Ad
hoc dicūt quidā.ꝙ ſicut ſol influit lumē
⁊ diafanū ⁊ actuat ipȝ.ita aīa īfluit eſſe
ſubſtātiale ⁊ entitatiuū ī corpꝰ organicū
ſiue ī illā matiā orgāizatā ⁊ ſic actuat eā
Ex quo pȝ ꝙ eſſe ſb̄ale qđ aīa dat matie
et copori organico ē effectꝰ ipiꝰ aīe ⁊ non
ipā aīa.et ꝑ ꝯn̄s illud eſſe ſbāle et entita
tiuū collatū matie diſtinguit' ab aīa ſicut
effectꝰ a cā. q2 aīa non ſolū habȝ rōeȝ for
me:ſed et̄ cauſe efficiētis.ſed deꝰ pōt cōſ/
uare effectū in aliquo ſemel collatū a cā:
abſq3 illa cā. ergo ꝟbū qđ erat ꝑſonalit'
vnitū illi corpori organico mortuo potu
it cōſuare in illo corpore eſſe ſbāle ⁊ ac/
tualit' entitatiuū ſemł ſibi ab aīa collatū
licet aīa eēt ſeparata ī illo triduo. vn̄ ſicut
ꝟbū cōſuabat illas q̄litates cū q̄ntitate
ī illa matia: ne corrūperent' et putrefierent

UVA. BHSC. IyR 068_1

abſq; aīa: ita potuit cōſuare eſſe ſbale ab aīa. Et ſic dn̄t doctores ꝙ lʒ xᵘ nō ſurrexiſſet: tn̄ illud corpᵘ nunꝙ fuiſſet putrefactū nec īcineratū: poſtꝙ erat v̄bo perſonalit̄ vnitū. vn̄ ſicut cōſuabat q̄litates ſine aīa: ita poterat cōſeruare eſſe ſbale ſiñ īpa eo q2 erat eiᵘ effectᵘ. Sed ꝙ h̄ poſſit deᵘ facere pʒ. nā tranſſbata ſb̄a panis in corpus xp̄i manet eadē oīa accidētia ſine ſubiecto cū oībᵘ effectibᵘ ſb̄e panis cōſuatis cū illis accidētibᵘ ex diuina virtute naʒ illa accidētia efficiūt oīa que faciebat ſubſtācia panis ⁊ ip̄m vinū. nā illa accidētia nutriunt ⁊ ſaciāt comedētes: ſi ſumātur in magna q̄ntitate. Et accidentia vini inebriāt ſi ſumātur in magna q̄ntitate. ymo ex illis accidētibus generātur vermes. et ex accidētibᵘ vini generantur parue muſce ſiue muſquiliōes. Ex quibᵘ pʒ. ꝙ deᵘ ꝯſuat oīa illa accidētia cū effectibᵘ panis ⁊ vini. lʒ ſint ſeparata a corpe xp̄i. ergo multo magis verbū potuit cōſeruare eſſe ſubſtanciale abſq; aīa in illo corpore ſibi pſonalr̄ vnito. Et ſic pʒ q̄lit̄ illud corpᵘ xp̄i mortuū erat ſbalr̄ idē numero cū oībᵘ ſuis accidentibᵘ. lʒ aīa eſſet ſeparata. eo ꝙ a v̄bo hēbat eſſe pſonale ⁊ numerale. vn̄ lʒ ab aīa hūiſſet pmo eſſe ſubſtātiale illud corpᵘ. tn̄ māſit ꝯſuatuʒ illud eſſe ī eo pp̄ter vnionē ad v̄buʒ. Et ſic illud corpᵘ mortuū potuit eſſe inſtrumētū v̄bi nō variatū p illo tūc ī ope nr̄e redēptiōis. put dictuʒ eſt. Et p hec patet reſponſio ad inſtantiam. Ex ſupdicta queſtiōe ⁊ difficultate ſcd̄a. ⁊ etiā ex hoc qd̄ dr̄ in textu huiᵘ ſexti cātici. ſ. ꝙ virgo maria cū tota eccl̄ia queſiuit xp̄ʒ et vocauit eū. Et nō reſpōdit. eo q2 iā trāſierat de hoc mūdo ad p̄reʒ p mortē corporaleʒ q̄n̄o īclinato capite emiſit ſp̄m. Jdō īſurgit t̄cia difficultas. ſ. vtꝝ xᵘ ī illo triduo fuit filius v̄gis marie: et maria fuerit mater xp̄i. Ad qd̄ arguūt quidaʒ magni viri: ꝙ nō. vn̄ arguūt ſic. filius et mater ſiue pater ſunt relatiua pmi ordinis. ⁊ p ꝯn̄s ſunt ſimul natura ſm ariſto. i. ſimul ortu ⁊ occaſu ſm auguſtinum. et p ꝯn̄s pempto vno correlatiuoꝝ pimitur et reliquū quo ad mutuā relatiōeʒ ⁊ mortuo ergo xp̄o fuit pempta relatio ſiue filiatō qua referebatur ad matrē et ecōuerſo. ergo p tūc nec xp̄s fuit filiᵘ virgīs nec virgo maria fuit mater xp̄i. Jteʒ virgo maria erat mater xp̄i ratiōe hūanitatis aſſumpte. et p ꝯn̄s erat mater dei īq̄ntuʒ illa hūanitas ſiue ille homo erat pſonalr̄ deᵘ. et ſic virgo maria dicebat̄ mater dei ⁊ hoīs. Sʒ in illo triduo xp̄s nō fuit homo. put coīter tenetur. ergo v̄go maria non fuit mater illius hominis. et per cōſequens nec mater dei: nec mater xp̄i. Jn oppoſitū aūt arguit̄. nā xᵘ p totū triduū ſemp fuit caput eccl̄ie nec d̄ſinit eſſe caput eccl̄ie. nec pēpta fuit relatio eiᵘ ad eccl̄iaʒ corpᵘ ſuū. put dictū ē. ergo ſequit̄ p eandē rōeʒ ꝙ eiᵘ rl̄o ad matrē ſuam nō fuit pēpta p talē mortē. nec deſinit eſſe filiᵘ v̄ginis. nec maria v̄go d̄ſinit eſſe mat̄ xp̄i et dei. Pro cuiᵘ declaratōe ē notādūʒ ꝙ ſicut cōceptio et generatio hūana xp̄i fuit ſingularis ſine pari. q2 nō ex coitu. nec ope alicuiᵘ viri. ſed ſolo ope ſp̄ūs ſcī fuit corpᵘ xp̄i formatū et organizatuʒ nō ex mēſtruo nec ex ſanguine corrupto ſicut ceti ſed ex puris ſanguinibᵘ virginis et ſimul aīa fuit ibi creata a tota trinitate Et ſimul illa hūanitas ꝓdicionata fuit in athomo pſonalit̄ aſſumpta p v̄bū. q̄ qui dē conceptio et generatio nec habuit nec hēbit aliā parē. ita mors xp̄i fuit ſingularis ſine pari. Naʒ ibi fuit vera mors. q2 realr̄ aīa fuit ſeparata a corpore. Et ſic



UVA. BHSC. IyR 068_1

xp̄s vere fuit mortuus. ſʒ illa mors fuit
ſine corruptiōe ⁊ noua generatiōe. ⁊ ſic
fuit ſingl'aris īter oēs alias mortes oīuʒ
aīaliū ⁊ oīuʒ alioꝝ hoīuʒ. Nā in morte
cuiuſlibet hōis non ſolum ſeparat̄ aīa a
corpore: ſʒ etiā corrūpit̄ corp⁹ et ex hoīe
generat̄ cadauer. qꝛ illa materia recipit
nouā ⁊ aliā formā ſubſtantialē. q̄ dr̄ for/
ma cadaueris que dr̄ forma rei corrupte
cōſiſtēs ī eſſe corrupto tendit actual'r et
natural'r ⁊ ſucceſſiue in putrefactionem
⁊ reſolutionē. Sed h̄ nō accidit ī morte
xp̄i. qꝛ idē corp⁹ xp̄i ſubſtātial'r numero.
qd̄ ſp̄s ſcīs formauit ex puris ſāguinib⁹
virgīs māſit vnitū pſonal'r ⁊ ſuppoſita/
liter xbo ī cruce ⁊ ſepulcro poſt ſepara
tionē aīe: vt ſupdictū ē. et p pn̄s nō fuit
ibi fcta corruptio n̄c generatio noue for/
me ſbalis. qꝛ tūc xbū de nouo aſſump/
ſiſſet aliā ſpeciē. ⁊ p pn̄s fuiſſet variatuʒ
ſubiectū nr̄e redēptiōis: qd̄ fuit corp⁹ xp̄i
ex puris ſāguinib⁹ virginis formatū. qd̄
fuiſſet abſurdū ⁊ maximū incōueniens.
Et id̄. dr̄ ꝙ ſicut hūana generatio xp̄i fuit
ſingl'r exquiſita abſqʒ aliq̄ pcedenti cor
ruptiōe. ita ei⁹ mors fuit ſingularis ⁊ ex
quiſita inter oēs mortes abſqʒ corrupto
ne ⁊ noua generatione alteri⁹ forme. Et
id̄o dixit dd̄ pſal'o. xv. ī pſona xp̄i ad pa/
trē. Nō dabis ſctʒ tuū videre corruptio
nē: quoniā a dextris es mihi ne cōmoue
ar. q̄i dicat. lʒ real'r fueriʒ mortu⁹. et aīa
fuerit ſeparata a corpore. tn̄ qꝛ corp⁹ nū
ꝙ fuit derelictū: nec pſonal'r ſeparatū a
xbo: ſʒ ſemp ī illo triduo fuit ſuppoſita
tū ⁊ pſonatuʒ p xbū ⁊ pſuatū. Id̄o nō
potuit videre corruptionē nec p pn̄s pu
trefactionē nec incinerationē. Ex ſup
dictis correlarie infert̄ ꝯcluſio pncipal'r
intēta. ſ. ꝙ xp̄s ſemp in triduo fuit filius
virginis qd̄ pbat̄. Nā illud corp⁹ ex pu/
ris ſanguinib⁹ formatū ⁊ nutritū ratiōe
cui⁹ ip̄a dicebat̄ mater xp̄i. nunꝙ fuit cor
ruptū p mortē nec pdidit eādē pſonalita
tem ſiue ſuppoſitalitatē. p quaʒ ſuppoſi
tabat̄ a xbo. ſʒ ſemp fuit idē corp⁹ numē
ro ſbal'r ⁊ pſonal'r. put ſupdictū ē. ergo
nunꝙ fuit corrupta filiatio nec relatio
xp̄i ad virginē mariā. que quidē rl'o fun
dabat̄ in xp̄o rōe illi⁹ corporis aſſūpti.
Et p pn̄s ſemp xp̄s fuit filius virgīs: et
virgo ſemp fuit mater xp̄i et mater dei.

Sʒ ſi dr̄ ꝯtra. qꝛ ip̄a in triduo nō fuit
mater hoīs. eo ꝙ xp̄s nō fuit homo ī tri
duo. ergo nec fuit mater xp̄i: nec mater
dei. Ad hoc reſpōdet̄ ꝙ tenēdo cū ma
giſtro nulla eēt difficultas. tn̄ tenēdo cuʒ
cōi ſcola theologoꝝ adhuc nō ſequit̄ xp̄s
in triduo nō fuit homo. ergo nō fuit x⁹.
nā xbū aſſūpſit hūanitatē. vt p corp⁹ eēt
inſtrumētū patiēdi. et p aīaʒ inſtrumētū
merēdi. Et iſta duo hūit in triduo pſona
lit̄ vnita ad ſufficiētiā nr̄e redēptiōis lʒ īt̄
ſe eēnt ſeparata. nā xbū hēbat in cruce p
ſonalit̄ corp⁹ vnitū: ut inſtrumētalit̄ vul
neraret̄ ī latere ut ex eo exiret ſanguis et
aqua in redēptionē pctoꝝ et efficaciā ſac̄
mētoꝝ. ⁊ ut corp⁹ exanime tanꝙ pauper
curaret̄ e ſepeliret̄ in ſepulchro alieno: q̄
oīa erant nccīa ad nr̄am iuſtificationē et
nr̄e redēptiōis pfectionē. ut ſup dctm̄ ē.
Itē idē xbū erat vnitū cū aīa in inferno
examinando cām generis hūani: et cōdē
nādo dyabolū ⁊ libando hoīeʒ p iuſtitiā
E ſic pʒ ꝙ lʒ xbū deſierit eſſe hō natalis
p ſeparationē aīe a corpore tenēdo coēm
poſitionē. tn̄ nō deſijt eſſe x⁹ qꝛ ſufficient̄
hūit ptes hoīs ſibi pſonalit̄ vnitas ad in
ſtrumētū cōſummatiōis nr̄e redeptionis
quia ſufficient̄ exercebat et cōſummabat
nr̄am redēptionē p corp⁹ et aīaʒ ſꝫm exhi
gētiam iuſtitie. quia iſtū modū exhigebat

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De ſexto cantico.

nr̄a iuſtitia.ſ.ut ille hō aſſumptꝰ realiter
moreret̃.et aīa ſepararet̃ a corꝑe.et cor/
pus mortuū pēderet ī cruce ī ſatiſfactio/
nē oīuꝫ nr̄m.et ſepeliret̃ in alieno ſepul/
cro.Et ꝙ aīa deſcēderet ad īferos ne ſua
mēbra deſcēderēt.nā ſicut xp̄s aſcēdit in
celū.vt ſua mēbra poſt eū aſcēderent.ita
aīa eius deſcēdit ad inferos:ne ſua mem
bra illuc deſcēderēt.ſꝫ ibi nr̄aꝫ cauſaꝫ exa
minaret:⁊ oſtēderet qualr̄ ꝓ nb̄ erat ſuf
ficiēter ſatiſfactū. Ex quibꝰ etiaꝫ oibꝰ pꝫ
ꝙ ſicut ꝟbū nō deſijt eſſe xp̄s: ita nō de/
ſijt eſſe caput eccl̄ie : nec eccl̄ia deſijt eſſe
corpꝰ:nec ſpōſa xp̄i. vt magis in ſequēti
q̄ſtiōe patebit.Et ſequit̃ etiā ꝑ eādē ratio
neꝫ ꝙ nō deſijt eſſe filius virgīs.nec vir/
go deſijt eſſe mater xp̄i nec mater dei.Et
ꝑ hec pꝫ reſpōſio ad rationes in ṗncipio
īductas.Et hec ꝺ tercia q̄ſtiōe huiꝰ cātici.

Tercio etiā querit̃ circa iſtud ſextum
cāticū vtrū petrus et ceteri apl̄i ꝑdiderīt
totalr̄ fidē ī triduo:⁊ potuerīt dici here/
tici.eo ꝙ dicit ſpōſa.Percuſſerūt me:et
tulerūt palliū meū.i.veſtē fidei cuſtodes
muroꝝ.Et videt̃ ꝙ petrꝰ fuerit hereticꝰ.
eo qꝛ incepit anathematiꝫare ⁊ iurare ꝙ
nō nouiſſet hoīeꝫ.mar.xiiij.et ſic cū iura
mento negauit xp̄m. Itē videt̃ ꝙ oēs
apl̄i fuerint heretici in articl̄o reſ̄rectio/
nis.qꝛ qn̄o mulieres nūciarūt eis xp̄ꝫ re
ſurrexiſſe.viſa ſunt eis quedā deliramē/
ta.luce.xxiiij. Itē duo diſcipl̄i deſpā/
tes de reſ̄rectiōe receſſerūt a ſocietate a
lioꝝ dicētes.nos expectabamꝰ ꝙ eſſet re
dēpturus iſrl̄. Iteꝫ thomas qui dr̄ di
dimꝰ.i.dubiꝰ tanꝙ incredulus dixit.niſi
miſero digitū meuꝫ ī fixurā clauoꝝ:non
credā. Itē recūbētibꝰ oibꝰ apl̄is ieſus
exprobrauit īcredulitatē illoꝝ ⁊ duriciaꝫ
cordis.ergo oēs fuerūt duri ⁊ increduli
et ꝑ ꝯn̄s heretici ī illo triduo. In op

poſitū eſt.nā ī illo triduo ſicut eccl̄ia nō
fuit ſine capite:ita nec caput fuit ſine cor
pore eccl̄iaſtico ꝯtinēte plura mēbra.qui
fuerunt diſcipl̄i et apl̄i.et tota illa ſocie/
tas.c.xx.vt pꝫ act̄.ṗmo.Et ſic apl̄i non
ſimplicit̃ ꝑdiderūt fidē nc̄ fuerūt heretici

Ad cuiꝰ intellectū ē notandū ꝙ fides ī
actu ē firma īheſio catholice ꝟitatis ſine
formidine altiꝰ ꝑtis. Et hereſis ē obſtina
ta impugnatio fidei alicuiꝰ articuli cū ꝑti
naci aſſertiōe ꝯrie falſitatis.Et ſic de rōe
actualis fidei eſt firma inheſio ſine formi
dine. Sed ꝺ rōe hereſis ē obſtinatio ꝯ ve
ritatē catholicā ſimul cuꝫ ꝑtinacia.Et ſic
nō dr̄ actualit̃ fidelis niſi fortit̃ et firmit̃
inhereat oībꝰ articulis fidei abſqꝫ heſita/
tiōe et formidine. ita ꝙ nil credat eſſe ve
riꝰ articulis fidei in ꝟitate.nec falſiꝰ eoꝝ
oppōitis in falſitate. vt inquit arꝫ.ṗmo
poſterioꝝ de ṗncipijs ſciē.Sed ad hoc ꝙ
aliquis ſit hereticꝰ ſufficit ꝙ cū obſtinati/
ōe īpugnet ꝟitatē vniꝰ articuli:et cū ꝑti/
nacia aſſ̄at oppōitū eiꝰ. Et iō ille qui ē te
pidꝰ uel dubiꝰ/uel titubat in fide/nec fir/
mit̃ inherēs/nec obſtinate īpugnans ꝟi/
tatē fidei/nec ꝑtinacit̃ aſſerēs oppoſitam
falſitatē: et timore aut formidīe pene nō
audet cōfiteri fidei ꝟitatē: nō dr̄ ꝓpe fidꝰ
lis nec hereticꝰ: ſed dr̄ mediꝰ int̃ fidelē et
hereticū.qꝛ dr̄ infirmꝰ in fide. Et ita ē di
cēduꝫ de petro et thoma et cet̃is apl̄is in
triduo.et et̄ vſqꝫ ad aſcēſiōeꝫ.qꝛ nec per
fecte fuerūt fideles nec heretici.ſꝫ īfirmi
in fide.Et ſic nō fuerūt totalit̃ ex̄ eccl̄iaꝫ:
quia nō corde obſtinato īpugnabāt fideꝫ
reſ̄rectiōis. ſꝫ titubabāt ⁊ formidabāt.
vn̄ petrus nō fuit hereticus qn̄o negauit
xp̄m:qꝛ nō obſtinato corde : ſꝫ formidīe
et timore negauit ore. nec negauit corde
xp̄m eſſe deū ⁊ meſſiā in lege ꝓmiſſuꝫ.ſꝫ
ſoluꝫ negauit ore ſe nouiſſe homineꝫ:nec



UVA. BHSC. IyR 068_1

ꝑdidit fidem in habitu. ſʒ ſolo actu ī ore. Et iō illico fleuit amare gallo cātāte. Ex quo pʒ ꝙ nō fuit hereticus nec ꝑdidit habitū fidei: ſʒ fuit infirmus in actu. Et ita eſt dicēdū de oib⁹ ap̄lis: qn̄o relicto xp̄o oēs fugerūt. qꝛ nō ꝑdiderūt totalr̄ fidē ī hītu: qꝛ nō reuerſi ſunt ad ſua. ſʒ adhuc ꝯgregati in cenac̄lo expectarūt reſ̄rectionē ꝑ totū triduū ad quos īgreſſus ē xp̄s in die reſ̄rectionis abſente thoma. vt pʒ io. xx. Ex quo pʒ ꝙ non obſtinato corde īpugnabāt veritatē reſ̄rectiōis: ſʒ tanꝙ̄ infirmi titubabāt. Et ita etiā thomas nō dictus eſt hereticus: ſʒ infirmus et dur⁹ et tardus ad credēdū querēdo expimētū Et ita ē dicēdū de illis diſcipulis duobus qui illa die ibant ī emaus. quos īcrepās xp̄s non dixit hereticos: ſʒ ſtultos ⁊ tardos ad credēdū. Et ſic eſt etiā dicēdūʒ de oib⁹ vndecim recūbentib⁹. quoꝝ ieſus increpauit ⁊ exprobrauit incredulitatēʒ et duriciā. qꝛ nō increpauit hereſim: ſʒ duriciā ⁊ infirmitatē eoꝝ et tarditatē ad firmiter ⁊ ſine formidīe inherēdūʒ ⁊ credēdū. Ex quib⁹ pʒ. ꝙ lʒ illa ſocietas aliqn̄o ꝑdiderit fidē in actu ex īfirmitate: tñ nō in hītu: nec corde obſtinato cū pertinaci aſſerciōe alteri⁹ partis. Et iō nunꝙ̄ fuit heretica. Et ſic ſemꝑ fuit eccl̄ia xp̄i: lʒ infirma. ſicut homo infirm⁹ ex oib⁹ membris nō deſinit eſſe homo. Itē dubitatio vel negatio vel aſſertio nunꝙ̄ dr̄ heretica niſi ſit de directo cōtra id qđ eſt ꝑ eccl̄iaʒ determinatū ⁊ ꝓmulgatū. Et iō papias et hyrene⁹ et lactāti⁹ qui aſſeruerūt fideles victuros ꝑ mille ānos ī hoc ſcl̄o poſt ſcđʒ aduētū xp̄i. non reputātur heretici ab eccl̄ia. eo ꝙ tūc nōdū ꝯriuʒ erat determinatū. Itē bt̄s cipanus qui dixit hereticos et ab eis baptizatos eſſe rebaptizādos. nō fuit cēſend⁹ hereticus. eo qꝛ nōdū ꝯtrariū erat determinatū. Sʒ modo vnuſquiſqʒ talia aſſerēs reputaret̄ hereticus poſtꝙ̄ eccl̄ia ꝯtrariū dterminauit. ita ergo pariter ē dicēdū de ap̄lis et diſcipulis dubitātib⁹ ⁊ titubantib⁹ in paſſiōe xp̄i de ei⁹ reſ̄rectiōe. eo qꝛ ſp̄s ſcs̄ nōdū ꝯfirmauerat in ap̄lis eccl̄iaʒ vſqʒ ad dieʒ pētecoſtes. nec dū euāgeliū fuerat ꝓmulgatū. ſʒ poſt aduētū ſp̄s ſcti ⁊ promulgationē euāgelij non potuit eſſe dubitatio de aliquo articulo fidei et negatio abſqʒ hereſis prauitate. ꝓut magis declarabit̄ in expoſitiōe euāgelioꝝ deo concedente.

Nec ē dicēdum ꝙ tota illa eccl̄ia quo ad oīa mēbra fuerit infirma ī illo triduo. qꝛ inter cetera vnū mēbrūʒ hūit ſaniſſimūʒ .ſ. virginē mariā: in qua fuit ꝯſeruata integra fides eccl̄ie ſpe et caritate formata Et ideo non ceſſauit: nec deſinit eccl̄ia in illo triduo. nec in toto tempore vſqʒ ad aſcenſionem / et miſſionē ſpiritus ſancti. Itē licet tota ꝑfectio forme eccl̄ie nō fuerit cōſeruata in quolʒ mēbro īfirmo: tñ fuit ꝯſuata in virgīe maria tanꝙ̄ in vno mēbro ſano et ꝑ̄ncipali poſt xp̄ʒ qui erat caput eccl̄ie. ꝓut ſuꝑ̄dictū fuit in quinto cantico. Et iō ꝑ totū illud triduū et etiā vſqʒ ad penthecoſten ſicut eccl̄ia nō fuit ſine capite xp̄o: ita nec caput fuit ſine eccl̄ia in illa ſocietate nec illa ſocietas deſinit eſſe eccl̄ia. lʒ ꝓ maiori pte membroꝝ erat infirma. qđ pʒ nā ſemꝑ fuit in vnūʒ cōgregata ꝑ totū triduū in cenaculo expectando reſ̄rectionē. poſtea ꝑ q̄dragita dies expectando aſcēſionē. Et poſtea per decē dies expectando ſp̄m ſc̄tm. vt patet act. ꝑmo. et ſic ſemꝑ fuit congregata ſub aliq̄ ſpe et fide xp̄i. et ꝑ ꝯn̄s nūꝙ̄ deſinit eſſe eccl̄ia. Ex ſuꝑ̄dictis ergo pʒ ꝙ lʒ cuſtodes muroꝝ. ſ. ꝑ̄ncipes ſacerdotū et ſcribe ⁊ phariſei ⁊ pilat⁹ cū ſuis miniſtris ꝑ

UVA. BHSC. IyR 068_1

cuſſerint et vulnerauerint ecclīaꝫ aploꝝ
et diſcipuloꝝ vulnere t̄roris et timoris.
et tulerīt et abſtulr̄int ſibi veſtē et palliū
fidei actualis:tñ non fidei habitualis.Et
iō non totalit̄ deſtruxerūt nec anihilaue/
rūt ecclīaꝫ. quia adhuc manſit in ea aliq̄
cintilla vite.ſ.fidei ⁊ ſpei:lꝫ vulnerata ⁊
infirma.Et ſic aplī nō fuerūt heretici ſed
infirmi in fide. Aliud ē eiꝫ eſſe infirmū ī
fide:et aliud hereticū. nā aliquis pōt ti/
tubare et eſſe infirm⁹ in fide ex timore ⁊
hoc abſqꝫ īpugnatiōe obſtinata ꝟitatis
fidei et ꝑtinaci aſſertiōe alteri⁹ partis.et
ſic nō erit hereticus ille talis. Et nota
ꝙ notāter dr̄ in textu.Inuenerūt me cu
ſtodes qui circuunt ciuitatem ⁊c̄. Quia
ſcribe ⁊ pharisei et principes ſacerdotuꝫ
qui erāt poſiti ad cuſtodiā ciuitatis non
ītroibāt ciuitatē ſacre ſcripture:ſꝫ tanq̄
ceci ⁊ canes circuibāt ciuitatē nō attingē
tes verā intelligētiā ſcripture.Et ſic am/
bulabāt in cecitate ⁊ mēdaci traditiōe ex
tra oēm veritatē.q2 in circuitu impij am
bulāt.Et iō ſicut īpi erāt vulnerati ⁊ ſau
ciati peſtifero ⁊ heretico veneno infideli
tatis ꝯtra xp̄m. ita conati ſunt ꝑcutere
aplos vulnē̄re terroris et timoris ⁊ expo
liare eos pallio fidei.Sꝫ nō potuerūt to
talr̄ obtinere obtētū ſuū.nā xp̄s reſurexit
tercia die ⁊ aplos viſitauit oſtēdēs eis ve
ritatē ſue reſurectiōis. Et ꝑ quadraginta
dies increpauit incredulitatē eoꝝ. Et fi/
naliter ī die pēthecoſtes īduit eos pallio
ſapiē et intellect⁹ et cōſilij et fortitudinis
et oīuꝫ donoꝝ ⁊ grāꝝ.Et ſic manēt iudei
in ſua cecitate obſtinati tanq̄ canes cir/
cūdātes ciuitatē vſqꝫ ad finē ⁊ veſpā mū
di.Et fideles ſucceſſores aploꝝ manēt in
fide xp̄i confirmati vſqꝫ ad ſcdm̄ aduētū
xp̄i.Et hoc de ſexto cantico.

# Incipit ſeptimū canticū.

Adiuro vos filie hie
ruſalem Si inuene
ritis dilectū meum
Ut nūcietis ei quia amore
langueo.
Qualis eſt dilectus tuus
ex dilecto O pulcherrima
mulierum.
Qualis ē dilect⁹ tuus ex di
lecto quia ſic adiuraſti nos.
Dilectus meus cādidus et
rubicūdus Elect⁹ ex milib⁹
Caput eius aurū optimuꝫ
Come eius ſicut elate pal
marū Nigre quaſi coruus
Oculi eius ſicut columbe
Super riuulos aquarū que
lacte ſunt lote Et reſident
iuxta fluenta pleniſſima.
Gene illius ſic̄ areole aro
matū cōſite a pigmētarijs.
Labia eius lilia diſtillantia
myrrham primam.
Manus illius tornatiles
auree plene iacynthis.
Uenter eius eburneus
Diſtinctus ſaphiris.
Crura illius columne mar
moree Que fundate ſunt

ſuper baſes aureas.
Species eius vt libani
Electus vt cedri.
Guttur illius ſuauiſſimū
Et totus deſiderabilis.
Talis eſt dilectus meus
Et ipſe eſt amicus meus
O filie hieruſalem

Hoc eſt canticū ſeptimuꝫ in quo ſalon cātat excellētiā et potētiā ⁊ dignitatē xp̄i: quā eccl'ia apl'oꝝ cantauit et euāgelizauit in hierl'm poſt receptiōꝫ ſp̄s ſc̄ti Et ꝑ ꝯñs ſalon cātat p̄dicationē et publicatōeꝫ euāgelij fc̄taꝫ ꝑ apl'os pᵒ rceptiōeꝫ ſp̄s ſc̄ti. p̄mo in hierl'm ⁊ popl'o iudayco- ⁊ pᵒea ī popl'o gētili. vt patebit ꝑ cātica. ſeq̄ntia Ad cuiᵒ intellectū eſt notādū. ꝓut dictū fuit ī ſupiori cātico. ꝙ iſta ſpōſa. ſ. cōgregatio apl'oꝝ ⁊ diſcipl'oꝝ timore percuſſa ⁊ terrore vulnerata/ ⁊ pallio fortitudīs fidei expoliata ꝑ totū triduuꝫ latuit in cenacl'o vſqꝫ ad reſrectionē. Et adhuc latuit ibi vſqꝫ ad dieꝫ octauuꝫ. vbi iteꝝ aparuit ieſus preſente thoma. vt pꝫ jo. xx. Et iō tūc iſta ſpōſa magis certificata de reſrectiōe ſpōſi ſui abijt a hierl'm in galileā. vt pꝫ. mat. vltimo. Et ibi iteꝝ ſe manifeſtauit ieſus petro et johāni et thome et ceteris apl'is ⁊ diſcipulis ad mare tyberiadis ⁊ comedit cū eis. vt patꝫ. jo. xxj. Et ſic magis certi de xp̄i reſrectione venerūt ad mōtē oliueti. et ibi locutᵒ eſt eis ieſus de regno dei p̄cipiēs ne diſcederent ab hyeroſolimis donec recipēt ſp̄m ſc̄m. Et ſic videtibᵒ illis eleuatᵒ eſt ī celū poſt cuiᵒ aſcēſionē vndecim apl'i cuꝫ tota turba diſcipl'oꝝ ⁊ mulieꝝ numero. c. xx. reuerſi in hierl'm latuerūt decē diebᵒ in cenacl'o vſqꝫ ad dieꝫ pēthecoſtes ī quo receperūt ſp̄m ſc̄tꝫ. Ex quibᵒ oībᵒ pꝫ ꝙ iſta ſpōſa. ſ. ſocietas apl'oꝝ ⁊ diſcipl'oꝝ ꝑ q̄nquagintatres dies. ſ. a captiōe xp̄i vſqꝫ ad pētecoſtē latuit ꝓ fuga ⁊ timore ꝑterrita ⁊ ꝑcuſſa ⁊ vulnerata ⁊ pallio fortitudinis fidei expoliata. ī quibᵒ quinq̄gintatribᵒ diebᵒ nō auſa eſt corā popl'o xp̄ꝫ noīare. nc̄ ꝟitatē euāgelicā ⁊ reſrectioneꝫ xp̄i p̄dicare. Sed poſtꝙ recepit ſp̄m ſc̄m ab oī vulnere t'roris ſanata et virtute ſp̄s ſc̄ti ex alto induta. et pallio donoꝝ ſp̄s ſc̄ti veſtita/ et armata omni formidine reiecta: repēte exiuit ꝺ cenacl'o. ⁊ cū audatia corā principibᵒ ſacerdotuꝫ et ſcribis ⁊ phariſeis ⁊ omni popl'o īcepit xp̄m p̄dicare ⁊ euāgelizare ⁊ eius reſrectionē ⁊ aſcēſionē manifeſtare. et ip̄m eſſe deū ⁊ hoīeꝫ ⁊ meſſiā ī lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſuꝫ publice ꝯfiteri: ⁊ ꝑ ſacras ſcripturas probare ⁊ demōſtrare. vt pꝫ act. ij. Et ꝑ totū diſcurſuꝫ illius libri in quo die īter cetera duo magna mirabilia opa ſp̄s ſc̄ti manifeſtata ſunt. quoꝝ p̄muꝫ fuit qꝛ petrus qui in captiōe xp̄i ad vocē vnius ancille timore ꝑterritᵒ xp̄m negauerat. Et oēs alij apl'i ⁊ diſcipl'i relicto xp̄o aufugerūt. et ꝑ quinq̄gitatres dies timore ꝑculſi et pallio fortitudīs fidei expoliati latuerant. tunc antē recepto ſpiritu ſc̄to cum tanta fiducia et audatia audebant criſtum predicare aduerſus principes ſacerdotum et ſcribas et phariſeos. quos ante miſerabilit' formidabant dicentes. Obedire oportet magis deo ꝙ hoībus. Et ibant oēs gaudētes a cōſpectu cōſilij ꝓ noīe ieſu cōtumeliā pati. vt pꝫ act. v. Scd̄m opᵒ mirabile fuit qꝛ petrᵒ cū ceteris qui nūꝙ l'ras didiſcerant in ſolis rbᵒ ruſticis et piſcatiōe enutriti: in illa die ꝫ

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſcribas et phariſeos ⁊ legiſꝑitos ſedētes
in cathedra moyſi: cū grandi ſapīa et au
dacia incepūt diſputare/ et eis xp̄z fuiſſe
verꝝ meſſiā ī lege ꝓmiſſum ꝑ ſacras ſcrip
turas demōſtrare. quorꝝ rōib⁹ et autori
tatib⁹ ſcribe et phariſei reſiſtere nō valē/
tes: cōfuſi et cōuicti receſſerūt itm̄: ꝙ vi
dētes turbe phariſeos et ſcribas ꝑ apl'os
eſſe cōuictos: t'a milia de turba credide/
rūt et baptiſmū recepūt. vt pȝ act. ij. Et
ſic ꝑ p̄dicationē apl'orꝝ: et miracl'a que fi
ebant ꝑ eos ī virtute noīs ieſu creuit nu
merus et eccl'ia fideliū. Qīa ergo iſta pre
uidēs ſal'on ī ſp̄u fecit iſtud ſeptimū cāti
cū in quo introducit eccl'iaȝ apl'orꝝ et di/
ſcipl'orꝝ publice p̄dicātē xp̄z ī hirl'm poſt
receptionē ſp̄s ſcti. Et introducit plebeȝ
ſimplicē ⁊ deuotā apl'os deuote audiētē
et de q̄litate ſpōſi querētē. Et iō tria fiūt
in hoc cantico. Nā p̄mo eccl'ia apl'orꝝ et
etiā mulierꝝ q̄rit ſpōſuȝ ſuū xp̄m ī hirl'm
vbi ante nec querere n̄c p̄dicare audebat
Scd̄o plebs fideliū judeorꝝ qui conuerſi
ſunt querit de qualitate ⁊ dignitate hui⁹
ſponſi. Tercio ip̄a ſponſa publice p̄dicat
et euāgelizat deitatē ⁊ maieſtatē ⁊ poten
tiā et ſapīaȝ ⁊ ceteras ꝑfectiones xp̄i ſpō
ſi ſui. ſcd̄a erit ibi. Qualis ē dilect⁹ tuus.
tercia ibi. Dilect⁹ meus cādid⁹. Quā
tū ergo ad p̄mū ē aduertēdū ſcd̄m oēs euā
geliſtas. ꝙ poſtq̄ xp̄s fuit depoſitus de
cruce/et poſit⁹ ī ſepulcro: dū apl'i laterēt
in cenacl'o ꝓpter metū judeorꝝ ꝑ totū tri
duū. p̄mo mulieres emerūt aromata: et
die dn̄ica mane dilucl'o venerunt ad mo/
numētū/vt vngerēt ieſuȝ. Sȝ cū īueiſſent
lapidē reuolutū ab hoſtio monumēti: et
fuiſſet eis nūciatū ꝑ angelos xp̄m reſur/
rexiſſe: tūc ſola magdalena māſit juxͣ ſe/
pulcrū: ceteris recedētib⁹/ad annuciādū
apl'is xp̄i reſ'rectiōeȝ. Sȝ iterū x⁹ appͣuit

magdalene ſub ſpecie hortolani. ip̄a aūt
putās xp̄z eſſe hortolanū dixit. Si ſuſtu/
liſti ip̄m/dicito mihi. Iteȝ in eodē ſpacio
tēporis xp̄s apparuit mulierib⁹ eūtibus
ad apl'os. Et apl'i. ſ. petr⁹ et johannes ex
relatu mulierꝝ venerūt ad ſepulcrum/ad
querēdū xp̄m. quib⁹ apparuit xp̄s in via
dū reuerterētur. Ex quib⁹ pȝ. ꝙ tota ec/
cl'ia tam virorꝝ q̄ mulierꝝ querebat xp̄m
in illa die cum grādi affectu ⁊ amore. Et
eodē modo ꝺ tota eccl'ia ſpōſa xp̄i ꝓ illo
ſtatu poſſunt verificari verba poſita in
principio huius ſeptimi cantici. Unde
ait ſponſa ad filias et mulieres hierl'm et
maxīe ad deuotas int' quas q̄rebat xp̄m
dicens. o filie hierl'm. Adiuro vos. i. ſub
ſacro iuramēto ꝟitatis legis ⁊ ꝓphetarꝝ
vos obligo et exhortor ut nūcietis mihi
ſi inueneritis dilectū meū qui fuit ſepul/
t⁹ in monumēto. qꝛ tulerūt dn̄m meū et
neſcio vbi poſuerūt eū. iō amore lāgueo
Sed ē iterꝝ aduertēdū ꝙ eccl'ia apl'orꝝ
et diſcipulorꝝ nō ſolū q̄ſiuit et expectauit
ſpōſum ſuū ꝑ illud t'duū et totū ſpaciuȝ
vſqȝ ad miſſionē ſp̄us ſci. ſȝ et cuȝ maiori
affectu illico poſt receptionē ſp̄us ſci: q̄ſi
uit eū in cordib⁹ hoīuȝ publice xp̄m p̄di/
cando. p̄mo in hierl'm/ et exinde ꝑ totaȝ
t'rā ꝓmiſſionis/ et ꝑ totā ſyriam/et ara/
biā/et greciā/ ⁊ ꝑ totū orbē. vt pȝ ꝑ totū
librꝝ actuū apl'orꝝ. et ī eccl'iaſtica yſtoria.
Et ſic iſta adiuratio poſita in p̄ncipio h⁹
ſeptimi cantici magis ꝓp̄e ꝟificat' de p̄di
catiōe apl'orꝝ facta p̄mo in hierl'm/et ex/
inde per totum orbeȝ. vnde recepto ſp̄u
ſcō dixit petrus cum tota eccl'ia apoſto/
lorū ad totū populum hieruſalē. O filie
hirl'ȝ adiuro vos ꝑ ſacrā ſcripturā legis
et ꝓphetarꝝ: vt nūcietis mihi: ſi inueneri
tis dilectū meū. i. ſi creditis eū ī cordib⁹
vr̄is. q̄i dicat. qꝛ ex dictis ſacre ſcripture

UVA. BHSC. IyR 068_1

poteſtis videre ipm eſſe deum et hoiez et meſſiã in lege pmiſſuz. quẽ vos ignorantes crucifixiſtis. qui mortuus ẽ p pctis oium. et refrexit a mortuis. put oes prophete teſtimoniũ phibẽt d ipo. Jõ p eaſdẽ ſacras ſcripturas vos adiuro/et moneo. vt recipiatis ipm in verũ meſſiam: et redẽptorẽ. et ſi inueneritis ipz/et credideritis i cordibus vris: rogo/vt annũcietis mihi: q2 amore lãgueo. vñ hoc dicebat ecclia aploꝝ. q2 intãtũ fuit accẽſa i amorẽ et caritatem xpi p receptionẽ ſps ſcti. q nõ timẽs minas ſcribarũ et phariſeoꝝ nec regũ/nec principũ cũ fiducia predicabat xpm: deſiderãs oẽs pplos adducere ad fidẽ eius. Deĩde cũ dicit. Qualis ẽ dilect9 tuus. ponit deuotã interrogationez audiẽtiũ pdicationẽ aploꝝ in hirlm in die pẽtecoſtes et dieb9 ſequẽtib9. Ad cuius intellectũ ẽ notãdũ. vt legit act. ij. et. iij. q cũ petr9 et ceteri apli publice predicarẽt corã pplo xpm eſſe filiuz dei: et poſt mortẽ refrexiſſe in corpus glioſuz: et ſediſſe a dextris dei pris tanq3 heres: et accepiſſe poteſtatẽ ſup totũ vniuerſũ: tũc oẽs admirabãtur. Et iõ admirabantes querebãt de qualitate/et dignitate/et maieſtate xpi refgẽtis dicẽtes. Qualis ẽ dilect9 tuus ex dilecto o pulcherrima mulierũ. qi diceret. tu dicis: q iſte dilect9 ſpõſus tuus ẽ fili9 dei dilect9 a deo pre: et itã tuz dilectus q ſuſcitauit a mortuis tercia die. Et tradidit ſibi regnũ mũdi. ergo dic mihi. qualis ẽ iſte dilect9 tuus i natura et maieſtate. et quõ pcedit ex pre dilecto. Et dic etiã nob: q2e qris eũ cũ tãta ſolicitudie: q2 ſic adiuraſti nos. Ad cui9 intellectũ eſt aduertẽdũ. q filie hirlm tria dicũt in pñti queſtiõe. Primo q2 bis dicunt. Qualis ẽ dilect9 ex dilecto. p qõ explicãt duplicẽ pceſſionẽ filij ex pre. Quaruz prima ẽ ab eterno fm diuinitatẽ. Secũda eſt pceſſio tẽporalis fm hũanitatẽ. Et iõ querũt de qualitate xpi nõ ſolũ fm diuinitatẽ: ſz etiã fm hũanitatẽ. Jtẽ ſcdo iſte filie hirlm vocãt iſtã ſpõſaz pulcherrimã mulieꝝ: p qõ notificãt pulchritudinẽ et plenitudiez donoꝝ et grãꝝ et bonoꝝ ſpualiũ. quã adepta ẽ ecclia in die pẽtecoſtes p redẽptionẽ ſps ſcti. Jtem tercio dicũt. q2 ſic adiuraſti nos. p qõ denotat magna ſolicitudo et caritas: quã hẽbant apli et diſcipli in publicatiõe euãgelij ad puertẽdos fideles: oſtẽdẽdo et pbãdo p ſacras ſcripturas xpm eſſe verũ deum et hoiez et meſſiaz in lege pmiſſuz. Et iõ filie hirlm eos interrogabãt. Deĩde cũ dicit. Dilect9 me9 cãdidus et rubicũd9 et c. ponit prompta reſponſio ſpõſe ad filias hirlm/explicãdo maieſtatẽ et potẽtiaz et ſapiam et oẽs dignitates xpi ſpõſi ſui/deſcribẽdo ipm p oĩa mẽbra ſua. Ad cuius intellectum eſt notandum. q decem membra xpi enumerat et memorat ſpõſa: per que denotat/et notificat decem dignitates et pfectiões xpi ſponſi ſui ſup oĩa creata. ſ. caput/comas/oclos/genas/labia/man9/vẽtrez/crura/ſpẽm/et gutt. Unde p caput intelligit xpi diuinitatez. vt ait apls pmo ad cor. xj. Caput eccleſie x9: et caput xpi de9. Et iõ q2 x9 nõ ẽ de9 p pticipationẽ. ſed p eſſentiã fm diuinitatẽ Jdeo nõ dicit. caput ei9 aureũ. ſed caput eius aurũ optimũ. Jtẽ p comas nigras intelligit xpi fortitudinẽ et victoriã quaz hũit de diabolo et mundo et morte: eo q nigredo et criſpitudo capilloꝝ denotãt fortitudinẽ in hoĩe. Jdeo dicit come ei9 ſicut elate. i. folia palmarũ erecta ſurſuz et rigida ad vincendũ et triũphãdũ. Jtẽ p oclos colũbinos. intelligit xpi pſpicacitatem in diſcernẽdo. et rectitudinez in

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De ſeptio cantico.

iudicando.Et ꝑ genas odoriferas et aro
maticas intelligit eius honeſtā vitā et cō
uerſationē ī hac peregriatiōe.Et ꝑ labia
intelligit eius ꝓdicationē.Et ꝑ manꝰ tor
natiles ⁊ aureas intelligit eiꝰ mirā potē/
tiā ⁊ opa miraculoſa. Et ꝑ vētrē plenuꝫ
ſaphiris intelligit ip̄m fuiſſe capſaꝫ et ar
mariū oīuꝫ virtutū. Et ꝑ crura et baſes
aureas intelligit fidei articulos ⁊ grāꝫ ſa
cramētoꝝ:ſuꝑ quas fundauit eccl'iaꝫ.Et
ꝑ ſpēm et ſtaturā intelligit eiꝰ pulchritu
dinē ⁊ magnitudīeꝫ ⁊ excellētiā ⁊ impiū
Et ꝑ guttur intelligit ſuauitatē ſermonū
eius.Fuit ergo et ē xp̄s caput ⁊ principi
um ꝑmo oīuꝫ reꝝ ꝑ creationē.qꝛ oīa per
ip̄m fc̄a ſunt. io.ꝑmo. Et ē caput eccl'ie
et hoīuꝫ ⁊ angeloꝝ.qꝛ deꝰ poſuit euꝫ ſuꝑ
oēm eccl'iaꝫ/⁊ principatus ⁊ poteſtates.
Et iſtud caput ē deꝰ nō ꝑ participationē:
ſꝫ ꝑ eſſentiā.Et iō caput eiꝰ nō dr̄ aureuꝫ
ſꝫ ip̄m aurū/ad denotāduꝫ ꝙ xp̄s non eſt
deꝰ ꝑ participationeꝫ ſicut ceteri ſc̄ti.ſꝫ ē
deus ꝑ eēntiā. qꝛ xp̄s eſt ꝟbū filius p̄ris
ſibi coeſſentialis. Itē ocl'i eius ſūt mūdi
et recti et ꝑſpicaces volantes ſuꝑ totam
ſcripturā:ſicut colūbe ſuꝑ riuos aquaꝝ
q̄ ſunt lacte lote.i.lacteo colore dealbate
que reſidēt iuxta fluenta. Ita ergo xp̄s
eſt mūdus et rectus nō accipiēs ꝑſonam
hoīuꝫ in iudicādo.Et perſpicax in diſcer
nendo ⁊ penetrādo ſecreta dei p̄ris ⁊ ſa/
cre ſcripture. qꝛ quecūqꝫ audiuit ⁊ hau/
ſit ex puteo ſapīe p̄ris:nota fecit nobis.
Habet xp̄s comas nigras et tortuoſas/
⁊ rigidas et elatas et eleuatas ꝑ fortitu/
dinē.qꝛ fuit fortis in ꝑferēdis iniurijs et
laboribꝰ et tormētis/⁊ ferendo mortē et
paſſionē.Gene eius ſunt odorifere ſicut
areole aromatū cōſite a pigmētarijs et a
romatarijs.qꝛ vita ⁊ cōuerſatio honeſta
fuit oībꝰ exēplaris ⁊ odorifera.Idō oēs
currebāt in odorē et famā vnguētoꝝ eiꝰ
Itē labia eius fuerūt diſtillātia myrrhā
primā in predicādo.qꝛ ꝓdicabāt peniten
tiā:⁊ extirpabāt vicia inſerēdo virtutes
Et manus eius ꝑ quas deſignat' potētia
⁊ opatio:fuerūt tornatiles.i. munite et
armillis aureis circūdate/⁊ plene iacitis
qꝛ opa miraculoſa q̄ faciebant manꝰ po/
tentie xp̄i erāt aurea et iacintina ſuꝑ oēꝫ
facultatē hūanā in ſuſcitādo mortuos/⁊
egros ſanādo/et opa mie exercēdo. Itē
venter eius fuit eburneꝰ diſtinctꝰ ſafiris
.i.fuit capſa ⁊ archa plena lapidibꝰ ꝓcio
ſis.ſ.virtutibꝰ ⁊ bonis ⁊ theſauris ſpūa
libꝰ. vñ in hebreo hētur vēter eius capſa
eburnea plena ſafiris. qꝛ xp̄s fuit archa
et armariuꝫ omniū virtutū ⁊ theſauroꝝ
ſapentie et ſcientie dei et grārū et omniū
virtutū ⁊ bonoꝝ ſpūaliū.ꝺ cuius pleni/
tudine oēs accepimꝰ.Itē crura eius ſuꝑ
q̄ fundauit eccl'iam ſunt ſicut colūne mar
moree.ſ.fortiſſime ⁊ mundiſſime ad mo
dū marmoris.q̄ quidē colūne eccl'ie ſunt
fundate ſuꝑ baſes aureas.ſ.ſuꝑ fidem ⁊
caritateꝫ et grām ſacramētoꝝ. Itē ſpēs
⁊ pulchritudo xp̄i q̄ cōſiſtit ī abundantia
bonoꝝ et magnitudine et altitudine ip̄iſ
et ſupereminētie ⁊ dignitatis ē ſicut liba
ni.nā ſicut mons libani ſupexcedit oēs
alios mōtes ſyrie in altitudine et pīgue
dine paſcuaꝝ et fructuū ⁊ aq̄ꝝ:Ita xp̄s
qui ē mons dei/mons pinguis ſupexcel/
lit et excedit oēs mōtes.ſ.ſ̄ges et oēs cre
aturas ī altitudine perfectionū et copia
fructuū virtutū et bonoꝝ ſpūalium. Et
ſicut cedrꝰ ē arbor electa et incorruptibi/
lis/et altiſſima ſuper oēs alias arbores:
ita xꝰ īmortalis pꝰ reſurrectionē excedit
oēs creaturas in dominio ⁊ īperio:quia
ſedet a dextris.i.in potioribꝰ bonis p̄ris
Et data eſt illi poteſtas in celo ⁊ in terra

UVA. BHSC. IyR 068_1

et in oibꝰ abiſſis. iō dr̄ electꝰ. i. eleuatꝰ. vt cedri. Jtē guttur eius eſt ſuauiſſimuꝫ. ſ. doctrina euāgelica que ex gutture ⁊ ore eiꝰ ꝓceſſit/et nobꝭ reliquit: ē ſuauiſſima ⁊ dulciſſima audiētibꝰ. Ex quibꝰ pꝫ. ꝙ totꝰ xp̄s eſt deſiderabilis et bonꝰ q̄ntū ad oīa ſup̄dicta. ſ. quo ad caput ⁊ comas/et oculos: qꝛ oīa ſunt bona et deſiderabilia ⁊ nil fuit in eo quin fuerit bonū et deſiderabile ſpōſe ſue eccl̄ie. Et iō ꝯcludit ſponſa cāticū ſuū dicēs. O filie hirl'm talis eſt dilectꝰ meꝰ xp̄s/qualē vobꝭ deſcripſi et p̄dicaui. Et ip̄e eſt amicus et ſpōſus meus quē vidi ⁊ audiui. quē amaui. quē credidi. quē dilexi. et tanꝙ deū colui. ⁊ ī verū meſſiā in lege ꝓmiſſuꝫ ſuſcepi. Ex ſup̄dictis omnibus patet. q̄uo eccl̄ia ap̄loꝝ ⁊ diſcip̄loꝝ vulnerata vulnere timoris ⁊ expoliata pallio firmitatis fidei non auſa fuerat publice ꝑ quinq̄gintatres dies fidē xp̄i ꝯfiteri. Sꝫ recepto ſp̄u ſc̄to ī die pētecoſtes induta pallio fortitudīs fidei ⁊ alioꝝ donoꝝ ⁊ graꝝ: publice ⁊ cū fiducia auſa ē cātare cāticū ſup̄dictū: ꝯfitendo ⁊ ꝓbādo xp̄m eſſe deū et hoīeꝫ ⁊ meſſiaꝫ in lege ꝓmiſſuꝫ. Et h̄ ꝓbādo ꝑ ſcripturas legis ⁊ ꝓphetaꝝ. et ꝯuincēdos iudeos. vt pꝫ per totum diſcurſuꝫ actuum ap̄loꝝ. Et hec dicta ſūt de ſeptīo cātico.

Jncipipit octauum canticum.

Uo abijt dilectus tuus O pulcherrima mulierum Quo decliauit dilectus tuꝰ Et queremus eum tecum. Dilectus meus deſcēdit in hortum ſuuꝫ Ad areolam aromatū Ut ibi paſcatur in hortis Et lilia colligat. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi Qui paſcitur inter lilia.

Pulchra es amica mea et ſuauis Et decora ſicut hieruſalem Terribilis vt caſtrorū acies ordinata. Auerte oculos tuos a me Quia ipſi me auolare fecerūt. Capilli tui ſicut grex caprarum Que apparuerunt de galaad. Dētes tui ſic̄ greges ouiuꝫ Que aſcēderūt de lauacro Omnes gemellis fetibus Et ſterilis nō eſt in eis. Sicut cortex malipunici Sic gene tue abſq; occultis tuis.

Uo abijt dilectꝰ tuꝰ ⁊c̄. Hoc eſt cāticum octauum in quo ſal'on cantat deſcēſum eccl̄ie ap̄loꝝ ad p̄dicāduꝫ populo gētili. et ꝑ ꝯſ̄ cātat ꝯuerſiōꝫ populi gentilis. Jn quo cantico ſpōſus ſatiſfacit petitiōi plebis gētilis cupiētis ſociari cum plebe iudayca: et dealbari a nigredine ydolatre et recipi et introduci in cubiculuꝫ regis/ et paſci ī horto eius/et quieſcere ſub vmbra eiꝰ ꝓut dc̄m fuit: et ip̄a petiuit ī cantico p̄mo. Et iō xꝰ in hoc cantico recipit plebē gētilē et pulchrifacit et decorat eaꝫ

UVA. BHSC. IyR 068_1

# ·De octauo cantico·

ſociãdo eã ſibi ſimul cuz ꝯuerſis de pplꝰo
judayco. In quo cãtico duo ꝑncipalr̃ fa
cit. nã in prima ꝑte introducit ſpõſuz vo
cãtẽ ⁊ decorãtẽ ſpõſaz de poplꝰo gẽtili. jn
ſcd̃a v̶o introducit poplꝰm laudãtẽ ⁊ be/
atificãtẽ eãdez ſpõſaz. ibi .lx. ſunt regine
⁊c̃. Quãtũ ad ꝑmuz ẽ notãdũ ꝓut le
giꝭ act. xiij. ꝙ poſtq̃ ecclꝰia et cetꝰ aplꝰoꝝ
predicauit et annũciauit publice et cũ fi/
ducia v̶bũ dei poplꝰo judayco ꝓbando et
cõfitẽdo xp̃m eſſe v̶uz meſſiã in lege pro
miſſuz. In qua p̃dicatiõe ecclꝰia cantauit
precedẽs cãticũ ꝓut dictũ ẽ. cõmẽdando
virtutes ⁊ ꝑfectiones xp̃i. tũc lꝫ multi ju
deoꝝ fuiſſent ꝯuerſi ad xp̃z ꝑ p̃dicatiõez
aplꝰoꝝ. tñ maior pars illius poplꝰi ꝯdixit
p̃dicatiõi aplꝰoꝝ/ ⁊ negauit xp̃m: ⁊ ꝑſecu
ta ẽ ecclꝰiaz. tũc paulus ⁊ barnabas vidẽ
tes ingratitudinẽ illiꝰ poplꝰi dixerũt. Uo
bis opportebat ꝑmũ loqui v̶bũ dei. ſed
quoniã repelliſtis illud/ et indignos vos
iudicaſtis eterne vite. ecce ꝯuertimur ad
gẽtes. Sic eniz p̃cepit nob̃ dñs. Cõſtitui
te in lucẽ gẽtiuz: vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad
extremũ terre. Audiẽtes autẽ gẽtes gaui
ſe ſunt ⁊c̃. Ex quibꝰ pꝫ qualr̃ reprobatiſ
judeis inceperũt gẽtiles ꝯuerti. vt pꝫ act̃
xiij. ⁊ ꝑ totũ diſcurſuz illiꝰ libri. Et ſic xꝰ
ſpõſus ecclꝰie dr̃ declinaſſe ⁊ deſcendiſſe a
populo judayco ad populũ gẽtilẽ. ĩ quo
fecit ⁊ plãtauit hortũ ſuũ. Ex quo colle/
git plures fructus. i. plures fideles q̃ de
plebe judayca. Hoc autez p̃uidẽs ſalꝰon ĩ
ſp̃u ſumẽdo parabolã et figuraz ex joſue
qui ordinatis et ꝯſtitutis. xij. ꝑncipibꝰ et
capitaneis adeptus ẽ totã terrã ꝓmiſſio
nis. quã gẽtiles ⁊ ydolatre poſſidebant.
Ita pariter xp̃s ꝯſtituit illos. xij. aplꝰos
ꝑ quos adeptꝰ eſt totũ populũ gẽtilẽ. Et
iõ ſalꝰon in hac ꝑma parte huiꝰ cãtici can
tãdo cõuerſionẽ populi gẽtilis ĩtroducit

tres ꝯdiciões ꝑſonaꝝ ad loquẽduz. Naz
ꝑmo introducit filias hirlꝰm de ſpõſo in/
terrogãtes ꝑ quas intelligũtur minores
judei ꝑ aplꝰos conuerſi. Scd̃o introducit
ſpõſam ad q̃ſituz reſpõdẽtẽ. Tercio ĩtro
ducit ſpõſuz plebẽ gentilẽ ad fidẽ vocãtẽ
et eam decorãtez et ſibi ſociãtẽ. ſcd̃a ibi.
Dilectꝰ meꝰ deſcẽdit. tercia ibi. Pulchra
es amica mea. Quãtuz ad ꝑmuz. q̃ ĩ
ſuꝑiori cãtico ſpõſa cõmẽdauerat ſpõſuz
et explicauerat eiꝰ virtutes et ꝑfectiones
in gẽtes. iõ filie hirlꝰm. i. aĩe deuote et fi/
deles querũt ⁊ interrogãt ſpõſam dicen
tes. O pulcherrima mulieꝝ/ quo abijt di
lectus tuus: quo declinauit dilectꝰ tuus:
et queremus eũ tecũ. Iſti v̶o interrogã
tes erãt nouiter cõuerſi de judayſmo/ et
minores qui interrogabãt cetuz aplꝰoꝝ.
Qui tria dicũt. ſ. quo abijt. i. q̃re receſſit
a judeis. Et quo declinauit: q̃ recedere a
populo judayco/ ⁊ ire ad populum gen/
tilem. dclinare eſt tanq̃ a maiori ⁊ digni
ori ad minorẽ. Item ſubdunt. Quere/
mus ip̃m tecum: quia multi conuerſi ex
iudeis p̃dicabãt et populo gẽtili cũ aplꝰis
Deinde cũ dicit. Dilectꝰ meꝰ deſcẽdit
in hortũ. ⁊c̃. põiꝭ rñſio ſpõſe iuxta q̃ſitũ
Ad cuiꝰ intellectuz ẽ notandũ ꝙ delu/
bra et tẽpla gẽtiliũ in quibꝰ ꝑꝰ habitabãt
et adorabanꝭ ydola: dicebanꝭ cubilia dra
conũ ⁊ demonũ. ſed poſtea facte ſunt ec/
clꝰie xp̃i et ſcõꝝ. in quibꝰ coliꝭ et adoratur
verꝰ deꝰ tnꝰ et vnꝰ/ ⁊ offerꝭ veꝝ ſacrificiũ
eucariſtie/ et vere or̃ones et oblatiões. et
celebranꝭ diuina officia deo acceptabilia:
quibꝰ deꝰ dr̃ paſci et delectari. Et ſic gẽti
litas ꝑ fidẽ et baptiſmũ fc̃ta ẽ areola aro
matũ ſp̃ualiũ quibꝰ xꝰ dr̃ paſci. nam ſicut
xꝰ paſcit nos cibis ſp̃ualibꝰ ſacramentoꝝ
⁊ doctr̃na. Ita dr̃ a nobis paſci lilijs ⁊ ro
ſis ⁊ aromatibꝰ bonoꝝ opuz ⁊ or̃onũ. et

UVA. BHSC. IyR 068_1

vniuerſalr cultu latrie. inq̄ntuꝫ delectat̃
in nr̄is bonis opib⁹ ⁊ acceptat illa ad vi/
tam eternā. Reſpōdēs ergo ſpōſa ad q̄ſi
tuꝫ adoleſcētulaꝝ ⁊ filiaꝝ hirl̃m: q̄ñō di/
xerūt. Quo abijt ⁊ declinauit dilect⁹ tu⁹
Dicit dilect⁹ me⁹ xp̄s reprobatis judeis
incredulis. quib⁹ primū oppoꝛtebat loq̄
v̄bū dei. qꝛ indignos ſe fecerūt. ideo cō/
uerſus ad gētes deſcēdit in hoꝛtū ſuū ad
areolā aromatū. Naꝫ ex popl̃o gētili et
ex tēplis et delubꝛis eius fecit ſibi areo/
lam aromatuꝫ et hoꝛtuꝫ fructifeꝝ/eiecta
ſpurcicia ydoloꝝ: vt paſcatur in hoꝛtis
populi gētil̃s ⁊ colligat ex eo lilia. ſ. virgi
nes/⁊ martires/⁊ ꝯfeſſoꝛes/et doctoꝛes
et iuſtos vtriuſqꝫ ſexus. Et paſcat̃ ibi pa
ſtu latrie. ſ. ſacrificioꝛū et oblationum et
oꝛ̃onū. Et dr̃ xp̄s deſcēdere a ppl̃o judayco
ad gētilē tanq̄ a dignioꝛi. qui ante deū
colebat ad minus dignū qui ydola vene/
rabat̃. Sꝫ qꝛ ꝑ talē deſcēſuꝫ xp̄i ad plebē
gentileꝫ/ſicut plebs gētilis ꝯuerſa paſcit
xp̄m ꝑ latrie cultū. ita xp̄s paſcit eaꝫ pa/
bulo eccl̃iaſticoꝝ ſacramentoꝝ. et ꝑ ꝯñs
ſit mutuus paſtus. iō ſubdit. Ego dilec/
to meo. et dilect⁹ me⁹ mihi. qꝛ paſcit̃ īter
lilia. q̄ſi dicat. Ego exhibeo cultū ⁊ ſuitu
tē latrie dil̃cto ⁊ ſpōſo meo xp̄o. Et exhi
beo ſibi fideles ꝑ regenerationē. qꝛ cōti/
nue regenerat ex me filios ⁊ martires ⁊
virgines ⁊ ꝯfeſſoꝛes ⁊ iuſtos vtriuſqꝫ ſe
xus ꝑ baptiſmū ⁊ alia ſacramēta. Sꝫ ip̄e
largit̃ ⁊ exhibet mihi paſtū et pabulū ſpi
rituale. ſ. dona ſp̄s ſctī: et grāꝫ ſacramen
toꝝ in pñti: et gl̃iaꝫ ī futuro. Et ſic adin/
uicē coꝛreſpōdem⁹ nob̃: et exhibemus et
reddim⁹ vices amoꝛis. Iteꝫ ego exhibeo
dilecto cultū latrie: cui obligoꝛ ex debito
ſꝫ ip̄e gratis et lib̃e largit̃ mihi jocalia et
bona ſpōſalia ⁊ ſp̄uali in dotem. qꝛ tanq̄
ſpōſaꝫ decoꝛauit me coꝛona/⁊ copia bo/
noꝝ ſp̄ualiū mihi familiariter loquēdo.
ymo jam ſatiſfacit mihi et coꝛreſpondet
mee petitioni ⁊ deſiderio. Nā ego cū in
gēti affectu et deſiderio in pꝛimo cantico
petiui dealbari et mūdari a nigredine y/
dolatrie ⁊ ſpurcicia gētilitatis. ⁊ ſociari
cū filiab⁹ hirl̃m in eadeꝫ eccl̃ia et paſci in
vno ⁊ eodē hoꝛto ⁊ quieſcere ſub vmbꝛa
ſpōſi in meridie. ſpōſus auteꝫ jaꝫ audiuit
vocē meaꝫ et annuit votis et petitiōibus
meis. qꝛ jā familiariter loquitur mihi ꝑ
apl̃os ſuos. Et ego loquoꝛ ſibi cātando
ſalmodiaꝫ et diuina officia. qꝛ jam miſit
apl̃os ſuos ad p̄dicāduꝫ euāgeliuꝫ omni
creature ꝑ vniuerſuꝫ mūdū. Et ſic jā lo/
quitur mihi ſpōſus ⁊ audio vocē ei⁹ euā
gelicā. Et ego iā loquoꝛ illi: et reſpōdeo
ſibi ꝯfitēdo ip̄m eſſe verū deū ⁊ hoīeꝫ: et
v̄uꝫ meſſiā ī lege ꝓmiſſū. Et ſic reſpōdeo
ſibi ꝑ fidē ſpeꝫ ⁊ caritatē ⁊ cultuꝫ latrie.
Et ſic ſpōſus me⁹ paſcit̃ int̃ lilia martyꝝ
⁊ virginū ⁊ oīuꝫ iuſtoꝝ eoꝝ bona opa ⁊
cultū latrie delectabilit̃ acceptādo. De
inde cuꝫ dicit. Pulchꝛa es amica mea et
ſuauis. ⁊c. Introducit̃ ſpōſus ad loquē
dū et oꝛnandū et dotandū eccl̃iaꝫ ſpōſaꝫ
ſuā de populo gētili bonis ſp̄ualib⁹ ſicut
ante dotauerat eccl̃iam de cōuerſis ex ſy
nagoga. Ad cui⁹ intellectū ē aduerten
dū ſicut fuit dictū ī p̄mo cantico. q̄ ſicut
de⁹ eſt creatoꝛ vniuerſalis ab inicio. Ita
fact⁹ ē ex tp̄e et in tp̄e cōſtituto redēptoꝛ
vniuerſalis tam populi gētilis q̄ iſraeli/
tici. Et iō ſicut p̄riarche et ꝓphete in ꝑſo
na toti⁹ populi iſraelitici petebant xp̄m
meſſiam in lege ꝓmiſſum: vt veniret ad
oſculandū nos oſculo oꝛis ſui. et ut tra/
heret eos poſt ſe. et introduceret in cubi
culuꝫ ſuū. Ita ꝑit̃ tota plebs gētilis hoc
idē petebat et petijt ꝑ thamar et raab et
ruth: tanq̄ ꝑ ꝓcuratrices. quia om̄s ille

UVA. BHSC. IyR 068_1

petierũt xp̄m in pſona totius populi gẽtilis. inq̄ntũ deſiderarũt ſociari in populo dei. et venerũt ad fidẽ ⁊ cultũ vni⁹ dei et ſic deſiderarũt xp̄z vẽtuꝝ ſimul cũ ſucceſſoribus eoꝝ. vt dictũ fuit ibi. Et ɔ̄ſiderarũt dealbari a ſpurcicia et nigredine ⁊ ſorde ydolatrie dicẽdo. Nigra ſuz: ſꝫ formoſa ⁊c̄. Et iō ſicut ſpōſus ſatiſfecit plebi judayce ⁊ ſynagoge fideliũ p ſex cantica. q2 iã venit in carne: et oſculat⁹ eſt eaz per incarnatiões. vt patuit ĩ ſc̄do cantico et oſculat⁹ ē eã oſculo oris ſui pſonalit̄ p euãgelicã p̄dicatiões. vt patuit cãtico tercio. Et iã traxit eã p familiarẽ doctrinaz et cõuerſatõz ⁊ miraculoꝝ opationez. vt patuit cãtico q̄rto. Et iaz introduxit eaz in thalamũ ſuũ. et ornauit veſtib⁹ ſpōſalib⁹. vt patuit cãtico quinto. Et iaz pauit et refecit eã pabulo ſacramẽtoꝝ emanantiũ ex paſſione xp̄i. vt patuit cãtico ſexto Et iã eccl'ia congregata ex ɔ̄uerſis de judayſmo et ex popl'o iſrl'itico: recepit xp̄z in ſpōſuz cõmẽdãdo ⁊ cõfitẽdo eius virtutes ⁊ pfectiones ⁊ oĩpotẽtiã ⁊ magnificẽtiã. vt patuit in cãtico ſeptīo. ſ. ĩ cantico p̄cedẽti. Ita ergo pariter ĩ hoc octauo cãtico ⁊ duob⁹ ſequẽtib⁹ ſpōſus ſatiſfacit ⁊ vult ſatiſfacere votis ⁊ petitiõib⁹ plebis gẽtilis petẽtis dealbari a nigredīe ydolatrie: ⁊ ſociari cum plebe iſrl'itica ⁊ paſci cuz ea et ſimul quieſcere ſub vmbra ſpōſi. quã petitionez xp̄s adimpleuit cuz miſit apl'os ad vocãdũ ⁊ ɔ̄uertẽdũ populuz gẽtilẽ ad fidẽ euangelicã. Et ſic xp̄s p apl'os ſuos et diſcipl'os vocauit plebẽ gẽtilem in eãdẽ eccl'iaz: ⁊ dealbauit eã / ⁊ ornauit / ⁊ decorauit / ⁊ dotauit eã eiſdẽ ornamẽtis ⁊ monilib⁹ ſpōſalibus. quibus ante ornauerat eccl'iaz ex ſynagoga ɔ̄uerſam. Et ſic ex vtroqꝫ populo fc̄a ē vnica eccl'ia ⁊ ſpōſa xp̄i. Et ſic in his trib⁹ vltimis cãticis maxīe loquit̄ ſal'on de eccl'ia populi gẽtilis iam fc̄a vna et ſociata cuz judayca ſiue iſrl'itica. vt patebit. Dicit ergo xp̄s ſpōſus. O amica mea de populo gẽtili tu in principio petiſti a nigredine ydolatrie dealbari: et cũ filiab⁹ hirl'm ſociari ⁊ ſimul paſci ⁊ quieſcere. Et iō ɔ̄pleto iam miſterio redẽptionis ĩ popl'o iſraelitico: et poſtq̄ʒ illi ſatiſfeci p incarnationẽ ⁊ familiarem p̄dicationẽ ⁊ mortem ⁊ paſſionẽ: et refrectionẽ ⁊c̄. tandez volui deſcẽdere ad te. vt ſatiſfacerez votis ⁊ petitõib⁹ tuis mittẽdo tibi apl'os et diſcipulos ad p̄dicãdum. vt in pſona mei te dealbent et mundent a nigredine ydolatrie ⁊ pulchrã faciãt p baptiſmũ ⁊ alia ſacramẽta. Et nota q̄ lꝫ xp̄s vocauerit plebem gẽtilez ⁊ baptizauerit p apl'os tanq̄ʒ p miniſtros. tñ q2 p ſe ip̄z dat grãz et bona ſp̄ualia. ideo loquitur ĩ pſona ppria. Itẽ dicere xp̄z et cõmẽdare pulchritudinez plebis gentilis: idẽ eſt q̄ facere. q2 cõmẽdãdo ip̄am de pulchritudine: idẽ eſt q̄ facere ip̄am pulchrã ⁊ ip̄am decorare ornamẽtis ſpōſalib⁹ hic memoratis. Itẽ ē aduertẽduz q̄ lꝫ ſpōſus repetat ⁊ iteret ĩ hoc cãtico octauo bona ſp̄ualia et ornamenta que p̄memorauit et explicauit in quinto cãtico. tñ talis repetitio et iteratio non eſt ſupflua nec ocioſa. ſꝫ denotat duos pp'los ĩ diuerſis tp̄orib⁹ ſucceſſiue ad fidẽ ɔ̄uerſos. quos xp̄s ſub eadẽ eccl'ia ɔ̄nexit: ⁊ eiſdẽ ornamẽtis ſpōſalib⁹ decorauit. Dicit ergo xp̄s. O amica mea conuerſa de plebe gentili ego dico tibi. q̄ tu es pulchra. i. pulchrã te facio ſimul cum plebe iſrl'itica. Et tu es decora facta ſicut hirl'm. nã tu in primo cantico petiſti dealbari ⁊ decorari et ſociari filiab⁹ hirl'm Et ego dico tibi. q̄ tu es fc̄a decora ſicut hirl'm ⁊ ſibi conſociata in vnã eccl'iam et

UVA. BHSC. IyR 068_1

eiſdē oꝛnamētis ſpōſalibꝰ ðcoꝛata: poſtꝙ
recepiſti eadē eccl'iaſtica ſacramēta: qꝛ ea
dē ſeptē dona ſp̄s ſcti recepiſti. Et ad pu
gnādū ↄtra mūdū/⁊ carnē/et diabolum
eiſdē armis armata fuiſti. Et iō tu es fac
ta terribilis: ad pugnādū: ſicut vna acies
caſtroꝝ bellicoꝝ ad bellādū et pugnādū
oꝛdiata ꝓ fide euāgelica defendēda. Jteꝫ
pulchritudo tua ſūme delectat me. Auer
te ergo oculos tuos a me ⁊c. Et loquit̃
yronice: modo amātiū: ſicut ſpōſus car/
nalis qñoqꝫ dicit ſpōſe. Auerte ocl'os tu
os a me: qꝛ tātū ſūt pulchꝛi: ꝙ penetrāt
coꝛ meū et interficiūt me. Jta ergo pari
ter methafoꝛice dicit hic xp̄s. O ſponſa
mea auerte ocl'os tuos. ſ. fidei ⁊ caritatiſ
et hūilitatis. qꝛ tātū mihi placent ⁊ ſunt
grati: ꝙ me auolare fecerūt. i. vt relicto
et reprobato populo judayco incredulo
me cōpuleꝛūt: vt repēte deſcēderē ⁊ veni
rem ad te. Ad cuius intellectū eſt ad
uertēdū ſicut dictū ē in cātico quinto. ꝙ
xp̄s nō reſpexit in nob̄ iſtos ocl'os ⁊ iſta
bona tanꝙ foꝛmā efficientē: ſꝫ tanꝙ foꝛ/
mā diſponētē quā ip̄e in nob̄ impſſit. ut
nos ſibi gratos faceret. Ūñ tria genera
oculoꝝ vulnerauerūt xp̄ꝫ: ⁊ fecerūt ip̄m
auolare. vt veniret ad nos redimēdum
Primo oculi ymaginis naturalis inqn/
tū ſolū hoīeꝫ creauit ī hoc mūdo inferio
ri ad ymaginē ſuā aptū et capacē ad ſuaꝫ
b̄titudinē ꝑticipādā ⁊ capacēdā. et iō ad
uolādo deſcēdit ad redimēdā ſuā ymagi
nē qꝫ ī vtroqꝫ pp̄lo repijt. Scd̄o vulne/
rauerūt ⁊ mouerunt xp̄m oculi p̄deſtia
tiōis. nā quos pat̃ ab et̃no p̄deſtinauit:
hos filiꝰ factꝰ hō ex tp̄e vocauit: et hos
iuſtificauit ī p̄ñti: et magnificauit et gl'ifi
cauit in futuro. ad ro. ix. Tertio aũt ſunt
oculi gr̄e ꝓpt̃ quos ſumꝰ deo grati et ac/
cepti ad vitā et̃nā: et hos ð̄dit nobis gra
tis xꝰ. ip̄e eiꝫ xꝰ dedit nobis oculos fidei
cū caritate quibꝰ eū cognoſcimꝰ et diligi
mꝰ ⁊ meremur et ſumꝰ apti ad vitā et̃nā
Et iſti oculi penetrant coꝛ xp̄i et faciunt
eū aduolare ad p̄miū nobis cōferenduꝫ.
et ſic xꝰ amat qd̄ in nobis plantauit. Et
ſic pꝫ ꝙ xꝰ ante dilexit nos ꝙ̄ nos ip̄ꝫ. qꝛ
ante mundi cōſtitutionē dilexit et elegit
nos: ut eſſemꝰ ſcti. et poſtea gratificauit
nos in xp̄o filio ſuo. ad ephi. i. Et ſic pꝫ ꝙ
xꝰ dotauit ⁊ oꝛnauit eccl'iam ſpōſam ſuā
oꝛnamentis ſpōſalibꝰ: ut ſibi placeret et
amplius eam diligeret. q̄ quidē oꝛnamē
ta ſunt fides articuloꝝ et gr̄a ſacramēto
rū et robur ad obſ̃uantiā p̄ceptoꝝ et va
rietas ſtatuū et officioꝝ et dignitatū. Et
ið̄o ꝑ oculos p̄ñt et̃ intelligi doctoꝛes. ſ.
augꝰ. hieroꝰ. et ceti qui fuerunt de pp̄lo
gētili multo plures ꝙ̄ de pp̄lo iudayco.
ꝑ quos doctoꝛes tanꝙ ꝑ oculos uidet ec
cl'ia. qui quidē oculi doctoꝝ eo quia erāt
cū fide et caritate. iō xp̄m aduolare fece/
rūt. Et ſic et̃ ſubdit. Capilli tui. i. populi
ex gētibꝰ cōuerſi facti ſunt copioſi et al/
biſſimi et multiplicati ꝑ regenerationeꝫ
baptiſmalē. ſicut greges caprū q̄ appue/
rūt de galaad in magno numero. Et dē/
tes tui qui ſunt idē doctoꝛes inqntū rūi/
nant et maſticant et digerunt ſacrā ſcrip
turam facti ſunt albi et mūdi ſicut grex
ouium que aſcenderunt de lauacro pro/
ut dictū eſt ī cantico quinto: qꝛ oēs doc/
toꝛes ſunt gemellis fetibꝰ et ſterilis nō ē
ī eis. inqntū ex vtroqꝫ teſtamēto cotidie
pariūt ſacrā ſcripturā et p̄bēt eā popl'is
fideliuꝫ. Et ſic etiaꝫ gene tue q̄ ſunt bone
⁊ honeſte opatiōes coꝛā popl'o apparen
tes ſunt rubee ꝑ caritatē. ſicut coꝛtex ma
li punici abſqꝫ ocultis. Nā ſicut malum
punicū ſub vna pelle rubea cōtinet mul/
ta grana rubea ⁊ pulchꝛa. ita eccl'ia ſpō/

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſa xp̄i ſub vna pelle et tegimīe fidei et caritatis cōtinet copiā fideliū rubore et ardore caritatis ardētiū: cui⁹ lux lucet corā hoib⁹. nō vt videatur ab hoib⁹ ad ꝓpriā laudē: ſʒ vt glĩficēt dn̄ʒ qui in celis eſt. Et idō ſubdit. abſqʒ occultis: q̄i dicat. ꝙ talia opa ſunt cuʒ interiori gaudio et recta intētiōe latēte: teſtimoniū reddēdo ꝯſcia eoꝝ. Et ſic eccl̄ia ⁊ quilʒ iuſt⁹ ē pulcher ⁊ rubet caritate int⁹ et extra. qꝛ nō ad oſtētationē ꝓpriā opaꝛ̄ et exercet opa virtutū: ſʒ ad laudē dei ⁊ ꝓximi bonuʒ exēplū ⁊ vtilitatē. Hoc etiā dicit. qꝛ ī eccl̄ia multi ſunt martires latēter in corde: lʒ non martiriū receperūt publicum in carne.

**Secūda pars octaui cātici**

**Exagita ſūt regine**
**Octogīta cōcubine**
**Et adoleſcētularuʒ**
**non eſt numerus.**
**Una ē colūba mea perfecta mea Una ē matri ſue**
**Electa genitrici ſue.**
**Uiderunt eam filie ſyon**
**Beatiſſimaʒ predicauerūt**
**Regine et concubine et laudauerunt eam.**
**Que eſt iſta que progreditur quaſi aurora cōſurgens**
**Pulchra vt luna Electa vt ſol Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.**
**Deſcendi in hortum nucuʒ**
**Ut viderē poma cōualliuʒ**
**Et īſpicerē ſi floruiſſʒ vīea**
**Et germīaſſēt mala pūica.**
**Neſciui. Anima mea conturbauit me propter quadrigas aminadab.**
**Reuertere reuertere ſunamitis Reuertere reuertere vt intueamur te.**

Einde cū dicit: Sexaginta ſunt regine ⁊c. Hec ē ſcd̄a ps huius octaui cātici. Ad cui⁹ ītellectum eſt aduertēduʒ. ꝙ oēs reges terre et principes mūdi geꝛūt vices dei in regēdo qꝛ oīs poteſtas a dn̄o deo ē. Un̄ dicit diuina ſapīa ꝑ me reges regnant: ꝑ me ꝓ̄ncipes impant ⁊ decernūt iuſticiaʒ. puer. viij. Et ē dicēduʒ. ꝙ oīs hūana p̄tas eſt a deo aut ꝓ̄ceptiue. aut ꝑmiſſiue. vn̄ reges regnant ex dei voluntate ꝓ̄ceptiua. eo qꝛ ex electiōe incepūt regnare et optimis legibus regūt et diſcernūt iudicia. Et ideo ꝓpter taleʒ boneſtū ordinē dn̄andi regie poteſtates ⁊ regna: methaforice dn̄r vxores dei ⁊ regie. tyrānides autem p̄tates eo qꝛ violēter regūt ⁊ reguntꝛ̄. iō dn̄r cōcubine quaſi adulterine. qꝛ non legitime poſſidentꝛ̄ nec reguntꝛ̄. Et ſic ſal͂on hic regna et regias poteſtates mundi appellat reginas. et tyrānides appellat ꝯcubīas. et ciuitates et oppida appellat adoleſcentulas q̄ſi ancillas regū et ꝓ̄ncipuʒ. Et qꝛ plures ſunt tyranni q̄ꝫ reges legitimi in mundo: iō ponit ꝯcubinas in maiori numero. Et quia ciuitates et oppida ſunt ī m̄lto maiori numero q̄ꝫ reges ſiue regna et tyrannides: iō ponit eas ſub numero q̄ſi infinito. Sed qꝛ lʒ oīa iſta regna mūdi et ꝓ̄ncipat⁹ et tyrannides et ciuitates



UVA. BHSC. IyR 068_1

ſint plures in numero et ſint diuerſe lin
gue/et diuerſi mores. ⁊ licet ſub diuerſis
hūanis legib⁹ regātur: ⁊ viuāt tēporalr.
tñ ex omnib⁹ his et ī oīb⁹ his ſcta ē vnica
ecc̄lia ſub vno capite xp̄o ⁊ p̄ncipe cōgre
gata. Et vnico baptiſmo regenrata viuēſ
ſub vnica lege euāgelica. Et vnica grā ſa/
cramētoꝝ. Et vnica fide articuloꝝ. quia
vbiqꝫ terraꝝ vnica ē ecc̄lia ſponſa xp̄i: ſi
cut vnicus ē ſpōſus. Et h̄ ē qd ītēdit dice
re ſalon ī hoc cātico et loco ī pſona xp̄i.
vñ ait. Sexagita ſunt regie. i. regie pta/
tes. Et octogīta ↄcubie. i. tyrannides in
mūdo. Et adoleſcētulaꝝ. i. ciuitatū ⁊ op
pidoꝝ ⁊ alioꝝ poplōꝝ nō eſt numer⁹: q̄
ſunt q̄i infiniti in mūdo. Sꝫ in oīb⁹ his
vna ē columba mea. i. vnica ē ecc̄lia ſpō/
ſa mea ſimplex ⁊ innocēs ⁊ pura ſicut co
lumba. Et vnica et pfecta ē matri ſue: et
electa genitrici ſue. Ad cui⁹ intellectū
eſt notādū. ꝙ xp̄s dr̄ ſpōſus ecc̄lie inq̄n/
tū eā ſibi vniuit p grāꝫ ⁊ fideꝫ. et dr̄ filia
xp̄i inq̄ntū ip̄aꝫ regenerauit: ſꝫ q̄ xp̄s re
generauit totā ecc̄liaꝫ ⁊ regenerat conti
nue fidel̄s ex aqua et ſp̄u ſc̄to. iō ſp̄s ſc̄s
dr̄ mater ecc̄lie ſpōſe xp̄i. Et iō dr̄ colūba
et colūbina: q̄ ex ſp̄u ſc̄to regenerata. Et
dr̄ pfecta matri ſue: q̄ nō ex volūtate car
nis: nec viri: ſed ex ſolo ſp̄u ſc̄to eſt rege/
nerata ⁊ renata. Et ita etiā dr̄ electa ma
tri ſue. ſ. ſp̄ui ſc̄to. ex cui⁹ virtute et grā
dei regenerata dr̄ et renata. Et nō eſt mi
rāduꝫ. ꝙ ſalon apellet ſp̄m ſc̄tm matreꝫ
ecc̄lie: q̄ h̄ nomen ſp̄s ī caldeo ⁊ hebreo
eſt feminini generis: ſicut ī latio ē maſcu
lini generis: et ī greco neutri gnēris. vt
inquit hyerōi⁹. in ſmone de aſſumptiōe
virgīs. Intēdit ergo dicere ſpōſus. ꝙ lꝫ
multa ⁊ diuerſa ſint regna ⁊ p̄ncipatus
⁊ poteſtates in mūdo viuētes ſub diuer/
ſis legib⁹ hūanis. tñ ex oīb⁹ his et ī oīb⁹
his vnica ē ecc̄lia ſpōſa xp̄i viuēs ſub vni/
co p̄ncipe ⁊ vnica fide ⁊ caritate et vnica
lege euāgelica. Deide cū dicit. Vidrūt
eam ⁊c̄. Eſt aduertendū ꝙ poſtꝙ eccleſia
ap̄loꝝ et diſcipuloꝝ recepit ſp̄m ſc̄tm illi
co non poſt multos dies fuerunt ap̄li et
diſcipuli p diuerſas ꝓuicias ⁊ regna mū
di ad p̄dicandū euangeliū omni creature
diſpſi ꝑut eis x⁹ p̄cepat in die aſcēſionis.
Et ſic mathe⁹ ꝓuect⁹ ē in ethiopiā. et bar
tholome⁹/et thomas ad regna indoꝝ/ et
andreas apud ſithos/ et ſymon et iudas
p̄dicarunt p egiptū et caldeā/ et petr⁹ et
paulus p grecīā vſqꝫ ad ytaliā. Et ſic ſin
guli p grāꝫ ſmonū et virtutē ſp̄us ſc̄ti et
ꝑp̄t ſigna q̄ faciebāt ſuſcitādo mortuos/
⁊ ſanādo infirmos/et eiciēdo demōia:
cōuertebant multos ad fidem xp̄i. Et ſic
vnuſquiſqꝫ ap̄lus faciebat ſibi ſocietateꝫ
et exercitū fideliū cōuerſoꝝ ex gētilitate.
Tunc ergo filie ſyon. i. aīe deuote et fide
les nouit cōuerſe. et reges et p̄ncipes et
tyranni et ciuitates et ppl̄i gētiliū viden
tes ecc̄liā in ap̄lis et diſcipulis tanꝙ acie
ordinatā: ita p mundū cū ſignis et virtu
tib⁹ pgredi et pficiſci ſemp augēdo et ho
mines ad fidē cōuertēdo: tūc oēs iſte po
teſtates p̄dicauerunt ecc̄liam et xp̄ianaꝫ
religionē btiſſimā. quia in tam magnum
numerū augebat̄ et q̄ tot et tātis ſignis
et virtutib⁹ coruſcabat. ⁊ ſic p̄dicabāt eā
btiſſimā ꝑp̄t magnitudinē et excellētiaꝫ
ſpōſi: qui eam btificabat et tantū et taleꝫ
gradū exaltabat et dignificabat et tā ma
gnis donis et muneribus decorabat. Et
ſic non ſolum filie ſyon ſcilicet fideles
ſam ↄuerſi: ſꝫ etiā regine et ↄcubine. i. re
gie poteſtates et p̄ncipat⁹ et tyrannides
laudauerūt eā videntes et admirātes ſi/
gna que faciebat cōtra demones ī curan
dis infirmis. Et iō ſic admirātes et eam

UVA. BHSC. IyR 068_1

btiſſimā predicātes et laudātes dicebant Que ē iſta que ꝑgredit̄ q̄i aurora cōſ̄gēs pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtroꝝ acies ordiāta. Ad cui⁹ itel/lectū eſt notādū. ꝙ eccl'ia xp̄i i principio fuit q̄i aurora ꝯ̄ſ̄gēs. Nam ſicut aurora cōſurgēs de nocte et tenebris nondū h̄et totū lumē: ſꝫ aliq̄ntulū rutilat et ſplēdet h̄ns partē de tenebris. eo q2 adhuc ē iter tenebras: ita pariter eccleſia in p̄ncipio. q2 conſurgebat ex nocte et tenebris legis et ex nocte et tenebris ydolatrie. Ideo conuerſi de iudayſmo licet ſplenderet radiis luminis euangelici. tn̄ quia ex toto nō valebāt relinquere cerimonialia. vt pꝫ ad ro. et gala. p totū. iō eccl'ia i p̄ncipio erat q̄i aurora cōſ̄gens inq̄ntū illi pauci cōuerſi h̄itabāt inter ifideles. Sꝫ poſtea q̄n̄o eccl'ia iam fuit magis multiplicata: tūc fuit pulchra vt luna. q̄n̄o eſt plena ex radijs ſolis: q2 tūc fideles abominantes cerimonialia ⁊ ſupſtitiones ydoloꝝ. iam erāt magis purificati ⁊ firmi in lege euāgelica. Sꝫ poſtea tp̄re decij / ⁊ maximiani et diocleciani iā eccl'ia fuit electa et excellens ſicut ſol. Naꝫ ſicut ſol i meridie nō ſoluꝫ nō patit̄ tenebrā admixtā: ſꝫ etiam oīa illuminat. Ita pariter eccl'ia iaꝫ tp̄re illoꝝ impatoꝝ multiplicata nō ſolū pellebat oēꝫ tenebram tā legalē ꝙ ydolatricā: ſꝫ etiā ſplēdebat p totuꝫ orbē: q2 iam habebat doctores illminātes totū orbeꝫ ſuis p̄dicatiōib⁹ ⁊ doct'nis. ⁊ tūc ēt freq̄ntia martiꝝ: qui rigarūt ⁊ auxerūt eccl'iaꝫ ſanguīe ſuo: Et ſic eccl'ia ꝑ tūc nō ſolum fuit electa vt ſol ratiōe ſplendoris doctrine euāgelice: ſꝫ etiaꝫ fuit terribilis vt caſtroꝝ acies et falāx ordinata ad pugnanduꝫ cōtra tyrānos ⁊ infideles: ymo fuit acies ad pugnādū p doctores cōtra infideles. Et fuit terribilis acies ordiata per martires ad pugnādū ꝯtra tyrānos. Et notāter di. Que eſt iſta que ꝑgredit̄. nā eccl'ia apl'oꝝ egreſſa ē vltra limites. ſ. ex popl'o iſrl'itico ⁊ ꝑgreſſa i popl'ꝫ alienuꝫ et gentilem. quaſi dicat. que eſt iſta que cum tanta audacia et fiducia ex populo infimo et humili audet ꝑgredi armata p ppl'm gētilē ꝯ reges et p̄ncipes et deos et leges impatoꝝ ⁊ regū. Deinde cū dic̄ Deſcēdi in hortū nucuꝫ. Spōſa explicat et dat rōeꝫ ſui aduent⁹ explicando reſiſtētiam quā repijt in ppl'o gētili: ꝓpt̄ qd̄ incedit armata. Ad cui⁹ intellectū ē notandū ꝙ poſt obitū apl'oꝝ creuit aliq̄ntuluꝫ eccl'ia p vniuerſum orbē ſ̄m ꝙ aliqui impatores ꝑmittebant viuere xp̄ianos. et ſic fuerūt nouē ꝑſecutiōes in eccl'ia int̄ q̄s ꝑſecutiōes fuerūt q̄n̄oqꝫ paces ⁊ hoc a nerone vſqꝫ ad dyocleciani: ſed tunc iſurrexit q̄dā ꝑſecutio ꝯ eccl'iam maior ceteris. In q̄ ꝑſecutiōe interfecta fuerūt infinita milia martyꝝ vbi valde fuit eccl'ia ꝑturbata. ⁊ ſic eccl'ia vndiqꝫ vexabat̄ a t'b⁹ inimicis. ſ. ab impatorib⁹ ⁊ regib⁹ ydolatris ⁊ ab hereticis ⁊ hoīb⁹ carnalibus ⁊ mundanis. Et hanc turbationē et ꝑſecutionē eccl'ie memorat ſpōſa in hac ꝑte dicēs. Nō miremini ſi ſic ꝑgredior armata ſicut t'ribilis caſtroruꝫ acies ordinata. Quia deſcēdi in hortū nucū. ſ. in popl'm gētilē mihi ab et'no p̄deſtinatū et p p̄riarchas et ꝓphetas ad fidē p̄nunciatū. Deſcēdi eiꝫ vt viderē poma cōualliū. ſ. vt colligerē iuſtos p baptiſmū et fidē. Et ut inſpicerē ſi floruiſſet et fructificaſſet vinea populi gētilis germinādo fideles ⁊ ſi germinaſſent mala punica. ſ. martires ⁊ virgines et ceteri iuſti ⁊ fideles. Et nota ꝙ nux eſt genus ad oēꝫ fructū h̄ntē nucleū ſub dura teſta: et ſic etiā amigdaluꝫ et auellana di: nux. Et iō in hebreo h̄tur



UVA. BHSC. IyR 068_1

deſcēdi in hortū amigdali.ꝑ qd̄ intelligit̄
populus gentilis qui ſub teſta ydolatrie
cōtinebat ymaginē dei ⁊ magnā partem
ꝑdeſtinatoꝝ. Et iō ille hort⁹ dedit fructū
ſuū ꝑ baptiſmū tp̄e grē. Nā baptiſmus
maturauit fructū illi⁹ horti:et vuas illi⁹
vinee quē fructū apl̄i et eccl̄ia collegerūt
q̄i dicat. ego veni ad colligēdos fructus
ſuꝑdictos: ſꝫ in tali expeditiōe repij ma/
ximā reſiſtētiā. Et iō neſciui.i.dubitaui:
et timui:⁊ aīa mea turbata ē ꝓpter q̄dri/
gas bellicas et acies ꝯtrarias ipi⁹ amina
dab.i.ꝓpter exercit⁹ populi gētilis ⁊ ꝑn
cipuꝫ ⁊ regū:qui ꝑſequebātur me et tor
mētis affligebāt.intātum ꝙ xp̄iani fugie
bāt ꝑ mōtes ⁊ latibula ſpelūcaꝝ. vn̄ itā/
tū ingruit illa ꝑſecutio ꝙ btūs marcelli/
nus ex timore adoleuit ydolis incēſuꝫ de
quo ſcelere cū martirio poſtea fuit pur/
gat⁹. Eſt autē aduertēdum. ꝙ ubi nr̄a
trāſlatio hēt aīa mea turbata ē ꝓpt̄ qua/
drigas aminadab.i.popl̄i mei:in hebreo
hētur ꝓpt̄ q̄drigas aminadib.i.popl̄i ꝑn
cipātis.q̄ qd̄ l̄ra ē magiſ ꝯſona v̄itati q̄r
populus gētilis tūc dn̄abat̄ et ꝑncipabat̄
in mūdo. Et iō credit̄ ꝙ l̄ra nr̄a ē corrup
ta vicio ſcriptoꝝ. Et iō dicit eccl̄ia.ꝙ aīa
mea turbata ē ꝓpt̄ quadrigas aminadib
.i.ꝓpter exercit⁹ ⁊ ꝑſecutiōes ⁊ tormen
ta populi gētilis ꝑncipātis et dn̄antis in
mūdo.quā quidē ꝑſecutionē inter ceteros
ſeuius et atrocius exercebāt maximian⁹
⁊ dioclecian⁹. Et iō vidēs eccl̄ia plebē gē/
tileꝫ reſiſtētē predicationi euāgelice dicit
ſibi. Reuertere reuertere ſunamitis. Ad
cuius intellectū ē notādū.ꝙ popl̄us gen
tilis deſcēdebat ex noe:qui fuit verus dei
cultor.ſꝫ receſſerat a vero cultu dei ꝑ fili
os cham/et iafeth maxime in ꝯfuſiōe lin
guaꝝ in fabricatione turris babel. Et ſic
populus gētilis hītabat ⁊ laborabat tri/
plici infirmitate. Primo in ydolatria ꝑ
falſum cultū deoꝝ. Scd̄o ī falſitate doc/
trine ꝑ falſam ſuꝑſtitioneꝫ pōtificū tem
ploꝝ. Tercio hītabat et erat inuolut⁹ in
ſpurcicia et feditate carnis et alioꝝ pc̄to
rū. Et iō ſpōſa vocat ter illuꝫ popl̄uꝫ:vt
egrediat̄ ab illo triplici ergaſtulo et infir
mitate. Et reuertatur ad dominum deū
ſuuꝫ a quo per infidelitatem ante receſ/
ſerat. Iterum eſt aduertendum. ꝙ vbi
tranſlatio noſtra dicit. reuertere ſunami
tis. In hebreo dr̄ reuertere ſulamit. vn̄
ſunamitis interpretat̄ captiua ſeu lapide
a. Et ſic ꝯueniebat tūc plebi gētili q̄ erat
lapidea inq̄ntū cord̄ duro adorabat ydo
la lapidea et erat vere captiua in ꝑtate di
aboli. Sulamit aūt int̄ꝑtat̄ integra et ꝑ/
fecta. Et ſic illa plebs ante baptiſmū nō
potuit dici ītegra nc̄ ꝑfecta. ſed h̄ cōuenit
ſibi p⁹ bapm̄. Dic̄ ergo ſpōſa ad plebē gē
tilē ſibi reſiſtentē. o ſunamitis.i.captiua
et lapidea: reuertere a falſo cultu deoꝝ/
et a falſitate doc̄ne ſacerdotū gentiliuꝫ/
et a laſciuia carnali/et ſupbia/⁊ auaricia
q̄ maxie regnat in te. et ꝯuertere ad dn̄ꝫ
deū tuū:vt ītueamur te/ et baptizem⁹ et
vera et ſana doc̄na inſtruam⁹ te. Item
reuertere a falſo cultu et ꝑua doc̄na et
inmūdicia carnis ad ꝑfectionē et integri
tatē fidei euangelice. Itē reuertē a t̄plici
pc̄to.ſ.ab origiali/⁊ mortali/et veniali ī
quib⁹ laboras.q̄ quidē pc̄ta nulla lex po
teſt delere nec ſanare niſi ſola euangelica
Et ſic ex ſunamite efficieris ſulamit.i.ex
lapidea ⁊ captiua efficieris integra et ꝑ/
fecta ꝑ baptiſmū:qui quideꝫ baptiſmus
maturauit fruct⁹ horti et vuas vinee po
puli gētilis:et ꝯfregit durā teſtā nucuꝫ.
Et extraxit inde ymaginē dei et numerū
ꝑdeſtinatoꝝ qui latebat ſub teſta cerimo
nialiū ī plebe iſrl̄itica ⁊ ſub teſta lapidea

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De octauo cantico.

⁊ ydolatria ī plebe gētili. Qui quidē etiā baptiſmus ſicut ante fecerat pulchraȝ et decorauerat plebeȝ judaycam: ita poſtea decorauit plebem gētilē. Sȝ circa fundamētū huiꝰ cātici octaui dubitat̄. Nam dictū ē in tercio ⁊ q̇rto cātico ꝙ xp̄s ꝑ ſe et pſonal̄r ſoli plebi iſrl̄itice p̄dicauit. et vltra termīos iſrl̄ ad p̄dicādū ⁊ miracula faciēdū nō exiuit. Et ſolaȝ terrā iſrl̄ p̄dicādo ⁊ miracula faciendo pagrauit. vt pȝ ꝑ totū diſcurſuȝ euāgelicū. Et ī h̄ cantico octauo dictū ē ꝙ xp̄s ꝑ ſe nō deſcendit pſonal̄r ad popl̄m gētilē: ſȝ ꝑ apl̄os. Et idō q̄ritur q̄re xp̄s nō ꝑrexit illico ad popl̄m gētilē ad p̄dicādū ⁊ miracula faciendū: q2 forſan fuiſſet magis acceptꝰ.

Ad h̄ r̄ndet̄. ꝙ h̄ fecit xp̄s triplici ex cauſa ⁊ ratiōe. Primo ad maiorē ꝯfuſioneȝ populi judayci et oſtēdēdā et manifeſtandā eiꝰ durā et īgratitudīeȝ. Scđo ad maiorē laudē ppl̄i gētilis ⁊ oſtēdēdā eiꝰ obediētiā. Tercio ad vtilitatē totius generis hūani. ⁊ neceſſitatē nr̄e redēptiōis. Primū ꝓbat̄. nā ſi xp̄s priꝰ p̄dicaſſet et miracl̄a feciſſet ī ppl̄o gētili. tūc ſcribe ⁊ phariſei habuiſſent cauſā ipȝ repellēdi et excuſationē ipȝ ꝯtēnendi: ⁊ nō recipiēdi eū q2 nō erāt obligati ad recipiēdū aliquem extraneū. nec veniētē ad popl̄m gētilē in meſſiaȝ: ſȝ ſolū veniētē ad eos: et hoc ſm̄ leges ⁊ ꝓphetas. Idō voluit pſonal̄r venire ad eos. put ꝓmiſſuȝ fuerat ī lege et ꝓphetis. Et ſic manifeſtata fuit eoꝝ cecitas et ingratitudo ⁊ malicia. iō ait ſaluator. jo. xv. Si nō veniſſeȝ ⁊ eis nō locutꝰ fuiſſeȝ: ⁊ opa ī eis nō feciſſeȝ q̄ nemo aliꝰ fecit: pctȝ nō hērēt. Nūc autē nō hēnt excuſationē de pctō ſuo. Scđm ꝓbat̄. nam maxima laus et meritū ꝓuenit ppl̄o gētili: qui nō vidit xp̄m in carne p̄dicātem nec miracula facientē. tm̄ ad ſolā p̄dicacionem apl̄oꝝ recepit xp̄ȝ: qđ fuit reputatum ad magnā ꝯfuſionē judeoꝝ. put ꝓphetauerat dđ pſal̄o. xvij. Popl̄us queȝ nō cognoui ſeruiuit mihi: ī auditu auris obediuit mihi. filij alieni īueterati ſūt ⁊c̄. h̄ idē ait ſaluator mat̄. viij. Amē dico vb̄ ꝙ nō īueni tātā fidē ī iſrl̄. mlt̄i enī veniēt ab oriēte et occidēte et recūbēt cū abraaȝ yſaac et jacob in regno celoꝝ. Filij auteȝ regni mittent̄ in tenebras exteriores. Hoc idē dicit ſaluator luce. iȝ. Tertiū aūt ꝓbat̄ nā mos ⁊ inclinatio naturalis inerat gētilibꝰ deificare hoīes virtuoſos. Si eīȝ videbant in aliquo aliqđ diuinū vltra ꝯſuetudinē nat̄e: illico faciebant ſibi ſtatuā et adorabāt eū tanꝙ deū. Et iſto modo deificarūt herculē et martē et ſat̄nū ⁊ mercuriū et jouē et phebū et eſculapiū. vnde leḡr actuū. xiiij. ꝙ cū paulus p̄dicaret liſtris cū barnaba: et paulus ſanaſſet claudū ex vtō mr̄is ſue. tunc turbe clamauerūt dicētes. Dij ſimiles facti hoībꝰ deſcēderūt ad nos. ⁊ vocabant barnabā jouē Paulū vero mercuriū. qm̄ ipe erat dux vbi. Sacerdos quoqȝ jouis qui erat āte ciuitateȝ: tauros et coronas ante januas afferēs cū popl̄is volebat ſacrificare ⁊c̄. Ex quibꝰ pȝ ꝙ ſi paulū ⁊ barnabā ꝑpter ſanationē vniꝰ claudi voluerūt turbe adorare et eis tanꝙ dijs tauros ſacrificare Ergo multo magis populi gētiles deificaſſent et adoraſſent xp̄m cecos illūīātē et mortuos ſuſcitantē/et ventis īpantē. ⁊c̄. Et ſic nr̄a redēptio fuiſſet īpedita. Et iō xꝰ noluit venire ad ppl̄m gētilē qui facilit̄ ipm̄ r̄cepiſſet. ſed vēit ad ppl̄m dure ceruicis in auaricia ⁊ malicia obduratū. qui vidētē xp̄ȝ ſuis moribꝰ ꝯdicētē et ſua ſcelera deteſtātē facilit̄ ipm̄ oderūt ⁊ crucifixerūt. Et ſic nr̄a redēptio hūit locū et opportunitatē. Et hec fuit cā q̄re xꝰ non



UVA. BHSC. IyR 068_1

vēit ad p̄dicandū ꝑ ſe pplo gētili: ſ3 miſit aploſ ſuos ꝓut p̄oſ̄ in h̄ cantico octauo et ſeq̄nti. Et hec de octauo cantico.

Incipit nonum cantitum.

Uid videbis ī ſuna mite niſi choroſ ca ſtrorū Quaz pul chri ſunt greſſus tui in calci amentis filia principis.

Juncture femurū tuorum ſicut monilia Que fabrica ta ſunt manu artificis.

Umbilicus tuus crater tor natilis nūquā īdigēs poculiſ Uenter tuus ſicut aceruus tritici Uallatus lilijs.

Duo vbera tua ſicut duo hi nuli gemelli capree.

Collū tuū ſicut turris ebur nea Oculi tui ſicut piſcine in eſebon Que ſūt in porta filie multitudinis.

Naſus tuus ſicut turris li bani Que reſpicit contra damaſcum.

Caput tuū vt carmelus Et come capitis tui ſicut pur pura regis iūcta canalibꝰ.

Quā pulchra es Et quaz decora cariſſima ī delitijs.

Statura tua aſſimilata eſt palme et vbera tua botris.

Uid videbis in ſunamite: niſi choros caſtroꝝ. Hoc ē nonuz cāticū in quo ſalōn cātat ꝑfectuz ecclīe ꝯuerſe de pplo gētili. Ad cu ius ītellctū ē notādū ꝓut iā dictū ē. ꝙ ec clia de poplo gētili ſucceſſiue hūit q̄tuor ſtatꝰ. Nā p̄mo .ſ. in p̄ncipio tꝑe aploꝝ fuit q̄ſi aurora ꝯſᵹgēs: eo ꝙ pauci fuerunt ꝯuerſi. et ſic ecclia hītabat int̄ ydolatras ⁊ īfideles: ⁊ int̄ teñbras mltoꝝ īfideliū. S3 poſtea tꝑe trajani et comodij fcta eſt pulchra: vt luna. q2 ꝑ oēs ꝑtes mūdi cre uit ī maiorē numerū. S3 tꝑe philipi im peratoris iā fcta ē electa: vt ſol. q2 iā ipe philipꝰ īꝑator fcts ē xp̄ianꝰ cuz alexādra matre ſua ꝑ originē. Et iā tūc incepit ma gna copia xp̄ianoꝝ. Et iā incepit hēre ec clia copiam magnoꝝ doctoꝝ. q2 tūc fuit Origenes / ⁊ clemēs alexādrius / et dioni ſius alexandrinꝰ ⁊ plures alij: qui tanꝙ̄ ſol incepāt ſua doctrīa ⁊ ſcriptis mūdū illuſtrare. S3 tꝑe diocleciani et ꝯſtātini fcta ē ecclia terribilis vt caſtroꝝ acies or dinata. q2 tūc ecclia iā ī xp̄o roborata in cepit pugnare ꝯtra ſeuiciā imꝑatoꝝ ⁊ re gū ⁊ p̄ncipuz īfideliuz. in q̄ ꝑſecutiōe int̄ fecta ſunt multa milia martiꝝ. vt p3 ī ec cliaſtica yſtoria. Poſtea aūt ecclia pugna uit ꝯtra carnē / ⁊ mūdū / et diabolū ꝑ vir gines et anachoritas et viros perfectos ⁊ monachos. Poſtea pugnauit ꝯtra he reticos ꝑ doctores. Et ſic in ecclia appa ruerūt multi exercitꝰ pugnātes ꝯtra ini micos ecclie. Nā primo ſ̄rexit exercitus ⁊ chorus martiꝝ: ad pugnādū ꝯtra tyrā nos ⁊ impatores. Scd̄o ſ̄rexit exercitus virginū ⁊ monachoꝝ ī egipto ⁊ meſopo tania ad pugnādū ꝯtra carnē / ⁊ mūdum ⁊ diabolū. Tercio ſ̄rexit exercitꝰ docto

rū ad pugnandū ꝯtra hereticos. Sꝫ oēs
iſti exercit⁹ final'r triūpharūt de inimicis
eccl'ie. Et ſic eccl'ia de oib⁹ inimicis final'r
triūphauit. Nā p martires triūphauit
de regib⁹ et īpatorib⁹/et p virgines ꝺ car/
ne:et p monachos et heremitas de mun
do ⁊ diabolo. Et p doctores triūphauit
de hereticis. Spōſus ergo vidēs eccl'iam
ſpōſaꝫ ſuā ſic ꝑficere ⁊ pugnare ꝯtra ini
micos p diuerſos exercit⁹ bellatoꝝ dicit
Quid videbis in ſunamite.i. in eccl'ia ex
gētib⁹ cōuerſa:niſi choros.i.falanges et
exercit⁹ caſtroꝝ bellicoꝝ paratos ad pu/
gnādū ꝯtra īimicos.qͥ dicat. tota eccl'ia
eſt in pugna ꝯ inimicos fidei.et de oībus
triūphat. Deīde cū dic̄. Quā pulchri ſūt
greſſus ⁊c̄. Explicat ⁊ explicādo cōmen
dat choros ⁊ exercitus pugnatoꝝ eccl'ie.
Quatuor ergo facit. Nā p̄mo cōmē/
dat totā eccl'iā ſpōſaꝫ ſuā in vniuerſali.
Scđo ſpecial'r cōmēdat chorū ⁊ exercitū
martiꝝ. Tercio exercitū religioſoꝝ ⁊ mo
nachoꝝ. Quarto exercitū et choꝝ docto
rū. ſcđa ibi. Dixi aſcēdā in palmā. tercia
ibi. Ego dilecto meo. q̄rta ibi. Quis mi/
hi det te fratrē meū. Vn̄ ſal'on ſequit'
ordinē tēporis eccl'ie. ſm ꝙ eccl'ia ꝓceſſit
in ꝑficiēdo. Nā p̄mo ꝑfecit ī ppl'o. Se/
cūdo in martirib⁹ ſeu in copia martirū.
Tercio in copia virginuꝫ et monachoꝝ.
Quarto ī copia doctoꝝ: de quib⁹ oībus
tractat' in hoc nono cātico. Quito auteꝫ
ꝑfecit in copia impatoꝝ ⁊ regū ⁊ pōtifi
cū. et ſic fuit in ſua ꝓſpitate:de quo trac
tabit' in ſequēti ⁊ vltīo cātico. Quan
tū ergo ad primā partē hui⁹ noni cātici
eſt aduertēdū. ꝙ tota pulchritudo eccl'ie
ꝯſiſtit in ornatu virtutū et donoꝝ et grā
ſacramētoꝝ:et pulchra diſpoſitiōe mem
broꝝ.ſ. in varietate ſtatuuꝫ et graduū et
officioꝝ. Et iō ſal'on ter deſcripſit pulchri
tudinē eccl'ie ſm ꝙ xp̄s ſucceſſiue ter ipaꝫ
dotauit et decorauit p diſcurſuꝫ tēporis
Nā p̄mo deſcripſit pulchritudineꝫ eccl'ie
in ſtatu apl'oꝝ ſm ꝙ eā dotauit ⁊ decora
uit ſponſus ante ſuā paſſionē. qn̄o miſit
apl'os ad p̄dicādū in oēꝫ ciuitatē et locuꝫ
quo erat ipe ventur⁹. vt pꝫ. mat̄. x. et luce
x. Et etiā ſm ꝙ eā decorauit xp̄s ī nocte
paſſiōis p longuꝫ ſmoneꝫ. vt pꝫ. io. xiij.
vſqꝫ ad. xvij. capl'ꝫ. quā pulchritudinem
cātauit ſal'on ī quīto cātico. Scđo deco/
rauit xp̄s eccl'iaꝫ ſuā in ppl'o gētili p p̄di
cationē apl'oꝝ ī p̄ncipio. qn̄o fuit qͥ au/
rora ꝓgēs:cui cōmūicauit eadē ornamē
ta ſpūalia ⁊ dona grāꝝ: q̄ dederat eccl'ie
cōuerſe ꝺ popl'o iudayco. quā pulchritu
dinē cātauit ſal'on ī cātico p̄cedēti. Nūc
autē in hoc nono cātico cātat pulchritu/
dinē quā xp̄s dedit ſpōſe ſue in ſuo ꝑfec/
tu tpe pugne. q̄ quidē pl'chritudo cōſiſtit
in copia et varietate diuerſoꝝ ſtatuuꝫ et
graduū ⁊ dignitatū ⁊ mēbroꝝ ⁊ officio/
rū eccl'ie. qui quidē ſtatus ⁊ officia ītelli/
gunt' p mēbra officialia et ornamēta pul/
chre mulieris. q̄ quidē eccl'ia magis ꝑfe/
cit in copia et diſtinctōe graduū ⁊ mēbro
rū ⁊ officioꝝ ī plebe gētili ꝙ̄ in plebe iu/
dayca. Sꝫ ſal'on deſcribit diſpoſitionem
mēbrorū hui⁹ ſpōſe modo oppoſito. naꝫ
in quinto cātico incepit deſcribere mem
bra ſpōſe a capite ꝓcedēdo ad alia mem/
bra. Hic autē incipit a pedib⁹ ſeriatiꝫ ꝓ/
cedēdo vſqꝫ ad caput. cui⁹ ratio ē. Nam
eccl'ia de popl'o iſrl'itico incepit creſcere
a maiorib⁹ vſqꝫ ad minores. nā p̄mo fuit
vocata ⁊ electa virgo maria:que erat de
ſtirpe regia. et exīde iohānes baptiſta et
apl'i qui erāt de eadē ſtirpe ꝓ maiori pte
Et oēs iſti fuerūt p̄ncipes ⁊ maiores et
capita eccl'ie. Ex ꝯñti autē vocati ſūt mi/
nores.ſ. diſcipl'i. poſtea multi deuoti qui



UVA. BHSC. IyR 068_1

ſecuti ſunt xp̄m. Jn eccl'ia aūt de popl'o
gētili p̄mo vocati ſunt minores et popla
res et infirmi. ſed poſtea venerūt marty
res poſtea virgines ⁊ confeſſores/poſtea
doctoꝛes et pꝰea venerūt īꝑatores ⁊ r̄ges
et magni pōtifices q̄ fuerūt capita eccl'ie
et totiꝰ mundi. Et iō ſal'on deſcribēs pul
chꝛitudinē eccl'ie cōuerſe de ppl'o gentili:
incipit a pedibꝰ ſponſe qui ſunt plebei et
populares. Unde ē aduertēdū ſicut ſuꝑ
dc̄m ē: ꝙ ſicut mulier hꝫ diuerſa mēbꝛa
quibꝰ exercet oꝑatōes ſuas. Ideo ſal'on
ponit hic decē mēbꝛa huius ſpōſe per q̄ ī
telligunt̄ decēꝫ mēbꝛa ſiue ſtatus ⁊ gradꝰ
officiales eccl'ie: que ſunt pedes/femora/
vmbilicus/ vēter/vbera/collū/oculi/ na
ſus/caput/come. Vn̄ ꝑ pedes huiꝰ ſpōſe
intelligunt̄ popl'ares: quibꝰ ambulat iſta
ſpōſa. Itē crura ⁊ femoꝛa huiꝰ ſpōſe ſūt
duo ppl'i ad fidē ꝯuerſi. ſ. judaycꝰ ⁊ gēti
lis: ī quibꝰ tota eccl'ia ꝯſiſtit. Baſes aūt
auree quibꝰ ſuſtētatur tota eccl'ia ſunt fi
des ⁊ caritas. Iſti duo ppl'i ꝯuerſi ſunt
ꝯnexi ſub vna iūctura fide ⁊ cathena ca
ritatis. vmbilicus aūt huiꝰ ſpōſe ē matx
eccl'ie: vbi ꝯcipiūtur ⁊ regenerātur fide
les ꝑ baptiſmū. vēter ꝟo ē ip̄a ciuitas di
triplici muro ſepta. ſ. fide. ſpe. et carita
te. in quo vētre ⁊ ambitu ꝯtinētur oēs fi
del'es: ſicut triticū ī aceruo ⁊ oꝛreo. Duo
vbera huius ſponſe ſunt duo teſtamēta.
quoꝝ lac ſugunt fideles. vel ſūt duo ſtatꝰ
. ſ. ſacerdotū: qui p̄bēt fidelibꝰ lac grē ſa
cramētoꝝ. et ſtatꝰ doctoꝝ et p̄dicatoꝝ q̄
exhibēt lac doctrīe ſacre ſcripture ⁊ paſ
cūt fideles doctrīa et exēplo. Collū autē
huiꝰ ſpōſe ſunt p̄lati: qui tanꝗ̄ ſpecl'ato
res ponūtur ī eccl'ia ad ꝓuidēdū gladiuꝫ
veniētē cōtra eccl'iaꝫ: vt clamēt clangētes
buccina. eze. xxxiij. Oculi etiā ſunt doc
toꝛes et p̄lati: quibꝰ videt eccl'ia credēda
⁊ agēda. ſ. q̄ ſunt neceſſaria ad vitā acti
uā ⁊ ꝯtēplatiuā. Naſus etiaꝫ ſunt p̄lati
eccl'ie: qui naſo diſcretiōis diſcernūt īter
lepꝛā ⁊ lepꝛā. et ſint etiā judices qui diſ
cernūt inter iuſtū ⁊ iniuſtū tribuētes vni
cuiqꝫ qđ ſuū eſt. Caput autē eccl'ie eſt du
plex vnū p̄ncipale a quo deriuat̄ oīs vir
tus ⁊ poteſtas ī eccl'iaꝫ ⁊ iſte ē xp̄s. Et al
teꝝ dr̄ caput vicariū exercēs ⁊ gerens vi
ces xp̄i. ⁊ iſte ē ſūmus pōtifex in tota ec
cl'ia: et quilꝫ ep̄us ī ſua dioceſi. et quilibꝫ
rex ī ſuo regno quo ad tēpoꝛalia. Come
autē huiꝰ capitis ſunt oēs ppl'i fideliū de
pēdētes a capite xp̄o. vel ſūt oēs virtutes
⁊ poſtates ex xp̄o deriuate. Per ſuꝑdicta
ergo decēꝫ mēbꝛa pulchꝛe mulieris deſi
gnat ſal'on q̄i oīa officia ⁊ gradꝰ ⁊ digni
tates ⁊ ſtatꝰ eccl'ie ī comuni. Que quidē
officia ⁊ gradꝰ ⁊ dignitates maxīe vigue
rūt in eccl'ia ꝯuerſa de ppl'o gētili. Et iō
dicitur terribilis vt caſtroꝝ acies oꝛdīa
ta. nam quot dignitates et officia conti
net: tot choꝛos et exercitus caſtroꝛum
dicit̄ habere ad pugnādūꝫ ꝯtra inimicos
infideles. xꝰ ergo volēs explicare et ꝯmē
dare pulchꝛitudinē eccl'ie ſpōſe ſue ī opti
ma diſpoſitione mēbꝛoꝝ incipit a pedibꝰ
dicēs. O eccl'ia ſponſa mea filia p̄ncipis
i. ppl'i gētilis p̄cipātis in mūdo. h̄ dicit
quia ſolus ppl'us gētilis vn̄ ꝑ maioꝛi pte
eccl'ia ē egreſſa p̄cipabat̄ et dn̄abat̄ ꝑ īꝑ
atoꝛes et reges et principes. cū populus
iſraeliticꝰ ubiqꝫ fuiret. et iō appellat eaꝫ
filiā p̄cipis. Dicit ergo. Quaꝫ pulchꝛi
ſunt greſſus. i. pedes tui in calciamentis
i. ppl'i tui bn̄ inſtructi et moꝛigerati. naꝫ
ſicut calciamēta reddūt pedes honeſtos
Ita boni moꝛes decoꝛant populū. vn̄ ꝑ
greſſus pedū calciatoꝝ intelligunt̄ affec
tiōes ⁊ oꝑatiōes ꝑ bonos moꝛes directe
et oꝛdinate: qđ p̄mūꝫ q̄rit̄ et aſpicit̄ in po

UVA. BHSC. IyR 068_1

# De nono cantico.

pulo ⁊ eccleſia xp̄i. Jtē ꝑ calciamēta ītel
ligit cōſtantiā fidei et caritatis: quib⁹ cal
ciati fideles abſqʒ metu calcabāt ſuꝑ ſer
pētes et ſcorpiōes nō timētes minas ꝓn
cipū. Sʒ qꝛ iſti popl'i fideles ſunt duo ex
iudeis et gētilib⁹ ꝯuerſi ⁊ ſub vna cathe/
na ⁊ iūctura ⁊ nexu fidei ⁊ caritatis cō/
nexi ⁊ colligati. iō ſubdit. Jūcture femo
rū tuoꝝ. i. duoꝝ fideliū poploꝝ ad vnaʒ
fidē ꝯuerſoꝝ: ſunt ſicut monilia q̄ fabrica
ta ſunt manu artificis. i. iſta fides et cari
tas q̄ ꝯiūgūt iſtos pplos ſunt ſicut cathe
ne auree fabricate manu xp̄i artificis: q̄
tanꝙ lapis angularis ex duob⁹ parietib⁹
fecit vnū. et ex vtraqʒ plebe fecit vnā ec/
cl'iā fabricatā ⁊ colligatā talib⁹ monilib⁹
⁊ aureis cōpedib⁹ et vinculis caritatis et
fidei. Deīde cū dicit. vmbilic⁹ ⁊c. Cōmē
dat xp̄s eccl'iaʒ ſpōſaʒ ſuā ī fecūditate ma
tricis ad ꝯcipiēdā copiā ꝓlis. Et ꝯparat
vmbilicū. i. matricē ei⁹ ad craterē ſiue ba
cinū plenū vino: in quo nunꝙ deficit po
culū. ita ī vmbilico eccl'ie que ē illa piſcia
aque baptiſmalis ī q̄ regenerant᷑ fideles
nunꝙ deficit aqua ad baptizādū. qꝛ cōti/
nue emanat gr̄a ſacramētoꝝ ex late xp̄i.
⁊ recipit᷑ in vmbilico eccl'ie. Deīde cū di
cit. Uēter tuus. Cōparat vētrē eccl'ie ad
orreū cōtinēs aceruū tritici ī quo cōtinē
tur īfinita grana tritici. ita ī vtero eccl'ie
cōtinet᷑ infinita ml'titudo fideliū. iō dicit
O ſpōſa vēter tuus ē ſicut aceru⁹ tritici ī
orreo. i. ſicut orreū ꝯtinēs aceruū tritici
. i. ē copioſus ⁊ fecūdus ī ml'titudīe ꝓlis
⁊ filioꝝ. Et iſte vēter tuus nō ē vallatus
adulterino cōmercio: ſʒ caſtiſſimo cōnu/
bio: qꝛ ē vallat⁹ lilijs et ſeptus roſis caſti
tatis ⁊ fidei. qꝛ iſti filij eccl'ie nō ex volun
tate carnis. nec ex volūtate viri: ſʒ ex aq̄
et ſp̄u ſc̄to ſunt regenerati: et ex deo nati
ſūt. Jtē duo vbera tua ſicut duo hynnuli
gemelli capree. i. duo ſtat⁹. ſ. ſacerdotū ⁊
p̄dicatoꝝ ex quib⁹ filij ſugūt lac ſacramē
toꝝ ⁊ doctrīe ſcripturaꝝ ſunt pulchra ⁊
plena ſicut vbera capree: q̄ duo hynnuli
gemelli ſugūt: q̄ſi dicat. ꝙ ſic duo hīnuli
gemelli ſugūt vbera matris ⁊ nutriunt᷑:
ita duo populi gemelli ex iudeis ⁊ gētili/
b⁹ ꝯuerſi ſugūt vbera matris eccl'ie: que
ſunt plena lacte ſacramētoꝝ doctrīe ⁊ ī/
tellīgētie ſacre ſcripture. q̄ſi dicat. ſic duo
vba cap̄e copioſe nutriūt duos gemellos
ita vba eccl'ie copioſiſſime nutriūt duos
iſtos populos ad vnam fidē cōuerſos: ⁊
hoc ex copia lactis ſacramētoꝝ et fidi ar
ticuloꝝ ⁊ duoꝝ teſtamētoꝝ. q̄ diſpēſāt ꝑ
ſacerdotes et p̄dicatores. Deinde cū dic
Collū tuū ⁊c. cōparat collū eccl'ie ad tur
riʒ eburneā fortiſſimā ⁊ candidā. Et iſti
ſunt milites et īꝑatores et reges et ꝓnci/
pes xp̄ianoꝝ qui eleuati ſuꝑ corp⁹ eccl'ie
defendūt eā armis tēporalib⁹. Jtē collū
eccl'ie ſunt p̄lati qui ponunt᷑ tanꝙ ſpecu/
latores ſuꝑ turriʒ ut ꝓuideant inimicos
veniētes ꝯ eccl'iā. vn̄ ſicut ſuꝑ collū hoīs
q̄ ē fris ei⁹ ponunt᷑ tres ſpeculatores. ſ.
oculi ad vidēdū/ et naſus ad diſcernēduʒ/
et voluntas tanꝙ caput ad eligēdū et eli
ciēdū op̄atiōes ⁊ impandū. ita parit᷑ ſuꝑ
turrī eccl'ie ponunt᷑ p̄lati tanꝙ ſpeculato
res. vt ꝑ ſciaʒ ſacre ſcript᷑e videant tanꝙ
ꝑ oculos et ꝑ dona grāꝝ diſcernāt tanꝙ
ꝑ naſum/ et ꝑ ꝑtātē eccl'iaſticā eligant et ī
perēt tanꝙ ꝑ caput. ymo tanꝙ capita ec
cl'ie. Jdeo dicit ſpōſus. o ſpōſa: collū tuū
ſ. p̄lati et ꝓncipes ē rectū et altū et albiſſi
mū et fortiſſimū ſicut turris eburnea. ſ.
rectū ꝑ iuſtitiā/ altū ī dignitate et ad ꝓui
dēdū/ albū in puritate/ fortiſſimū ad defē
dēdos fideles. Jtē oculi tui qui ſunt p̄la
ti ꝑ ſciaʒ ſacre ſcripture et obligant᷑ iui/
gilare ſuꝑ pplm et ꝓuidere ne veniat gla

UVA. BHSC. IyR 068_1

dius inimicoꝝ nō ſolū pctoꝝ ſʒ et īfidliū et hereticorū: ſunt clari ſicut due piſcine fontales q̄ ſunt in eſebon in t̄ra baſan vltra jordanē. q̄ ſunt in porta filie multitudinis. Vn̄ ē aduertēdū ad lr̄aʒ ꝙ ī porta eſebon erant due piſcine fontales plene aqua clariſſima et trāſparēti ꝑpt̄ eiꝰ mūdiciā. ad q̄s piſcinas cōueniebat cōtinue multitudo mulieꝝ ex partibꝰ ⁊ ppl'is circūſtātibꝰ ad hauriēdā aquā ꝑpter eiꝰ ſalubritatē et claritatē. et iō eſebon dicebatur filia multitudīs: nō ſolū ꝑpt̄ copiaʒ ppl'i quā ī ſe cōtinebat. ſʒ etiā ꝑpt̄ mltitudinē mulieꝝ: q̄ ad hauriēdā aquā ex cōfinibꝰ cōcurrebāt. Et iō dicit. ꝙ duo ocl'i eccl'ie ſunt clari: et trāſparētes ad penetrāda miſteria ſacre ſcripture: et ad ꝓuidēda mala futura: ſicut ſunt ille due piſcine eſebō. Itē eſebon dr̄ etiā filia mltitudinis inq̄ntū ex ea veniebat mltitudo ciboꝝ ⁊ arietū. ⁊ victualiū ī t̄rā ꝑmiſſiōis vt dr̄. deuto. xxxij. c. vt ſugeret mel de petra: oleūqʒ de ſaxo duriſſimo. butiruʒ de armēto: et lac de ouibꝰ. et adipē de armēto arietū filioꝝ baſan ⁊c̄. Sufficit ꝙ per ocl'os intelligit doctores qui penetrāt ⁊ ſpeculātur miſteria ſacre ſcripture ⁊ ꝑlatos qui vigilāt ſup̱ gregē xp̄i. Itē ſubdit. Naſus tuus ſicut turris libani. Ad cuius intellectū ē notādū. ꝙ ſicut doctores ⁊ ꝑlati et ſacerdotes dñr ocl'i inq̄ntū ꝑ eos videt eccl'ia. Ita etiā dñr naſus inq̄ntū ꝑ eos diſcernit: nā ſicut naſus. i. olfatus diſcernit īter odores ꝯuenientes ⁊ diſcōueniētes et bonos ⁊ malos. ita ꝑlati ⁊ ſacerdotes ⁊ ſcribe docti tenētur diſcernere īter leprā ⁊ leprā pctī: vt poſſint ꝯueniētē medelā adhibere. Tenent̄ diſcernere īter verā ⁊ falſaʒ doctrīaʒ: ne heretici inficiāt eccl'iaʒ. iō ꝑlati et ſacerdotes ponunt̄ ſpeculatores ſup̄ gregē eccl'ie ad ꝓcauēduʒ mala futura. vn̄ ē aduertēdum ꝙ inter mōtē libani ⁊ hermō ē introitus a t̄ra ꝑmiſſiōis in Emach ⁊ cāpuʒ damaſcenū. vbi rex tyri cōceſſit ſal'oni partem terre. vbi edificauit altaʒ turrim ſal'on. vbi poſuit ꝯtinuos ſpeculatores. q̄ quidē turris reſpicit cōtra damaſcū. Et ſimilr̄ ſal'on edificauit cōplures alias turres ꝑ mōtes eminētes terre ꝑmiſſiōis. et ideo ſpeculatores qui erāt poſiti in turri que reſpicit ꝯtra damaſcuʒ: videtes gētes armoꝝ veniētes ex damaſco. et itrātes per introytū emach: illico facibat ſignuʒ cui reſpōdebāt ꝑ ordinē oēs alie turres. Et ſic ī paruo ſpacio tp̄is aduētꝰ inimicoꝝ ſciebat̄ in hir'lʒ ⁊ ꝑ totā terrā ꝑmiſſiōis Et ſic oēs ſe ꝑparabāt ad cauēdas inſidias inimicoꝝ et ad reſiſtēduʒ eis. ita ergo parit̄ eccl'ia q̄ eſt q̄dā alta turris q̄ reſpicit ꝯtra damaſcū. i. ꝯtra hoīes ſanguineos et terrenos et peccatores poſuit ſup̄ ſe prelatos ⁊ ſacerdotes tanq̄ ſpeclatores: vt diſcernāt int̄ catholicos ⁊ īfidel'os et hereticos et int̄ lepram et leprā pctī: et auiſent ſimplices vt caueant pctā et hereſes et ſciſmata. Et ita augꝰ epꝰ yponēſis tanq̄ bonꝰ ſpeculator exiſtēs ſup̄ turrim q̄ reſpicit ꝯ damaſcū. ſ. ſup̄ culmen ⁊ apicē ep̄alis dignitatis: q̄no ꝓſenſit julianuʒ miſcētē venenū ⁊ fermētū pellagianū int̄ bonā maſſam eccl'ie: illico cōgregauit cōciliū oīuʒ ep̄oꝝ numidie: ⁊ ꝺclarauit doct̄nā pellagianoꝝ eſſe hereticā et peſtiferā Et ſup̄ hoc ſcripſit ep̄laʒ ad innocentiuʒ papā ut inuigilaret ſup̄ gregē ſuū et auiſaret totaʒ europā. Et ita parit̄ ſcripſit oibꝰ ep̄is affricāis et orietalibꝰ. Et vt magis eradicaret et eliminaret illō peſtifeꝝ venenū. ſcripſit libros ꝺ baptiſmo puulorū. ⁊ de natura ⁊ gr̄a. ⁊ yponoſticō. ⁊ libros ꝯ julianū ⁊ complura alia volumia

UVA. BHSC. IyR 068_1

ꝫ illaꝫ sectã. Et ita parit fecit bt̃s hiero⁹ ⁊ athanasi⁹ / ⁊ ylarius / ⁊ ceteri sacri doctores ⁊ p̃lati cõtra sectã arrianã. ⁊ alias pestiferas sectas. Et iõ dr̃ ꝙ nasus eccl̃ie est sicut turris libani q̃ respicit ꝫ damascũ. Nã sicut liban⁹ q̃ ẽ candid⁹ ⁊ mũdus respicit ꝫ damascuꝫ quod interpretatur sanguine⁹. ita parit turris eccl̃ie respicit et ĩuigilat ꝫ sãguineos ⁊ hereticos ⁊ peccatores vt eos arceat ab eccl̃ia. Deinde cũ dicit. Caput tuũ. vt carmellus. Cõparat caput. i. prelatos eccl̃ie ad mõtẽ carmeli qui ẽ altior mõs in terra ꝓmissiõis post libanũ. vñ sicut p libanum ĩtelligit x⁹ qui ẽ caput ꝑncipale ip̃i⁹ eccl̃ie. ita per carmelũ ĩtelligit Papa qui ẽ caput vicariũ gerẽs vices ip̃i⁹ xp̃i. vñ carmel⁹ ĩterpretatur cognoscẽs siue scia circũcisiõis p qᵭ designat papa et oẽs p̃lati: qui non solũ debẽt cognoscere ⁊ distinguere inter leprã et leprã pc̃ti et heretice prauitatis. Sꝫ etiã debẽt circũcidere ⁊ elimiare omne pc̃m ab ouib⁹ suis ⁊ oẽꝫ hereticã prauitatẽ ab eccl̃ia. Et iõ dicit. Caput tuũ. i. Papa ⁊ oẽs p̃lati qui capita eccl̃ie sũt alti. et eminẽtes et ꝓspiciẽtes vt carmelus et scindẽtes omne pc̃m: et oẽꝫ heresiꝫ et falsaꝫ doctriaꝫ ab eccl̃ia. Et etiã p caput eccl̃ie ꝑmo ⁊ ꝑncipal̃r ĩtelligĩ xp̃s a quo deriuãt oĩa bona sp̃ualia et oĩs virt⁹ et gr̃a ⁊ p̃tas ĩ eccl̃iaꝫ. iõ sequit. Come capitis tui sicut purpura regis. Nã sicut come descẽdũt a capite supra totũ corp⁹. ita oẽs p̃tates p̃latoꝝ ⁊ ĩpatoꝝ ⁊ regũ descẽdũt ⁊ pcedũt ⁊ deriuant a xp̃o sup eccl̃iam. Et sic oẽs p̃lati ⁊ impatores dñr come capitis eccl̃ie qui ẽ xp̃s. Et dñr etiam purpura regis xp̃i. q2 potestatẽ ⁊ auctoritatẽ xp̃i induũtur p̃lati ⁊ reges ad regẽdã eccl̃iaꝫ ⁊ xp̃ianã religioneꝫ. Et dr̃ ista purpura regis iũcta siue vincta. i. tincta canalib⁹. Nã sicut purpura tingit ⁊ rubricat tinctura ⁊ colore coccineo ĩ canalib⁹ fictilib⁹. ita vestis hũanitatis xp̃i primo fuit tincta sanguĩe passiõis. deĩde ex illa veste hũanitatis p vulnera tanꝙ p canales decurrit et fuit deriuatus sanguis xp̃i in totã eccl̃iam. vñ virt⁹ sacramẽtoꝝ rubricata sanguĩe xp̃i deriuata fuit p vulnera tanꝙ p canales in eccl̃iaꝫ. Itẽ p eãdeꝫ rõꝫ deriuata fuit eccl̃iastica p̃tas ĩ ap̃los: ⁊ per ap̃los tanꝙ p canales deriuata ẽ eadẽ p̃tas ĩ oẽs successores. Et ista ẽ illa vestis purpurea sanguĩe xp̃i rubricata: q̃ vestit ⁊ ornat ⁊ decorat totã eccl̃iaꝫ Et sic ergo oẽs prelati ⁊ reges dñr come capitis xp̃i ĩduti veste purpurea regie potestatis xp̃i. Iteꝝ ẽ aduertẽdũ ꝙ capilli ⁊ come idẽ sũt: ſꝫ solũ differũt ĩ respectu. dñr eniꝫ capilli ĩnq̃ntũ diriuãtur ⁊ pcedũt ⁊ depẽdent a capite. Sꝫ dñr come ĩnq̃ntũ ornãt ⁊ decorant caput ⁊ faciẽ et totũ corp⁹ mulieris. Et iõ reputat decẽs et honestũ vt mulier nutriat comã. p̃. ad cori. xj. Et iõ ĩnq̃ntũ capilli pcedũt ⁊ dependẽt a capite nõ solũ p̃lati: ſꝫ etiã tot⁹ pp̃lus xp̃ian⁹ dñr capilli ⁊ coma xp̃i. q2 oẽs depẽdem⁹ et trahim⁹ origĩeꝫ sp̃ualeꝫ a xp̃o tanꝙ a capite. Et sic om̃s dicimur xp̃iani. p eãdẽ rõeꝫ oẽs xp̃iani dñr come capitis xp̃i rubricate suo sanguĩe p eccl̃iastica sacramẽta: ſꝫ q2 martires magis rubent sanguĩe xp̃i ꝙ ceteri. iõ magis merẽtur dici come ⁊ purpura xp̃i tincta canalib⁹. Nã nõ solũ rubẽt sanguĩe xp̃i p eccl̃iastica sacramẽta: sicut ceteri oẽs xp̃iani. ſꝫ speciali modo rubẽt sanguĩe xp̃i: q2 ip̃m real̃r secuti sunt p martiriũ: ⁊ lauerũt stolas suas ĩ sanguine suo. vt inquit aug⁹. sup apocalipsiꝫ. Et iõ martires tenẽt sup̃muꝫ locũ in eccl̃ia. Quinqꝫ ergo genera capilloꝝ depẽdẽt a nr̃o capite xp̃o

UVA. BHSC. IyR 068_1

et deriuãtur in ecclia3 ſpõſa3 ſuã: ⁊ deco
rãt eam. nam pmo deriuaꝛ oĩs grã ⁊ vir
tus ſacramẽtoꝝ et deriuantur oĩa dona
graꝝ ⁊ meritoꝝ. Scdo deriuanꝛ oẽs fide
les ꝑ grãm ſacramẽtoꝝ regenerati. Ter
cio deriuaꝛ oĩs eccliaſtica ptas ĩ oẽs pla
tos ⁊ ſacerdotes ad diſpẽſandã grãm ſa
cramẽtoꝝ ⁊ oẽ3 iuriſdictione3. et ex ꝓnti
a xp̃o deriuãtur oẽs prelati hñtes talem
poteſtatem. Quarto ꝑ eãde3 rõe3 a xp̃o
deriuãꝛ oẽs pncipes ſeculares ꝑ ſeclare3
ptate3: q2 oĩs ptas a dño deo eſt. Et oĩs
ptas fuit tradita xp̃o a pr̃e ĩ celo ⁊ in ꝛra
mat. xxviij. Quĩto autẽ ⁊ ſpeciali modo
deriuãtur martires ⁊ virgĩes. eo ꝙ imi
tati ſũt xp̃3 ĩ morte ſua: ⁊ ſequũtur agnũ
quocũq3 ierit. Oĩa ergo iſta quinq3 gene
ra capilloꝝ faciũt vnã comã ſanguĩe xp̃i
rubricatã ⁊ purpuratã a xp̃o capite pce
dẽte3: et in totã eccliã3 ſpõſa3 ei⁹ deriua
tã ipa3 ornãte3 ⁊ decorãte3: q̃ nõ ſolũ dr̃
coma: ſ3 et purpura regis iũcta canalib⁹
vulneꝝ xp̃i: a quib⁹ tingiꝛ ⁊ purpuraꝛ. q̃
quidẽ purpura totã eccliam ornat et de
corat: de q̃ dr̃ pſalo. xliiij. Aſtitit regĩa a
dextris tuis ĩ veſtitu deaurato circũdata
varietate. Poſtq̃ ergo xp̃s lauit eccliam
ſpõſa3 ſuã ĩ canalib⁹ ſue paſſiõis: ⁊ orna
uit eã ⁊ decorauit purpura regia ſuo ſan
guĩe rubricata. ⁊ ꝑ ꝓñs reddidit ipa3 pul
chrã nõ hñtẽ rugã neq3 maculã: ſ3 oib⁹
ſupdictis bonis ornatã: et optimo ordĩe
mẽbroꝝ ⁊ officioꝝ diſpoſitã volẽs eã cõ
mẽdare dicit. O cariſſima ſpõſa quã ego
caro pcio mei ſanguinis redemi ⁊ laui ⁊
ornaui: q̃ pulchra es ĩ diſpoſitiõe mẽbro
rũ ⁊ graduũ varietate ⁊ dignitatu3: ⁊ q̃
decora es in ornatu virtutũ ⁊ graꝝ. et ꝑ
ꝓñs q̃ btã es in delicijs ſpũalib⁹ quibus
gaudes ⁊ letaris cũ tuo ſpõſo. S3 q2 iſta
ecclia ſpõſa xp̃i ꝑ talia bona ſibi a ſpõſo
collata fuit eleuata ⁊ exaltata ſuꝑ oẽs hu
manã facultate3. ⁊ eminet ſuꝑ oẽs alias
natiões: ſicut palma ſuꝑ oẽs alias arbo
res. Nam ſicut palma ſuperat omnes
alias arbores in rectitudine et altitudine
et fructu. ideo ꝓpter eius altitudinem
et eminẽtiam quia vr̃ celu3 attingere: daꝛ
victorib⁹ ĩ ſignũ triũphi. Ita ergo ecclia
ſiue xp̃iana religio excedit e ſupat oẽs ali
as religiões ĩ rectitudine veritatis. quia
ſola ipa cõtinet veritatẽ colẽdo vnũ veꝝ
deũ ꝛnũ et vnu3 incarnatũ in filio ⁊c. Et
ſic cõtinet rectã veritatẽ in cultu latrie ⁊
ipa ſupat alias natiões in altitudĩe digni
tatis quia celũ attingit. nam licet pegri
namur in hoc ſeculo: tñ cõuerſatio nr̃a ĩ
celis ẽ. q2 nõ ſum⁹ hoſpites et aduene. ſi
cut hoĩes ꝛrei et cetere natiões. ſed ſum⁹
ia3 ciues ſcõꝝ et domeſtici dei nũc ꝑ graꝝ
et in futuro ꝑ gl̃iam. Et ſic ecclia in alti
tudine dignitatis et cõuerſatiõis iã attin
git celũ. It ecclia ẽ ſimilis palme et nobi
lior cetis religiõib⁹ in dulcedine et pfecti
one fruct⁹. nã nulla alia ꝛligio facit fruc
t⁹ meritorios niſi ſola xp̃iana nec colligit
fruct⁹ grẽ et gl̃ie niſi ſola iſta. nec ex alia
religione de⁹ colligit fruct⁹ ſibi acceptos
niſi ex ſola iſta. nã ex iſta collegit pmo il
lũ fructũ ſibi ſapidũ et ſuauẽ ſuꝑ oẽs fru
ctus. ſ. virginẽ mariam matrẽ ſuã. et ex
iſta arbore collegit iohannẽ baptiſtam et
oẽs aplos et diſciplos/ et p⁹ea martires
et virgines et doctores et cõfeſſores. Et
iõ dicit ſpõſus. o ſponſa cariſſima q̃ pul
chra es et q̃ decora in delitijs et fructib⁹
ſpũalib⁹. nã ſtatura tua ⁊ altitudo digni
tatis aſſimilata ẽ palme q̃ ſupeminet oẽs
alias arbores in rectitudine ⁊ altitudine
et dulcedine et pfectiõe fruct⁹. Sicut ſta
tura ẽ aſſimilata palme: Ita vba tua ſũt
aſſimilata botris ſiue vuis et racemis ip

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſiꝰ palme. nā ſicut fructꝰ palme qui ſunt
datili excedūt oēs alios fructꝰ ī ſuaui dul
cedie: ita vba eccľie ſiue dulcedo et ſapoꝛ
lactis vberꝫ eccľie excedit oēs alios ſapo
res qđ quidē lac vberꝫ eccľie eſt lac grē ſa
cramētoꝫ et fidei articuloꝫ et obſuātie
pceptoꝫ. Et dr̄ etiā lac duoꝫ teſtamēto/
ruꝫ. qđ ſupat oēs alios liquores ⁊ ſapo/
res. Sꝫ eſt vlterius valde aduertēduꝫ
ꝙ lꝫ oīa hec ſupdicta ſint bene et catholi
ce dicta quo ad expoſitionē vltioꝛ ꝟſuū
tñ ſalon maiꝰ ſacramētū vult etiā nb̄ de/
tegere. Ad cuiꝰ intellectū ē notādū. ꝙ a/
pud oēs nationes et religiōes palma de/
notat ⁊ deſignat victoriā. et iō palma da
bať victoribus ī ſignuꝫ triūphi: et ſic ar/
boꝛ palme dr̄ arboꝛ victorie: vt dictū eſt.
Sꝫ qꝛ ī nulla alia arbore adeptꝰ fuit tātꝰ
triūphus. nec tāta victoria qntā ⁊ qualē
adeptꝰ ē xp̄s in cruce cōtra mūdū et dia/
boluꝫ: qꝛ ibi triūphauit de diabľo ⁊ moꝛ
te: ⁊ recupauit pdā de ptate diaboli. idō
bene merito cōiter in ſacra ſcriptura per
palmā intelligiť arboꝛ crucis: q̄ ē arboꝛ
ſumme victorie. Et nō ſolū dr̄ arboꝛ triū
phalis rōe pſate victorie: ſꝫ dr̄ arboꝛ fruc
tifera aſſimilata palme rōe copie fructu
uꝫ diuerſoꝫ. Nā oīa bona ī toto iſto cā/
tico ſup memorata/ ⁊ oēs fructꝰ ſpūales
ſupdicti fuerūt germīati ⁊ collecti ex ar
bore crucis. Et ſic crux fuit illa arboꝛ q̄
cū xp̄o ſupdictos fructꝰ germinauit. idō
xp̄s vt deducat ſpōſaꝫ ſuaꝫ ad amorē ſue
paſſiōis et ad deuotionē ⁊ ↄtēplationē ⁊
venerationeꝫ crucis: ex qua xp̄s collegit
oīa bona illa ⁊ cōicauit eccleſie dicit. O
ſpōſa mea p vnionē: ⁊ cariſſima p redēp
tiōē ⁊ pciū mei ſāguīs quo te redemi mľ
tū mihi obligaris: qꝛ tota tua plcħritudo
et copia bonoꝫ qbꝰ te ditaui et decoraui
pcedit ex mea paſſione. Et iō ſtaťa et al/
titudo tua aſſimilata eſt palme. i. arboꝛi
crucis fructifere: ex q̄ collegi oīa bona q̄
tibi cōceſſi. et eē te feci altā et fructiferaꝫ
ſicut arborē palme. i. ſicut arborē crucis
Nā ſicut tunc germinauit oēs fructꝰ re/
dēptionis et ſalutis p paſſionē meā. Ita
tu aſſidue germīas eoſdē fructꝰ p eccľiaſti
ca ſacramēta ⁊ cōmunicas oībus fideli/
bus. quaſi dicat eoſdē fructus quos ego
ex mea paſſiōe in cruce collegi: eoſdeꝫ tu
diſpēſas p eccľiaſtica ſacramēta. Idō ſta
tura tua et dignitas aſſimilata ē palme.
Ex iſta ergo arbore palme o ſpōſa cariſſi
ma dedi tibi pedes rectos ad recte p hūc
mundū ambulādū: et bene calciatos: ne
ſpine et vepres tibi nocerēt ī tua pegrīa/
tione. Et dedi tibi femora fortiſſima ad
totū corpus eccľie ſuſtinēdū. Et dedi tibi
vmbilicū fecūdū ad fideles cōcipiēdos et
regenerādos. Et dedi tibi vētrem plenū
tritico ſacramētoꝫ ad eos nutriēdos. Et
dedi tibi duo vbera grē ſacramētoꝫ: ⁊ fi
dei articľoꝫ et duoꝫ ſacramētoꝫ ad eos
potādos. Et dedi tibi collū ſup oēs alias
natiōes ſurſuꝫ eleuatū ad celū attingēdū
Et dedi tibi oculos ad miſteria pfunda
penetrāda: et naſuꝫ ad inter bona et ma
la diſcernēdū: et caput ad iudicandū. Et
dedi tibi comas ſanguīe meo rubricatas
ad tui decorē ⁊ ornatū. q̄ bona oīa adep
tus ſum ⁊ collegi ex arbore crucis ī mea
paſſiōe: et cōicaui tibi. Ex quo pꝫ. ꝙ ſta/
tura tua aſſimilata ē palme ⁊ arboꝛi cru
cis. qꝛ oīa bona q̄ habes inde collegiſti.

Secūda pars huius noni cantici.

**Ixi Aſcendaꝫ in palmaꝫ Et appre hēdaꝫ fructꝰ eius. Et erunt vbera tua ſicut bo**

UVA. BHSC. IyR 068_1

tri vinee Et odores tui ſicut odor malorum Guttur tuũ ſicut vinum optimum·
Dignum dilecto meo ad potandũ Labijſqꝫ et dentibus illius ad ruminandum·
Ego dilecto meo et ad me conuerſio eius·
Ueni dilecte mi Egrediamur in agrum Commoremur in villis·
Mane ſurgamꝰ ad uineas Uideamus ſi floruit uinea Si flos fructus perturiũt Si floruerũt mala punica·
Ibi dabo tibi ubera mea·
Mandragore dederũt odorem in portis noſtris·
Omnia poma noua et uetera ſeruaui tibi dilecte mi·

Einde cuꝫ dicit·Dixi:aſcēdã in palmã ⁊c̄·Exequit̄ ſal'on ſc̄daꝫ partē huiꝰ cãtici:in quo ĩtroducit eccl'iaꝫ ſpõſaꝫ xp̄i ad loquēdũ ⁊ reddēduꝫ vices amoris ſponſo ſuo· Ad cuiꝰ intellectũ ē notãtũ· ꝙ poſtq̄ ſpõſa audiuit a ſpõſo oĩa ſupͦdicta ⁊ cognouit amoreꝫ ſuũ erga eã· qꝛ diſpoſuerat ip̄aꝫ ĩ taꝫ optĩa diſpoſitiõe mēbroꝝ:⁊ decorauerat et ornauerat ip̄aꝫ tot et tãtis ornamētis et ditauerat eaꝫ taꝫ magnis ⁊ p̄cioſis bonis:et armauerat eã tã fortibꝰ armis ad pugnãdũ ꝯtra oēs inimicos:et dixerat vltimo· ꝙ oĩa bona collegerat ex arbore crucis· iõ aſſimilauerat eã arbori palme ĩ rectitudĩe et altitudĩe et vtilitate fructꝰ Et iõ ſpõſa nõ ingrata:ſꝫ auida ad reddēdũ vices amoris ꝓ tãtis bonis receptis reſpõdēdo ſpõſo ait· O ſpõſe tu dicis·ꝙ ſtatura mea aſſimilata ē palme: et ꝙ oĩa bona deſcēderũt ab arbore palme.ſ. crucis triũphalis·Ideo volēs te imitari ſequēdo te ꝑ crucem ⁊ martiriũ·ego dixi· Aſcēdã in palmã.i.deliberãdo dixi ⁊ ꝓpoſui aſcēdere in palmã martirij.i.tollere crucē ⁊ ſequi te· et hoc dixi et ꝓpoſui in crucē aſcēdere:vt app̄hēdaꝫ fructꝰ eiꝰ· Unde poſtq̄ tu dediſti mihi arma ad pugnãdũ.ſ.fidē ⁊ caritateꝫ et dona ſp̄s ſc̄ti volo illa exercere ꝯtra diabolũ ⁊ tyrannos ⁊ hereticos· Iteꝝ ē notãdũ·ꝙ ꝑ palmã ad quã aſcēdit eccl'ia ſpõſa xp̄i intelligit̄ cãpus pugne et victorie· vñ ſicut xp̄s aſcendit in crucē ad pugnãduꝫ ꝓ nobis ꝯtra diabolũ ex qua arbore collegit fructus nr̄e redēptiõis ⁊ ſalutis·ita eccl'ia aſcēdit in palmã.i.in cãpuꝫ victorie ⁊ pugne ad pugnãdũ ꝯtra tyrãnos ⁊ infideles ꝓ fide xp̄i·⁊ ꝯtra carnē ⁊ mũdũ ⁊ ꝯ̄ hereticos·Et ideo fc̄ti ſunt q̄tuor exercitꝰ qui aſcēderũt ĩ palmã ad pugnãdũ·Nã p̄mo aſcēdit chorus ſiue exercitꝰ martiꝝ ad pugnãdũ ꝯ̄ p̄ncipes ⁊ tyrãnos ⁊ infideles·Sc̄do aſcēdit exercitꝰ virginũ ⁊ cõtinētiũ ad pugnãdũ ꝯtra carneꝫ·Tercio aſcēdit ĩ cãpũ pugne ⁊ palme exercitꝰ cõtēplatiuoꝝ ⁊ monachoꝝ ad pugnãduꝫ ꝯ̄ mũduꝫ ⁊ põpã eiꝰ·Quarto aſcēdit exercitus doctoꝝ ad pugnãduꝫ ꝯ̄ hereticos· Iſti ergo q̄tuor exercitꝰ aſcēderũt ĩ arborem palme ſiue ĩ cãpuꝫ pugne ad pugnãdũ·Et iõ eccl'ia ſupiꝰ dicta ē terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata· Et dictũ eſt etiaꝫ ſupiꝰ·Quid videbis ĩ ſunamite niſi cho/

UVA. BHSC. IyR 068_1

ros. i. exercit⁹ caſtroꝝ. Sʒ qꝛ oēs iſti exer
citus finalr̄ triūpharūt de inimicis ſuis.
Jđo dñr collegiſſe fructus victorie ex ar
bore palme: ſiue ex arbore crucis. ꝙ ideʒ
eſt ꝙ arbor ſiue camp⁹ pugne ⁊ victorie.
Vñ ſicut q̄tuor genera pugnatoꝝ aſcēde
rūt in palmā ad pugnādū. ita eccl'ia q̄tu
or genera fructuū collegit et apprehēdit
ex arbore palme. Nā p̄mo collegit mar
tires ſiue fructū ⁊ victoriā martirij. Se
cūdo collegit virgīes ⁊ ꝯtinētes. Tercio
cōfeſſores ⁊ monachos. Quarto docto/
res cū ſuis ſcriptis ⁊ doctrinis. Oēs iſti
quatuor exercit⁹ dicūtur pugnatores. qꝛ
vita xp̄iani ſi ſc̄m euangeliū viuat pugna
et martiriū et crux ē. vt inquit aug⁹. ſup
io. Et de quocūq; iſtoruʒ dicit ſaluator.
mat. xvj. Si quis vult poſt me venire ab
neget ſemetip̄m ⁊ tollat crucē ſuā et ſeq
tur me. Et ſic etiā ſc̄m auguſtinū oēs ꝯiu
gati viuētes ſc̄m euāgeliū tollūt crucē ſu
am: ⁊ ſequūt̄ xp̄m ſuo modo. De oibus
ergo iſtis ſup̄dictis dicit ſp̄oſa. Aſcēdaʒ ī
palmā ⁊ apprehendā fruct⁹ eius. qꝛ oēs
iſtos fruct⁹ collegit eccl'ia ex arbore pal/
me: ⁊ ex oib⁹ his collegit fruct⁹ meritoꝝ
quos fructus repoſuit in ſuo orreo ſiue
cellario. Et iſti ſunt theſauri quos eccl'ia
diſpēſat filijs ſuis ſimul cū meritis paſſi
onis xp̄i: q̄ño ꝯcedit indulgētias: et fun/
dit orōnes dicēs. ꝑ merita paſſiōis xp̄i ⁊
ſcoꝝ ſuoꝝ. Dicit ergo ſp̄oſa. Aſcen/
dā ī palmā. i. in arboreʒ pugne ⁊ crucis
⁊ victorie ⁊ app̄hēdā fructus ei⁹. Et tūc
vbera tua o ſponſe erūt mihi ſicut botri
vinee martires ꝓferēdo: qꝛ exīde colligā
martires effundētes ſanguinē ꝓ xp̄o qui
erūt tanꝗ vindemia in torculari. Jtē o/
dores tui qui ſunt viri ſcti ⁊ virgīes ⁊ cō
tinētes ⁊ religioſi ⁊ ꝯfeſſores ⁊ ꝯtēplati
ui effundētes odorē ſctītatis ⁊ bōe fame
erūt ſicut odor pomoꝝ. Nā ſicut poma
precioſa beñ matura expirāt ex ſe bonū
odorē. ita viri ſcti et honeſti emittūt odo
reʒ bone fame vita ⁊ exemplo: de quib⁹
ait ap̄lus. ij. ad cori. ij. Bon⁹ odor ſum⁹
vob. q̄i dicat ſp̄oſa. Ego app̄hendā ⁊ col
ligā ex iſta palma virgīes ⁊ cōtinētes et
ꝯfeſſores ⁊ viros ſcōs expirātes bonos
odores ſue bōe fame ⁊ ſctitatis. ſicut fu/
it btūs paulus p̄mus heremita/et anto/
nius/et benedictus/ et frāciſcus/et btūs
dñicus/⁊ aug⁹. quoꝝ odores duxerūt ali
os ad bene viuēduʒ. Jtē guttur tuū erit
mihi ſicut vinū optimū. q̄i dicat. ꝙ doc/
tores qui ſunt guttur tuū emitūt vinum
optimū ſue doctrīe ⁊ ſuoꝝ ſcriptoꝝ. q̄ð
quidē vinū erit dignū ⁊ bonū ⁊ acceptū
dilecto meo xp̄o ad potādū ⁊ labijs ⁊ dē
tib⁹ illius ad rumīnādū. Ad cui⁹ ītellec
tū eſt notādū. ꝙ vinuʒ ſap̄ie ⁊ ītelligētie
q̄ð ſcti doctores exp̄ſſerūt ex vinea ſacre
ſcripture intātū fuit de ſe optimū ⁊ con
tinens veritatē. ꝙ fuit dignū acceptari a
xp̄o ⁊ eccl'ia ſp̄oſa ſua. et iđo dicit ꝙ fuit
dignū ad potāduʒ. i. acceptandū īp̄i xp̄o
et eccl'ie. Et fuit dignuʒ et dulce labijs et
dentibus xp̄i ⁊ eccl'ie ad rumīnādū. Nā
eccl'ia ꝑ ſuos p̄dicatores ꝯtinue ruminat
ſcripta ⁊ doctrīaʒ auguſtini/et hierōimi
⁊ baſilij et alioꝝ doctoꝝ. Jteʒ doctores
ſcolaſtici poſteriores continue rumināt
dicta ſacroꝝ doctoꝝ prioꝝ ea declarādo
⁊ in ſuis q̄ſtiōib⁹ diſputādo. Et ſic vinuʒ
illoꝝ ſacroꝝ doctoꝝ q̄ð eccl'ia collegit ex
vinea et arbore palme ſemp̄ ruminatur
nob ⁊ a nob ad fidē nr̄am ꝯfirmādaʒ et
ꝯtra hereticos ꝯfundēdos ⁊ ad vitam ⁊
cōuerſationē nr̄am dirigēdam. Oēs ergo
iſtos fructus ſup̄dictos collegit eccl'ia ex
arbore palme. Sʒ qꝛ in tali collectione
fructuū cauſat̄ quedaʒ mutua ⁊ recipro/

UVA. BHSC. IyR 068_1

ca ⁊ conuerſa collatio ⁊ exhibitio. Jdō
ſubdit. Ego dilecto meo ⁊ ad me cōuer-
ſio eius. Ad cuius itellectū ē notādū ſm
auguſtinū de verbis apłi. ꝙ tota nr̄a la-
tria ⁊ ſuitus erga dn̄m nō eſt niſi quedā
mutua ⁊ reciproca retributio. Nā ṗmo
de⁹ ē donator ⁊ largitor bonoꝝ. ⁊ ex cō-
ſequēti ꝓ grāꝝ actione retribuimus ſibi
latriā ſuitutē. Nā qꝛ ṗmo ip̄e ex nichilo
creauit nos. iō retribuim⁹ ſibi adoratio
nē cū poſteratiōe rōe ſumme maieſtatis
⁊ poteſtatis. Et qꝛ gubernat nos ⁊ ꝓui-
det de bonis tp̄oralib⁹: iō retribuim⁹ ſi-
bi vices ꝑ oblationē. Sȝ qꝛ redemit nos
iō retribuim⁹ ſibi ꝑ laudes ꝯtinuas ⁊ pa
timur martiriū ⁊ ꝑſecutiōes ꝓpť iuſtici
am fidei eius. Et ſic ſemꝑ de⁹ eſt primus
largitor: ⁊ ꝑ ꝯn̄s latria ⁊ bone opatiōes
nr̄e nō ſūt niſi q̄dā retributiōes grāꝝ. et
iō dicit aug⁹. ꝙ martiriū martiꝝ nō fuit
niſi q̄dā retributio ī ſignū latrie: qꝛ ṗus
ꝓ nobꝫ obtulit ſe ip̄m et ꝓ nobꝫ mortu⁹ ē
Et virginitas virginū/ ⁊ ꝯtinētia ⁊ labor
⁊ afflictio carnis ſc̄toꝝ fuit etiā q̄dam re
tributio. Jtē ſi martires mortui ſunt ꝓ
xp̄o: ṗus xp̄s dedit eis grām et fortitudi
nē ad tollerāda tormēta: et ad reſiſtēduȝ
tyrānis. et pri⁹ dedit apłis os/ et ſapiam
et dona ſp̄s ſc̄ti ad loquēdū ante reges ⁊
p̄ſides: ⁊ ad pugnādū cuȝ eis. Et ita de-
dit grām ⁊ virtutē virginib⁹ et ꝯtinētib⁹
ad pugnādū cōtra carnē: ⁊ dedit grāȝ cō
feſſorib⁹ ad pugnādū ꝯtra mūdū ⁊ anti-
quū ſpētēȝ. Et dedit ſapiāȝ ⁊ ſ͞cāȝ intelli
gētiam doctorib⁹ ad intelligēdas ſacras
ſcripturas. Et ſic ediderūt multa ſcripta
⁊ pugnarūt ⁊ triūpharunt de hereticis.
Ex quib⁹ pȝ ꝙ martiria martiꝝ ⁊ ꝯtinē-
tia virginū ⁊ bona opa cōfeſſoꝝ ⁊ oīum
iuſtoꝝ ⁊ oīs doctria doctoꝝ nō fuerunt
niſi q̄dā retributiōes: qꝛ retribuebāt d̄o

ꝑ effectuȝ qd̄ ab eo pri⁹ accepāt ꝑ grām.
Et ſic q̇cquid offert ecc̄lia xp̄o ſp̄oſo ſuo
nō eſt niſi q̄dā retributio ⁊ grāꝝ actiōes
ꝓ beneficijs prius receptis. et ſic eſt q̄dā
mutua ⁊ reciproca et cōnuerſa retributio
Jdeo dicit ſp̄oſa. ego offero dilecto meo
oīa iſta bona. ⁊ ad me cōuerſio eius quia
ecōuerſo ip̄e ṗmo mihi tribuit oīa bona:
qꝛ ex arbore palme crucis ṗus iſta bona
collegi. Jtē ip̄e mihi gratis oīa iſta bona
grē tribuit: ſȝ ego retbui ſibi bona latrie:
ſed ad me ecōuerſo retribuit mihi bona
głie. ꝙ ſic ip̄e ē ṗm⁹ et vltim⁹ in largiēdo·
iō ſemꝑ ē ad me cōuerſio et retbutio ei⁹.
Et iō ſubdit. Ueni dilecte mi egrediamur
in agrū ⁊c̄. Ad cui⁹ intellectū ē notandū
ꝙ cū hoc carmen ſit nuptiale: ſał̄on pōit
caſus qui accidūt inť amantes et ſp̄oſos
carnales applicando ad xp̄m et ecc̄liam
qui ſunt ſponſi ſpūales. vn̄ accidit q̇n̄oqȝ
ꝙ puella eligit ſibi ſp̄oſū vltra ſcitū ymo
ꝯ voluntatē parētū et ſic clam diligit ſp̄o
ſuȝ et on̄dit ſibi amorē cū magna difficul
tate in abſconſo: ſed cū hoc ꝑuenit ad no
titiā parētū affligūt ſp̄oſaȝ ne loquať nec
iūgať ſp̄oſo tali: ſed abijciat ip̄m ⁊ iūgať
alteri ad nutū parentū ⁊ cōſanguineoꝝ.
Sȝ cū illa ſumme diligit ſp̄oſuȝ cui ṗmo
ꝓmiſit fidē nullo pacto vult adquieſcere
parētib⁹. cū aūt parētes atrociť affligant
ip̄aȝ nō ꝯſentiētes ymo repugnātes mr̄i
monio ꝑ ip̄aȝ cōtracto h̄ntes odio ſpon-
ſum quē ip̄a eligerat: tūc illa vehemēť ſol
licitat ſp̄oſuȝ ut educat eā d̄ domo ꝑentū
et ducat extra ciuitatē. vbi libere reddat
ſibi vices amoris: ⁊ ſtent ⁊ morentur ibi
vſqȝquo ira parentū ſit placata ⁊ cōſen
tiāt parētes in matrimonio et reducant
eos in ciuitatē ⁊ in domū ſuā. Et hoc fre
quēter accidit ī ſp̄oſalib⁹ carnalib⁹ ⁊ mū
danis. que dn̄r clamdeſtia ſp̄oſalia: que

UVA. BHSC. IyR 068_1

poſtea approbātur ꝑ parētes ⁊ eccłiam.
Ita ergo accidit eccłie ſpōſe xp̄i tpe pſe/
cutionū impatoꝝ: ⁊ maxime ī pſecutiōe
diocleciani ⁊ maximiani. Nā tunc tēpo
ris multe puelle ꝯtēpnētes nuptias car/
nales deteſtātes ritū et ſupſtitionē gētili
tatis ꝓmittebāt xp̄o virginitatē ⁊ deſpō
ſabātur xp̄o ꝑ fidē ⁊ baptiſmū vltra vo/
lūtatē parētū. vt pꝫ de bt̄a xp̄ina ⁊ mar
garita ⁊ barbara: quas parētes īfideles
affligebāt vt xp̄ꝫ ſpōſuꝫ denegarēt. Hoc
idē fecit magna multitudo vtriuſqꝫ ſex⁹
in illa tēpeſtate: qui cōtra volūtatē nō ſo
luꝫ parētū: ſꝫ ꝯtra decreta impatoꝝ ⁊ re
guꝫ et toti⁹ gētilitatis xp̄o ꝑ baptiſmum
deteſtātes ydolatriā adheſerūt in qua tē
peſtate fuit mota tam grādis pſecutio ꝯ
xp̄ianos ⁊ eccłiaꝫ ſpōſaꝫ xp̄i: ꝙ ī decē an/
nis fuerūt occiſa infinita milia martiruꝫ
ꝑ totū orbē ne xp̄m negarēt. vn̄ pſone eo
rū capitali ſentētia ⁊ varijs ⁊ atrocibus
tormētis puniebant̄ ⁊ bōa tp̄oralia fiſco
adiudicabātur. Et ſic tota eccłia vndiqꝫ
affligebat̄ ⁊ vexabat̄ intollerabił̄r ītātuꝫ
ꝙ multi xp̄iani vidētes intollerabilia tor
mēta alioꝝ et arbitrātes ſe illa nō poſſe
pati: poti⁹ elegerūt fugere ad montes et
ſpelūcas et ibi deo ſuire ꝙ̄ xp̄m negare
Et ita fecit paulus p̄m⁹ heremita qui vi/
dēs tormēta q̄ patiebant̄ martires ī ale/
xandria ſe nō poſſe tollerare fugit ī deſ/
tū: quē poſtea ſecuti ſūt multi alij xp̄iani
Et ſic īcepit ordo heremitaꝝ ⁊ monacho
rū in egipto in illa pſecutiōe. qui quideꝫ
monachi et heremite poſtea creuerūt in
magnū numerū ꝑ totū orbē. Et nō ſolū
fugerūt ad mōtes ī illa pſecutiōe hoīes
ſimplices: ſꝫ etiā papa ⁊ ep̄i ⁊ ſacerdotes
qui ꝑ totā illā pſecutionē latebāt in ſpe/
lūcis. Et ſic illa eccłia fugit de domo pa/
rētū ſuoꝝ. ſ. de pp̄ło gētili cui⁹ erat filia
et latebat et morabat̄ in villis et ſpelūcis
ſuiēdo xp̄o ſpōſo ſuo. Et hoc ē qđ ītēdit
ꝓphetice exp̄mere ſalōn ī hac parte. Vn̄
qꝛ ſupi⁹ dixit ſpōſa. Ego dilecto meo. et
ad me conuerſio eius. i. ſicut ſponſus di/
lectus meus dat mihi bona gracie: ⁊ ego
dilecto meo tribuo latriam ſeruitutem.
Et ſic ego tribuo et exhibeo dilecto meo
latriā ſuitutē. ita cōuerſio ei⁹ ē ad me. i.
ecōuerſo ipſe dabit mihi et expecto bona
glīe ab eo. Sꝫ quia īpedior ⁊ ꝓhibeor ab
imperatorib⁹ ⁊ tyrannis exhibere libere
latriā ſuitutē xp̄o ſpōſo meo. quia volūt
me cogere xp̄m negare. iō poti⁹ volo fu/
gere ad montes. Et ſic eccłia cōuerſa ad
xp̄m ſpōſum dicit. O dilecte mi: lꝫ impa/
tores et tyranni atrocit̄ pſequāt̄ et diris
tormētis affligant me: ut deſerā te: et ad
orē ydola nefanda: tn̄ nunꝙ̄ deſeram te
cui ſemel voui fidē. ſed ſeqn̄do ꝯſiliū tuū
qui dixiſti. mat. x. Si pſecuti uos fuerint
in vna ciuitate: fugite in aliā. Sic ego uo
lo fugere furiā tyrannoꝝ. Ideo veni di/
lecte mi fugiam⁹ ad tēp⁹ furiā pſecutoꝝ.
et egrediamur in agrū ex ciuitatees: et cō
moremur in uillis et rurib⁹ ⁊ heremito/
rijs et ſpelūcis: et ibi in heremo ſuiā tibi
ī hymnis et or̄onib⁹ et ſacrificijs. Et ma
ne ſurgam⁹ ad vineas excolēdas: ibi cele/
brando diuina officia in abſcōſo ꝓpt̄ me/
tū tyrannoꝝ ne īpediant ⁊ ꝓhibeāt nos
Et ibi expectabim⁹ et videbim⁹ ſi flore/
runt vinee. Et ſi flores vinearuꝫ et aliaꝝ
arboꝝ ꝑturiunt fruct⁹. i. ibi expectabim⁹
vſqꝫquo ſit placata ira īpatoꝝ ⁊ p̄ncipū
⁊ tyrānoꝝ ꝯ xp̄ianos. i. vſqꝫquo tu illūi
nes eos et r̄ddas bēiuolos erga eccłiaꝫ ⁊
ꝯuertātur ad fidē. ꝓut fuit cōpletū ꝑ cō/
uerſionem magni conſtātini. vt patebit.
Hoc autē dicit. qꝛ vinea pop̄łi gētilis lꝫ ī
p̄ncipio eſſet orrida ⁊ iculta. tn̄ paulatiꝫ



UVA. BHSC. IyR 068_1

viđẽs miracła ⁊ ſigna q̄ ꝑ martires et vi
ros ſctõs fiebãt incepit florere. Et ſic cũ
labore parturiuit fructꝰ fidei. et parturi
ebat vſq; ad ꝯſtãtinũ. q: multi interiꝫ cõ
uertebãtur ad fidẽ. vt pꝫ ĩ iſtorijs marti
rũ. vñ dũ bt̄s vrbanꝰ papa latebat ĩ rure
⁊ predio bt̄e cicilie: ip̄a cicilia ſemꝑ flore
bat ⁊ fructꝰ ſalubres parturiebat in ciui
tate. et ſic ꝯuertit ſpõſuꝫ ſuũ valerianuꝫ
⁊ almachiũ frẽm eiꝰ. ⁊ miſit eos ad vrba
nũ: qui cuꝫ ceteris ſacerdotibꝰ latebat in
ſpelũcis ⁊ ĩ illo rure. iõ vrbanus gr̄as a
gens dicebat. Dñe ieſu chriſte ſeminator
caſti ꝯſilij ſuſcipe fructꝰ quos in cicilia ſe
minaſti. q: cicilia famula tua q̄ſi apis tibi
argumẽtoſa deſuit. Et ſic in illa ꝑſecutio
ne paſſa ſunt multa milia martirꝝ et vir
ginũ vtriuſq; ſexꝰ et etatis. Et ſic illa vi
nea ſemꝑ florebat ⁊ parturiebat fructus
martirꝝ dũ eccłia latebat ⁊ morabat̄ ĩ vil
lis ⁊ in agris. Et idõ dicit. Uideamus ſi
floruerũt mala punica. ſ. flores virginũ
⁊ martirꝝ. Et dum mala punica. i. marti
res floreñt ⁊ parturiunt̄ in ciuitatibꝰ: ego
dabo tibi in agro vbera mea. ſ. vbera la
trie: q: nũq̄ ceſſabo a diuio cultu ĩ hym
nis ⁊ orõibꝰ ⁊ ſacrificijs ⁊ ieiunijs orã
do ꝓ eccłia. vt tu ꝯp̄mas ⁊ humilies cor
da impatorꝝ et infideliũ gentiliũ ad fideꝫ
ne amplius ꝑſeq̄ntur eccłiaꝫ. Et iõ man
dragore ꝑ quas intellgit̄ fecũditas eccłie
iam dederunt odorẽ ſuuꝫ in portis nr̄is.

Ad cuiꝰ ĩtellectũ ẽ notãdũ ꝙ mãdrago
ra ẽ qͦdã pomũ genitũ ĩ radice cuiuſdaꝫ
herbe faciẽtis folia ad moduꝫ parue lac
tuce. Et ſic mãdragore ſunt tanq̄ tubera
terre valde odorifera habẽtia ſimilitudi
nẽ hũani vultus. Et hñt hanc ꝓprietatẽ
vt dicũt herbolarij. ꝙ ſi quis defert ſecuꝫ
mandragoras attrahit ceteros ad amorẽ
⁊ nutũ ſui. Itẽ hñt aliã ꝓprietatẽ. ꝙ ſi
mulieres mãducãt mãdragoras diſponũ
tur faciliter ad fecũditatẽ ⁊ ꝯceptuꝫ ꝓlis
Et iõ ruben attulit mandragoras matri
ſue lye: vt diſponeret̄ ad cõcipiẽdũ. que
dixit iacob viro ſuo dormias mecuꝫ hac
nocte ꝓ mãdagoris. geñ. xxx. Idõ ſalo
mon ꝑ quãdã methaforã diuinas ⁊ iter
nas ſpiratiões et illumiationes appellat
mãdragoras in h̄ loco: eo ꝙ qñ deo pla
cuit in illa ꝑſecutiõe deꝰ inſpirauit mł̄ta
corda hoīuꝫ. que quidẽ ĩſpiratiões tanq̄
mãdragore generabãt fructꝰ fidei in mẽ
tibꝰ gẽtiliũ ⁊ trahebãtur ad fidẽ xp̄i. Et
ſic pro fide xp̄i ſe morti offerebãt. Item
poſt illã ꝑſecutiõeꝫ ymo ĩ eadẽ ꝑſecutiõe
ex nutu dei ⁊ ꝓpter orridã egritudinem
dioclecianꝰ ceſſauit a ꝑſecutiõe. et poſtea
deꝰ inſpirauit in cõſtantinũ mãdragoras
ſp̄ualiũ inſpirationũ qui tractꝰ ⁊ cõuer
ſus ad xp̄m reuocauit exiliuꝫ xp̄ianorꝝ et
magnificauit eccłiaꝫ vt patebit. Idõ di
cit ſpõſa ꝙ mãdragore. ſ. virtꝰ ſp̄s ſcti et
inſpiratões dederũt odorẽ ſuuꝫ ĩ portis
nr̄is. ſ. ĩ p̄ncipibꝰ et ĩpatoribꝰ q̄ ſũt porte
ꝑp̄li gẽtilis. vł in portis eccłie ꝑ quẽ odo
rẽ fuit fecũdata et multiplicata eccłia q̄ſi
dicat ꝙ fecũditas et augmẽtũ eccłie iã ap
paret in portis nr̄is. Et hoc dicit ſponſa
q: dũ ip̄a orabat in agro latent̄ et in here
mo: multi ad fidẽ cõuerſi cõuertebant̄ et
martirio coronabant̄ in ꝑp̄ło in ciuitati
bꝰ. Et q: ex oĩ ſexu et etate. ſ. iuuenes et
ſenes et virgines ĩnupteq; puelle ad fidẽ
xp̄i cõtinue cõuertebant̄ et martirio co
ronabant̄. Ideo ſubdit. Omnia poma
noua ⁊ veťa dilecte mi ſuaui tibi. i. obtu
li tibi martires ex omni ſexu ⁊ etate. nã
ego ſuaui et obtuli tibi poma noua ſicut
fuerunt cicilia ⁊ agnes ⁊ agatha ⁊ lucia
et katherina q̄ ĩ puerili etate paſſe ſunt.
Et obtuli tibi poma vetera: ſicut fuerũt

UVA. BHSC. IyR 068_1

marcellinus ⁊ vrbanus et multi alij qui in ſenectute paſſi ſunt in illa pſecutione. Hoc etiã dicit: qꝛ i illa etate multi ꝯuer/tebãtur ad xp̃z i puericia. Alij i adoleſcẽcia. Alij in ſenectute. Vñ quedaȝ puelle dedicabãt ⁊ ꝯſecrabãt deo virginitatem ſuã. Et q̃dã vidue ſuabãt continẽtiã. Et quidã ſenes ſegregabãtur ad montes ad ſuiendũ dõ. Et ſic ſpõſa ꝯtinue offerebat xp̃o ſpõſo ſuo poma noua et vetera. hoc etiã poteſt intelligi de doctorib⁹: qui cõtinue offerebãt xp̃o poma noua et vetera p̃dicãdo ⁊ ꝓbando ip̃m eſſe verũ deuȝ ⁊ hoĩem ⁊ meſſiaȝ i lege ꝓmiſſuȝ p autori/tates ⁊ ſcripturas noui ac veteris teſta/mẽti iuxta illð. mat̃. xiij. oĩs ſcriba doct⁹ profert de theſauro ſuo noua et vetera.

Tercia ps hui⁹ noni cãtici.

**Quis mihi det te fratrẽ meũ Sugentem ubera m̃ris mee vt inuẽiã te ſolum foris Et deoſculer Etiam me nemo deſpiciat. Apprehẽdam te et ducam in domũ matris mee Et in cubiculũ genitricis mee. Ibi me docebis Et dabo tibi poculum ex uino condito Et muſtum malorũ granatorum meorum. Leua ei⁹ ſub capite meo Et dextera illi⁹ ãplexabr̃ me. Adiuro uos filie hieruſalẽ Ne ſuſcitetis Neqȝ euigilare faciatis dilectam**

**Donec ipſa uelit.**

Ec eſt tercia ps hui⁹ noni cãtici in qua rex ſalõn explicat deſiderium eccl̃ie redeũdi ab heremo ad ciuitates mitigata rabie tyrãnoꝝ ex/pectãdo pacẽ ⁊ tranq̃llitatẽ eccl̃ie p ꝯuerſionẽ totius popl̃i gẽtilis. Ad cui⁹ in/tellectum eſt notãdum ſicut dictũ eſt. ꝙ iſta ſpõſa erat filia popl̃i gentilis ſm carnẽ q̃ ad fidẽ xp̃i nouiter erat cõuerſa contra volũtatẽ ſue matris. ſ. gẽtilitatis. Et dictũ ẽ qualr̃ gẽtilitas affligebat filiã ſuã .ſ. eccl̃iaȝ eo ꝙ vltra volũtatẽ ymo ꝯ vo/lũtatẽ ſuã deſpõſauerat ſibi xp̃m i ſpõſũ Et iõ iſta ſpõſa fugit in heremuȝ cuȝ xp̃o ſponſo ſuo nõ p ſemp: ſed ad temp⁹ vſqȝ quo mitigaret̃ ira p̃ncipũ ⁊ toti⁹ gẽtilitatis matris ſue. vt mitigata ira conuerte/retur ad deũ gentilitas ⁊ cõſentiret xp̃o ſpõſo eccl̃ie. Et iõ ſicut ſpõſa carnalis q̃ fugit a domo matris et parẽtũ cũ ipõ ſi/bi clamdeſtine deſponſato duȝ eſt in illo exilio ſemper deſiderat redire ad domuȝ matris et deducere matrẽ et parẽtes ad amorẽ ſponſi et cõſenſum ſui cõiugij: ita parit̃ eccl̃ia ſacerdotũ dũ erat in heremo q̃ſi relegata ꝓpt̃ metuȝ et crudelitatẽ ty/rannoꝝ ſemp et cõtinue orabat deum ut cõuerteret corda p̃ncipũ et tyrannoꝝ et cõuerteret ⁊ mollificaret irã et ſeuiciem gẽtilitatis m̃ris ſue ut xp̃m recipet. ⁊ ip̃a eccl̃ia poſſet libere ⁊ publice xp̃m ſpõſuȝ ſuũ colere et eius nomen p̃dicare: et legẽ euangelicam ꝓmulgare p oĩa regna mũdi. qð cõpletũ ẽ p cõuerſionẽ magni conſtantini. nã cũ btũs Silueſter metu dire pſecutionis p magna tẽpora lateret cum ſuo clero ⁊ ſacerdotib⁹ i mõtib⁹ ſarapi/nis ſemp orãdo ꝓ pace eccl̃ie. Ex moni/tu apl̃oꝝ petri ⁊ pauli fuit vocat⁹ et que



UVA. BHSC. IyR 068_1

ſitꝰ ꝑ magnū ꝯſtātinū impatorē. qui pu
tans ad morteꝫ vocari: obnixe exortabat'
totū clerū ſuū ad martiriū ꝑferēduꝫ pro
fide xpi. Sꝫ multe ⁊ longe aliter fuit fa/
uorabilis toti eccl'ie impator: ꝙ ſilueſter
putabat. qꝛ fuit ipe impator baptizatus
⁊ ad fidē xpi ꝯuerſus. Et intātū fuit toti
eccl'ie benignus effectꝰ. ꝙ ipe ſuū palaciū
lateranēſe i eccliā ſaluatoris fecit ꝯſecra
ri. Et generalē licētiā ⁊ facultatē cōceſſit
vt eccl'ie i honorē xpi poſſent ꝑ totū orbē
nouiter fabricari: et tēpla ydoloꝝ in ec/
cl'ias cōſecrari. et lex euāgelica ꝑ totū or
bē publice ꝓdicari. Et ſic ad exēplū impa
toris oēs reges ⁊ ꝓncipes mūdi fuerunt
baptizati: qui de theſauris ſuis eccleſias
fabricarūt ⁊ ditarūt. Et ſic eccl'ia per vni
uerſuꝫ orbē fuit magnificata. Et ſpōſuꝫ
ſuū xpm ſine timore publice fuit ꝓdicā/
do cōfeſſa. Et tunc ſ'rexit maxima copia
doctoꝝ. ſ. athanaſius/ baſilius/ gregoriꝰ
nazāzenus/ criſoſtomꝰ/ augꝰ/ hieroꝰ/ am/
broſius ⁊ ceteri qui publicis ꝓdicationi/
bꝰ oēs pplos iſtruxerūt. et ſuis ſcriptis
ſacras ſcrip'as expoſuerūt ⁊ ſuis diſpu/
tatiōibꝰ oēs hereticos deuicerūt et ab ec
cl'ia eliminauerūt. Et ſic pꝫ ql'r eccl'ia de
oibꝰ inimicis final'r triūphauit. et hoc in
tēdit explicare ī hac pte. Dicit ergo ſpō/
ſa exiſtēs in illo exilio ad ſponſuꝫ. Quis
det te frēm meū. i. quis dabit mihi te fra
trē meū ſugentē vbera matris mee. i. ad
ſugēduꝫ vba matris mee. qi dicit. o xpe
frater meus ꝑ carnis aſſumptionem. qꝛ
ſumus filij eiuſdē hūanitatis. vn̄ nota ꝙ
xps dupliciter dr̄ frater eccl'ie ſponſe ſue
vno modo ꝑ carnis aſſumptionē inqn̄tū
eſt homo. qꝛ omnes participamus eādē
humanitatē et ſumus filij adaꝫ. Alio mo
do dicitur xps frater eccleſie inquantuꝫ
eſt eius ſponſus. quia ſunt duo in carne
vna. Jdeo ſponſa appellat chriſtū fratrē
Jterū ē aduertēdū ꝓpt' id qđ ait ſugē
tē vba mr̄is mee. ꝙ eccl'ia illa cōuerſa de
pplo gētili habebat duplicē matrē. ſ. vnā
carnalē ex q̄ deſcēdebat ſm carnē/ et illa
erat gētilitas ſiue generatio gētilis. Ha/
bebat aūt alīā mrēꝫ ſpūalē q̄ ē v'go maria
nā poſtꝙ xꝰ ē fr̄ adoptiuꝰ ⁊ ſpōſus eccl'ie
et virgo maria ē mr̄ xpi naturalis: ergo
ē mr̄ adoptiua ipius eccl'ie. Pōt ergo eſſe
duplex ſenſus in hoc verſu. ꝓmo ꝙ dicat
ſpōſa ad xpm. Quis det te fratrē meum
ſugētē. i. qui ſuxiſti vba marie mr̄is mee
ut inueniā te foras. Alio mō pōt ītelligi
referēdo li matrē ad gētilitatē matrē car
nalē ipi eccl'ie. Et tunc ſenſus ē verꝰ et cō
formis lr̄e. q̄ſi dicat ſpōſa. Quis erit ille
deꝰ et ille ipator illūinatꝰ ꝑ deuꝫ: qui det
et cōcedat te xpm fratrē et ſpōſum meū
vt ſugas vba gētilitatis mr̄is mee accep/
tādo ab ea ſ'uitutē lat'e. ſ. ut tota gētilitas
cōuertat' ad fidē et exhibeat tibi vba lat'e
ſicut ego facio et ꝑ ꝯñs ſicut ſugis vbera
mea: ita ſugas vba totiꝰ gētilitatis mr̄is
mee. q̄ſi dicat. vtinā deꝰ pr̄ et tota t'nitas
illūinet impatores et reges et totā gētili
tatē ut ego que ſum in hoc exilio poſſim
reuerti ad ciuitates et pplos et ad gētili/
tatē matrē meā et poſſiꝫ eā baptizare vt
ſpōſus meꝰ ſugat vba matris mee accep
tando eiꝰ latriā. Jn hebreo habet'. quis da
ret mihi ut tu tanꝙ frater meus ſugeres
vbera matris mee. Et tūc lr̄a ē magis cla
ra ⁊ ꝯformis huic expoſitiōi. Et iō ſequi
tur. inueniā te ſolū foris et deoſculer te.
et me nemo iā deſpiciat. Ad cuiꝰ intel
lectū ē aduertēdū. ꝙ hic loquit' ad modū
eoꝝ qui ꝓmo ꝯtraxerūt ſpōſalia clādeſti
na: qui ꝓmo ſe obſculātur ī abſcōdito. ſꝫ
poſtꝙ parētes ꝯſentiūt ī matrimonio et
matrimoniū eſt notū toti pplo: tūc ſpō/

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſi ſe oſculantur ī publico abſq3 erubeſcē tia. ita ergo pariter fecit primitiua eccłia de pp̄ło gētili. Naz p̄mo fuerat clādeſtīe x̄po deſp̄oſata ꝯtra volūtatē ⁊ ſcituz parentū eo modo quo ſup̄dictū eſt. poſtea metu parētū fugit ad mōtes et erat ibi ī agro p totā pſecutionē diocleciani. et ſic ibi oſculabat̄ ſp̄ōſuz in abſcōdito ⁊ ſecreto. Sȝ poſtq̄ b̄tus ſilueſter cuz ſuo clero reuerſus ē in ciuitatē/ ⁊ baptizauit ꝯſtantinū ⁊ ꝯceſſa eſt facultas x̄pianis publice p̄dicādi euāgeliū: et edificandi eccłiam et diuina officia celebrādi: tūc eccłia oſculabat̄ ſp̄ōſuz ſuū in publico et ī itinere ⁊ ī plateis vbi publice ꝯfitebatur x̄pm et ei⁹ legē euāgelicā. Et hoc ītēdit dicere ſp̄ōſa cuz ait. Quis mihi det et ꝯcedat te x̄pm frēz meū: vt ſugas vbera toti⁹ gētilitatis matris mee eius latriā acceptādo: vt publice inueniā te foris. ſ. in itinere et ī platea. et ibi ſoluz oſculer te publice coram oīb⁹ tuū nomē ꝯfitēdo ⁊ p̄dicādo: vt ī tali p̄dicatiōe et cultu nemo iaz ampli⁹ me deſpiciat nec pſeqtur: ſicut fc̄tz ē vſq3 ad pſentē diē. q2 p decē imꝑatores fui afflicta et infeſtata fugiēdo p nemora. In hebreo habetur. Quis mihi det: vt tu tanq̄ frater ſugas vbera matris mee: vt iuenirem te ī vico et oſcularer te: et nemo me deſpiceret. et tūc lr̄a ē magis clara. Et iō ſequit̄. App̄hēdā te ī domuz matris mee Et hoc dicit. q2 illa ſp̄ōſa introduxit x̄pz in domū matris ſue. ſ. ad populū gētilez qn̄o in pp̄ło gētili publice nomē x̄pi p̄dicauit ⁊ eccłias ꝯſtruxit. vn̄ ſic in p̄ncipio ap̄łi ꝯuerterūt illā paruaz eccłiaz ex populo gentili. Ita poſtea illa parua eccłia multis tribulatiōib⁹ afflicta ꝯuertit totū reſiduū gētilitatis. et p ꝯn̄s cōuertit matrē ſuā. et introduxit ſp̄ōſuz ī domū gentilitatis matris ſue. Et ideo ſequit̄. Et ibi me docebis. q̄i dicat. ꝑ poſtq̄ introduxero te in domū matris mee. ⁊ publice potero nomē tuū p̄dicare: tūc ibi me docebis. i. dabis mihi doctores: quib⁹ reuelabis ſecreta ſacre ſcripture: et reſ̄abūt et declarabūt ſcripturas vtriuſq3 teſtamēti et defendēt eccłiā ꝯ hereticos. hoc autē dicit q2 illico poſt cōuerſionez cōſtantini fuit in eccłia copia magnorum. ſicut fuit Athanaſi⁹/ Baſili⁹/ Gregorius nazāzen⁹/ Ambroſius/ Hiero⁹/ Ilari⁹/ Aug⁹/ et ceteri qui ſp̄ū ſc̄ō illuſtrati: gloſarūt ſcrip̄ꝫas et inſtruxerūt fideles et debellarūt et ex̄minarūt hereticos. Sed quia ſc̄ia eoꝝ nō fuit ab alio niſi a x̄po qui eos p ſp̄ūm ſc̄tm edocuit. iō dicit ibi. me docebis. Sȝ q2 eccłia eēt ingrata recipiēdo tot b̄n̄ficia a ſponſo: niſi redderet vices amoris p exhibitionē latrie. iō ſubdit ſp̄ōſa. Et dabo tibi poculū ex vino cōdito. i. ſicut tu me docebis ſecreta ſacre ſcrip̄ꝫe apiēdo. Ita ego dabo ⁊ offerā tibi poculū p̄dicatiōis ex vino cōdito. ſ. ex intelligētia ſacre ſcripture: q̄ ē dulcior oī vino. vn̄ dictū ē q̄lit̄ intelligētia et veritas euāgelica ē q̄ɔdam vinū ꝯditū et exp̄ſſum ex vinea ſacre ſcrip̄ꝫe ueꝫis teſtamēti. Et hoc vinū cōditum exp̄ſſerūt doctores ex ſacra ſcrip̄ꝫa et obtulerūt x̄po. q̄ɔ quidē vinū fuit dignū et ſapidū dilecto x̄po ad potandū: et dētib⁹ . i. pp̄łis ſuis ad ruminandū ꝓut dictū ē ſup̄. Itē ſp̄ōſa nō ſolū obtulit ſp̄ōſo poculū ſacre ſcrip̄ꝫe: ſȝ et̄ poculū ſacramēti altaris ex vino ꝯdito et cōſecrato. Et ita parit̄ offert poculū aliorum ſacramētoꝝ et fidei articulorum et poculuz obſ̄uātie preceptoꝝ et operū miſericordie quod poculū eſt ſp̄ōſo valde ſapidū et acceptū Sȝ q2 eccłia non ſolū offert x̄po merita ſue paſſiōis ſiue vinū ſue paſſiōis ī ſacramētis: ſȝ etiā offert vinū meritoꝝ ſc̄toꝝ



UVA. BHSC. IyR 068_1

martiꝝ ⁊ virginū ⁊ ꝯfeſſoꝝ. Jdō ſubdit Et dabo tibi muſtum maloꝝ granatoꝝ meoꝝ. vñ per mala granata intelligūtur ꝑncipal'r martires qui ꝓ xp̄o ſanguinē fuderūt. et ex ꝑn̄ti intelligūtur oēs cōfeſſores et ſc̄ti et iuſti qui oēs cōtinētur ſub vna pelle et tegimine fidei et caritatis ſic in malo granato cōtinētur multa grana rubea ſub vna pelle. ita oēs fideles rubricati ſanguīe xp̄i cōtinētur ſub gremio eccl'ie: muſtū ergo iſtoꝝ maloꝝ granatorū .ſ. ſc̄toꝝ martiꝝ ſunt merita eoꝝ expreſſa ex martirio ⁊ laborib⁹ quos ꝓ xp̄o ſuſtulerūt. vñ hoc muſtū maloꝝ granatoꝝ offert eccl'ia xp̄o ſponſo ſuo in feſtiuitatib⁹ quas celebrat in memoriā ſc̄toꝝ. Jtē hec merita ſc̄toꝝ offert cotidie eccleſia ſimul cū paſſiōe xp̄i ī ſacramēto altaris. vt pꝫ cū dicit ī canone. Cōmunicātes ⁊ memoriā venerātes in ꝑmis gl'oſe virgīs marie/et b̄toꝝ apl'oꝝ/ et martiꝝ. Et hoc eſt muſtū maloꝝ granatoꝝ et poculū q̄d eccl'ia offert cotidie xp̄o ſpōſo ſuo. Ex ſup̄dictis ergo pꝫ. qual'r iſta eccl'ia ſpōſa xp̄i exiuit in cāpū pugne terribilis vt caſtrorū acies ordīata cū multis choris ⁊ exercitib⁹ caſtroꝝ bellicoꝝ. Et pugnauit diu ꝯtra inimicos ſuos. ſꝫ tādē deuicit eos ⁊ triūphauit de oīb⁹. Nā ꝑ martires deuicit oēs tyrānos. ⁊ ꝑ virgines ꝯtinētes triūphauit de carne. et per monachos ⁊ heremitas ⁊ religioſos triūphauit d̄ mūdo ⁊ diabolo/ ⁊ pōpis eius. Et ꝑ doctores triūphauit de hereticis. Et ſic poſtꝗ̄ tpe ꝯſtātini deuicerat oīs ſup̄dictos. et fuerat tota gētilitas conuerſa: tūc ſpōſa abſq; timore/et erubeſcētia oſculabatur ſpōſuꝫ in publico: et erat in ei⁹ amplexu ⁊ fauore ei⁹ legē euāgelicā p̄dicādo et publice diuīa officia celebrādo. Et ip̄e ſponſus iam publice fauebat ſpōſe tenēs eaꝫ in ſuo amplexu fauorabili: q̄n̄o cōſtātin⁹ dotauit eaꝫ magnis munerib⁹ et diuicijs et dn̄io tēporali et amplo p̄rimonio. videns ſe ergo ſpōſa ī tāto honore ⁊ ꝓſpitate ⁊ fauore ſpōſi ꝯſtitutā ꝯcludit dicēs Leua ei⁹ ſub capite meo: et dextera illi⁹ amplexabit' me. i. iā xp̄s ſpōſus me⁹ honorificauit me intātū: ꝙ leua ei⁹. ſ. dn̄iuꝫ tēporale ⁊ copia bonoꝝ tēporaliuꝫ ē ſub capite meo ad ſuſtētādū ſtatū honorificū in hoc mūdo. et dextera illi⁹. i. poteſtas eius ſp̄ualis quā mihi ꝯceſſit ad regendā eccl'iaꝫ amplexabitur me. q̄i dicat. ꝙ xp̄s ſponſus me⁹ amplexabit' me totā. ſ. brachio ſiniſtro. ſ. copia bonoꝝ tp̄aliū ſub capite meo: ⁊ dextera. i. poteſtas ei⁹ ſp̄ualis erit ſupra me. Et ſic vtroq; brachio āplexabit' me. ſ. tēporali et ſp̄uali. Et ſic iā ſum in ſuo amplexu ꝓſpo ⁊ fauorabili tanꝙ victrix et triumphatrix ⁊ dn̄a totius mūdi fauorata. Sꝫ q: ſpōſa agēs gr̄as gl'ificata fuerat in xp̄o eo q: āplex⁹ fuerat eā ſupponēdo leuā copie bonorū tp̄aliū ſub capite ad ſuſtētādū ei⁹ honorificū ſtatū ⁊ ponēdo dextāꝫ bonoꝝ ſp̄ualiuꝫ ſup eā. et ꝑ ꝯñs ſpōſa iaꝫ q̄eſcebat: q̄i dormiēs ī āplexu ſpōſi lib'ata a ꝑſecutiōibus ⁊ laborib⁹. iō ſponſus ei⁹ exortat' et adiurat filias hierl'm. i. oēs deuotos fid̄les ne excitēt et īpediant eam ab illa quiete et ꝓſpitate in q̄ manet: et ne ſeparet eam ab amore et fide ſpōſi. nec impediat īpāꝫ a cultu latrie. iō ait ſponſus. O filie hierl'm adiuro et admoneo vos ne ſuſcitetis. i. ne īpediatis nec euigilare faciatis dilectā a ſomno cōtēplatiōis et latrie donec. i. dū ipā velit. Ad maiorē intelligētiā hui⁹ ē valde notandū ꝙ ſal'on ī hoc libello enumerat et memorat tres amplex⁹ hui⁹ ſpōſi ad ſponſam. Et poſt quēlibet amplexuꝫ facit adiurationeꝫ ⁊ adiu

UVA. BHSC. IyR 068_1

ratione͂ et adiurat filias hierl'm ne ſuſci/tent ſponſam. qui quide͂ tres amplexus cu͂ ſuis adiuratio͂ib' referunt ad diuerſa miſteria. vn͂ p̄m' amplex' fuit incarnationis et hu͂anitatis ſuſceptio͂is. qn͂o xbu͂ etnu͂ fili' dei aſſumpſit et vniuit ſibi illaȝ hu͂anitate͂ pſonalit' in vnitate ſuppoſitali Hu͂c aute͂ amplexu͂ incarnatio͂is memorauit in ca͂tico ſc͂do. cu͂ dixit. Du͂ eēt rex in accubitu ſuo ⁊c̄. Et hoc magis explicauit in fine ca͂tici. cuȝ dixit. Leua eius ſub capite meo ⁊c̄. ſȝ illico ſubdit ſpo͂ſus dicens. Adiuro vos filie hierl'm p capreas ceruoſqȝ campoꝝ. i. p p̄ri'archas ⁊ pphetas ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectam. ſ. hu͂anitate͂ aſſumpta͂ ab vnitate pſonali qua eſt verbo vnita. donc ipa velit. Et adiurat p p̄riarchas ⁊ pphetas eo ꝙ eis fuit ſub jureju͂rādo pmiſſuȝ miſteriu͂ incarnatio͂is/et aduēt9 xpi i carne͂. Hoc aute͂ dicit. q2 qd ſemel xps aſſumpſit: nunꝙ dimiſit. vn͂ lȝ in triduo aīa fuerit a corpore ſeparata p morte͂: tn͂ verbu͂ neutru͂ dimiſit. Sc͂d's aute͂ amplexus fuit filij dei ad eccl'iam de popl'o iſrl'itico te͂pre ſue oſtenſio͂is ⁊ p̄dicationis. q2 tu͂c xps recepit in ſuo amplexu eccl'iam congregata͂ de ppl'o iſrl'itico qn͂o vocauit apoſtolos ⁊ diſcipl'os/⁊ alios fideles d il lo ppl'o ad fide͂. et hoc p p̄dicatione͂ ⁊ miracloꝝ opatione͂. que͂ amplexu͂ memorauit ſpo͂ſa in fine tercij ca͂tici cu͂ dixit. Inueni que͂ diligit aīa mea: tenui eu͂ nec dimitta͂ donec intromitta͂ illu͂ i domu͂ matris mee. ſ. ſynagoge. et in cubiculuȝ genitricis mee. i. plebis iſrl'itice que genuit me ſm carne͂: qd fuit impletuȝ: qn͂o xps miſit apl'os ad p̄dicanduȝ in oe͂m ciuitatem ⁊ locu͂ quo erat ipe ve͂tur': in qua p̄dicatio͂e multos co͂uerteru͂t et baptizaueru͂t vt pȝ luce. xj. Et ſic illa eccl'ia aploꝝ introduxit ſpo͂ſuȝ in domu͂ matris eoru͂ p fide͂. Hoc ide͂ feceru͂t poſt receptionem ſps ſc͂ti. q2 i illa die baptizati ſunt triamilia de illo ppl'o/et multo plures in dieb' ſeque͂tib'. vt pȝ in actib' aploꝝ. Et ſic pȝ ql'r illa ſpo͂ſa introduxit xpm in domuȝ matris ſue: vt amplecteret ea͂ ſpo͂ſus. et ſic ma͂ſit illa eccl'ia in amplexu ſpo͂ſi. Sȝ q2 illa ſpo͂ſa ſemel co͂uerſa nunꝙ receſſit ab amplexu ſpo͂ſi. io͂ ibidem illico ſubdit ſpo͂ſus adiura͂do filias hirl'm dice͂s. Adiuro vos filie hirl'm p capreas ceruoſqȝ campoꝝ ⁊c̄. Tercius amplexus fuit qn͂o xps amplexus eſt eccl'iam de popl'o ge͂tili. qn͂o xps amplexus e͂ ea͂ cuȝ multo fauore put dictu͂ eſt in hoc ca͂tico nono. Ad que͂ amplexu͂ ſequit' tercia adiuratio ad filias hirl'm. ſȝ iſta adiuratio no͂ fc͂a e͂ cu͂ co͂ditio͂ib' ſupdictaꝝ duaꝝ adiurationu͂. Na͂ illa adiuratio fc͂a e͂ per capreas ceruoſqȝ ca͂poꝝ. Iſta aute͂ tercia no͂ put pȝ i l'ra. ca͂ cui' po͂t eſſe iſta. Na͂ lȝ iſta eccl'ia nu͂ꝙ erit ſepata ab a͂plexu ſpo͂ſi fc͂a vna cu͂ eccl'ia ꝯuerſa de plebe iſrl'itica. eo ꝙ lȝ fluctuet ꝯtinue. tn͂ nu͂ꝙ ſubmerget' nauicula petri. tn͂ q2 p̄riarche et pphete no͂ p̄fixeru͂t nec limitaru͂t te͂p' h' eccl'ie a co͂ſtantino et a te͂pre ſue pſpitatis vſqȝ ad ſm aduētu͂ xpi. Ideo ſpo͂ſus no͂ adiurauit filias hirl'm p ca͂pas ceruoſqȝ ca͂poꝝ in hac t'tia adiuratio͂e. Alia ca͂ po͂t eſſe eo q2 pplus ge͂tilis no͂ hu͂it p̄riarchas nec pphetas qui pphetare͂t amplexu͂ h' ſpo͂ſe ad xpm. nec aduētu͂ xpi ad ppluȝ ge͂tilem ſicut hu͂it pplus et plebs iſrl'itica. Ideo hec tertia adiuratio non fit p ca͂pas ceruoſqȝ campoꝝ. Et hoc de nono cantico.

## Sequitur decimu͂ canticu͂.



UVA. BHSC. IyR 068_1

Ue eſt iſta que aſ
cendit de deſerto
Delitijs affluens
Innixa ſuper dilectū ſuū.
Sub arbore malo ſuſcitaui
te. Ibi corrupta ē mr̄ tua
Ibi uiolata ē genitrix tua.
Pone me ut ſignaculum
ſuper cor tuū Et ſignaculū
ſuper brachium tuū Quia
fortis eſt ut mors dilectio
Dura ſic īfernꝰ emulatio.
Lampades eius ut lāpades
ignis atqȝ flammarum.
Aque multe nō potuerunt
extinguere caritatem
Nec flūina obruent illā.
Si dederit hō oēꝫ ſubſtātiā
domus ſue pro dilectione
Quaſi nihil deſpiciet eaꝫ.

Oc eſt decimū ⁊ vltimū can
ticum in quo ſalomon can/
tat proſꝑitateꝫ et pacē eccl'ie
ſpōſe xp̄i ſibi dataꝫ ⁊ ꝯceſſaꝫ
poſt conerſionē conſtātini. in quo q̄tuor
facit. Nā ꝑ̇mo deſcribit quādaꝫ admira
tionē de felici ſtatu huiꝰ ſpōſe. Scđo de/
ſcribit quādā exortationē ſpōſi ad ſpōſā
ne ip̄m obliuiſcat̄ allegādo beneficia ſibi
collata. Tercio memorat ꝓgreſſuꝫ ⁊ cō/
tinuū exerciciū ſpōſe. vt ſatiſfaciat ſpōſo
⁊ reddat vices amoris. Quarto explicat
finale ꝑ̄miū deſideratuꝫ et vltimatuꝫ ter
minū b̄titudīs ſpōſe: vł ponit vocationē
ſpōſe ad ſuꝑiorē felicitatē ⁊ altiorē ſtatū.
ſcđa ibi. Sub arbore malo ſuſcitaui te.
tercia ibi. Soror mea paruula ē. q̄rta ibi
Mille tui pacifici. Quātū ad primū
ergo ſal'on introducit choꝝ adoleſcētula
rū admirātiū ſubitā ꝓſꝑitateꝫ huiꝰ ſpon
ſe. Ad cuiꝰ intellectuꝫ eſt aduertēdum
ꝓut ſuꝑ̄ viſuꝫ eſt. ꝙ iſta ſponſa a ꝑ̇ncipio
ſui. ſ. poſt xp̄i aſcēſionē ſemꝑ fuit afflicta
et abiecta: ⁊ pugnauit ī cāpo cū inimicis
Sꝫ obtēta victoria et triūpho de omnibꝰ
fuit magnificata ꝑ magnuꝫ cōſtantinum
īntātū: ꝙ impator largitus ē ſibi vrbē ro
manā cū toto patrimōio ſibi adiacētī: et
dedit ſibi ſeptuagintaduas ciuitates / et
duo milia opida: vt fertur in ytalia et in
ſuliſ adiacētibꝰ. Et ſic ꝯſtātinꝰ relicta yta
lia in poteſtate ſilueſtri vicarij xp̄i elegit
ſibi ſedē apud bizātum tracie: que poſtea
cōſtātinopolis. i. ciuitas cōſtātini nūcu/
pata eſt. Et ſic exinde oēs reges terre ⁊ ī/
peratores et ꝑ̇ncipatus ſubiecerūt colla
iugo xp̄i et eccl'ie ſponſe ſue. Et ſic eccl'ia
māſit dn̄a mūdi delicijs ſp̄ualibus ⁊ etiā
tp̄alibꝰ affluēs: et māſit innixa et r̄clina
ta in fauorabili amplexu xp̄i ſpōſi ſui. vi
dētes ergo adoleſcentule ⁊ filie hirl'm. i.
minores ciuitates ⁊ opida ad xp̄ꝫ ꝯuerſe
⁊ ſimplices fideles tā ſubitā mutationē
ſpōſe đ aduerſitate ī ꝓſꝑitatē ⁊ de ꝑſecu
tōe ⁊ afflictōe ī copiā delitiaꝝ admirātes
dicunt. Que mulier ē iſta q̄ aſcēdit de de/
ſerto ⁊c̄. In quibꝰ v̄bis tria bona expli
cat q̄ faciunt ad felicē ⁊ ꝓſperē ſtatū huiꝰ
ſpōſe. ꝑ̇mo quia aſcēdit đ deſerto. i. quia
exit de campo pugne et ꝑſecutōis et aſcē
dit ad ſtatuꝫ pacis et felicitatis. Scđo ꝙ
aſcēdit delicijs affluens: ꝑ qđ explicat̄ co
pia ⁊ ſufficiētia bonoꝝ ſp̄ualiū: et tēpora
lia ⁊ plenaria poteſtas ſuꝑ totū orbē tra
dita ſibi a xp̄o ſpōſo ſuo. Tercio dicit̄. ꝙ

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De decimo cantico.

erat innixa ⁊ reclinata ſupra dilectũ ſuũ .ſ. xp̄m ſpōſuꝫ ſuũ. q2 tenebat ipſam am/plexã vtroqꝫ brachio. ſ. tp̄orali et ſp̄uali ꝑ qd̄ denotat̃ eius ſecuritas ⁊ quies ⁊ fauor. Et iō filie hirl'm quas ſpōſus adju/rauerat ne excitarent ſpōſam dormiētē ī ei9 amplexu: vidētes tã ſubitã mutationē ab aduerſitate ī pſpitatē dicūt. Que ē iſta q̄ aſcēdit de deſerto delitijs ⁊ diuitijs affluēs īnixa ſup dilctũ ſuũ. Ad cuius maiorē euidētiã ē notãdũ ꝙ iſta ſpōſa ter exiuit ad oſtēſionē poploꝝ et diuerſimo/de. et iō filie hirl'm tribus vicib9 admirãtes interrogauerũt de ſtatu huius ſpōſe Nam ṗmo aſcēdit ꝑ deſtũ iſrliticũ: ſicut virgula fumi ex arōatib9 mirre ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmētarij. vt dictũ eſt in q̄rto cãtico. qd̄ fuit qn̄o ecclia aploruꝫ pegrinata ē cũ xp̄o ſpōſo ſuo ꝑ totã terraꝫ pmiſſiōis cũ ſignis et virtutib9 et miraculis vt ibi dictum eſt. vt pꝫ ꝑ totuꝫ diſcurſuꝫ euãgelicũ. Et iō filie hirl'm et adoleſcētule. i. oēs ppli terre pmiſſionis admirãtes opa xp̄i mirabilia ⁊ opa diſcipuloꝝ qui etiã ī noīe ieſu xp̄i ſanabãt infirmos ⁊ eijciebãt demōia. vt pꝫ luce. xi. et mat. x. iō dicebãt. Que ē iſta q̄ aſcēdit ꝑ deſtũ ⁊c. Et dicebat̃ illa ſpōſa aſcendere eo q2 xp̄s aſcēdebat hieroſolimã ad cãpum paſſiōis ad crucifigendũ. Scd̄o iſta ſpōſa exijt ⁊ pgreſſa ē ꝑ deſtũ popli gentilis et hoc q̄i aurora ꝯſgens pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtroꝝ acies ordiata ad pugnãdũ pata. vt dictũ ē cãtico octauo. Et iō vidētes eã filie ſyon ⁊ regie ⁊ ꝯcubine laudauerũt eã de fortitudīe ⁊ mirabilib9 actib9 ei9. et admirantes dicebãt. Que ē iſta q̄ pgredit̃ q̄i aurora ꝯſgens ⁊c. put ibi dictũ ē. Et dicebat̃ ſpōſa pgredi ꝑ deſtuꝫ. eo q2 pcedebat et pſeuerabat in ſua ꝯtinua pugna ꝯtra inimicos. Tercio autem quia iſta ſponſa poſt conuerſionem conſtantini exiiut de deſerto pugne et perſecutionis: ⁊ delitijs affluēs innixa ſup dilectum ſuũ ſponſum aſcēdit in tam altũ culmen dignitatis et pſperitatis. Ideo filie hierl'm admirant̃ dicentes. Que ē iſta q̄ aſcēdit d̄ deſerto ⁊c. Filie ergo hierl'm de pplo iudayco mirabant̃ ī q̄rto cantico virtutes et mirabilia opa huius ſpōſe q̄ fiebant in noīe xp̄i ſpōſi ſui. Sed in octauo cantico filie hirl'm. i. cōuerſi de pplo gētili mira/bant̃ fortitudinē et multiplicē pugnaꝫ et victoriã huius ſpōſe ꝯ inimicos. In ṗncipio aũt hui9 decimi cantici admirantur eius pſperũ et felicē ſtatũ. eo modo quo dctū ē. Fuit ergo iſta ſpōſa illico poſt xp̄i aſcēſionē et ſp̄us ſcti miſſionē q̄ſi aurora cōſurgēs a nocte legis et tenebris ydolatrie. poſtea creſcēdo fuit pulchra ut luna poſtea magis lucida incipiēs habere doctores facta ē electa ut ſol. poſtea tp̄re impatoꝝ pſeq̄ntiũ facta ē t'ribilis ut caſtroꝝ acies ordinata ad pugnandũ cōtra eos ⁊ oēs alios inimicos. ſed hita victoria d̄ oīb9 facta ē ꝑ cōuerſionē cōſtantini diuitijs et delitijs affluēs innixa et reclinata ſup dilectũ ſuũ tanq̄ dn̄a mundi. It iſta ſpōſa fuit q̄ſi aurora ꝯſurgēs in lege nature et pulchra ut luna in lege veteri. ſed fuit electa ut ſol in xp̄i aduentu. ſed fuit t'ribilis ut caſtroꝝ acies ordinata in tp̄re pſecutionũ. ſed fuit delitijs affluens ⁊ innixa ſup dilectũ poſt cōuerſionē cōſtantini Et hoc ē qd̄ intēdit dicere ſalon ī hac prima parte. Deīde cũ dicit. Sub arbore malo ſuſcitaui te ⁊c. Introducit̃ ſpōſus ad exortãdã ſpōſam ne ingrata obliuiſcat̃ amoris ſpōſi ⁊ beneficioꝝ receptorũ. Ad cui9 itellectũ ē aduertēdũ ſicut frequēter dictũ ē. ꝙ oīa bona q̄ poſſidet

UVA. BHSC. IyR 068_1

ecclia emanāt ex paſſiōe xpi. Et hoc tam
bona tēporalia ꝙ̄ ſpūalia: nā manifeſtuꝫ
eſt ꝙ oīs virtus et grā ſacramētoꝝ traxe
runt virtutē ex paſſione xpi. Et oīa dona
ſpūs ſcti q̄ dant̄ in cōfirmatiōe dant̄ ꝑ me
rita paſſiōis xpi. Et oīa merita xpi: que
diſpenſat ecclia ꝑ indulgētiaꝝ largitionē
emanāt ex paſſione xpi. Et ſic ē dicēdū de
oībꝰ bonis ſpūalibꝰ. Et nō ſolū bona ſpi
ritualia: ſꝫ etiā bona tēporalia data ſunt
eccleſie propter merita paſſionis chriſti.
Nam ꝯſtantinus vt infra patebit dota/
uit eccliaꝫ magna copia bonoꝝ tp̄oraliū
vt fieret particeps et cōſeqret̄ merita paſ
ſiōis xpi. Et ſic oēs reges ⁊ p̄ncipes xpia
noꝝ edificarūt ecclias ⁊ ditarūt eas. mul
ti milites ⁊ ciues inſtituerūt beneficia in
ecclia vt participarēt merita paſſiōis xpi
Et ſic ē dicēdū de oībꝰ elemoſinis ⁊ obla
tiōibꝰ ⁊ decimis ⁊ ꝓmiciꝭ q̄ dātur ecclie
Sꝫ qꝛ talia bona adeptꝰ ē nōb xꝰ in arbore
crucis. iō dicit xp̄s ad ſpōſaꝫ: ꝙ ſub arbo
re malo ſuſcitauit eaꝫ a morte eterna. et
in arbore crucis ſuſcepit ꝓ ea mortem et
paſſiōꝫ ⁊ adeptꝰ ē copiā et ſufficiētiā me/
ritoꝝ ⁊ bonoꝝ ſpūaliū ⁊ tp̄aliū ad ditā
dū ⁊ magnificandū ip̄aꝫ. iō ex copia tan/
toꝝ bonoꝝ nō debet ſupbire: nec extolli
nec poſita ī tāta felitate debet ſpōſū obli
uiſci: nec ab eius amore recedere. qꝛ in ar
bore crucis caro p̄cio ſui ſanguinis rede
mit eā ⁊ a morte eterna ſuſcitauit. et īnu
meris bonis ditauit. Et ꝑ ꝯn̄s ſpōſa ſem
per memor tātoꝝ bn̄ficioꝝ debet vices
amoris rependere. qꝛ amor nō niſi equali
amore ꝯparat̄ et ꝑſoluitur. Sꝫ maioreꝫ
dilectionē nō potuit xp̄s oſtēdere ſponſe
ꝙ̄ mori ⁊ pati ꝓ ea: ⁊ facere eā ꝯſotiā et
participē ⁊ ꝯſortē ſuoꝝ meritoꝝ et fruc/
tuū eoꝝ. ergo ſpōſa nō poteſt recōpēſare
nec rependere vices tāte dilectiōis: niſi ꝙ
moriat̄ ꝓ xp̄o vel eiꝰ p̄cepta et volūtateꝫ
obſeruet. Dicit ergo ſpōſus: o ſpōſa nō
ſupbias nec te extollas ī ſupbiā ⁊ fauſtū
eo qꝛ poſita es in tam alto culmīe digni
tatis: ⁊ copia bonoꝝ et delitiaꝝ et ī tam
ꝓſpo ſtatu. qꝛ hoc non hēs ex natura tui
nec genere tuo. qꝛ ex adā et natura cor/
rupta: nō hēs niſi malū puta morte tam
tēporaleꝫ: ꝙ̄ eternā. Et ab eis nō traxiſti
niſi oēꝫ miſiā ⁊ infirmitatē. a me autē ha
bes oēꝫ grāꝫ et ſalutē. qꝛ ſub arbore ma/
lo ſuſcitaui te a morte peccati ⁊ omni mi
ſeria. vnde malus eſt quedā arbor fructi
fera excellens in fructu ſup oēs arbores
ſicut dixit ſponſa in cantico ſc̄do. Sicut
malus int̄ ligna ſiluaꝝ: ſic dilectꝰ meꝰ int̄
filios. In hebreo aūt habet̄. Sub pomo
ſuſcitaui te. Et iō ꝑ malū ſiue pomū ītel/
ligit̄ arbor crucis. q̄ ꝓtulit nobis fructꝰ
incōparabiles meritoꝝ ſub q̄ arbore cru
cis xꝰ ſuſcitauit totū genꝰ hūanū a morte
etna. vn̄ ſicut adam comededo fructū ꝓ/
hibitū ſub arbore ſcīe boni et mali p̄cipi/
tauit totū genꝰ hūanū in mortē. vbi cor/
rupta et ſauciata fuit tota hūana natura
mat̄ nr̄a vn̄ trahimꝰ originē. Ita ꝑ oppo
ſitū xꝰ guando obedietiā p̄ris guſtando ī
cruce amaritudinē paſſiōis: ſuſcitauit ge
nꝰ humanū a morte etna: ⁊ ſanauit ab oī
infirmitate et miſeria. Ideo dicit xꝰ ſub
arbore malo. i. ſub arbore crucis ſuſcita
ui te/quia ſuple ibi. i. ſub arbore ꝓhibita
corrupta ē tota natura mr̄ tua. Et ibi. ſ.
in paradiſo treſtri ſub eadē arbore viola
ta ē nat̄a mr̄ tua. nā volūtas q̄ ante erat
libera facta violata ꝑ carnē et ſenſualita
tē corruptā: q̄ſi violat̄ et cogit̄ violētia cō
placētie ad peccanduꝫ et oē nephas ꝑpe/
trandū. quia manet ꝓna ad malū et cuꝫ
violētia et difficultate facit bonum. quia
regnū celoꝝ vim patit̄ ꝓpter corruptōꝫ

UVA. BHSC. IyR 068_1

nature et violenti rapiunt illud. Et ideo quia iſta litera eſt trãſpoſita debet ſic ordinari in ꝯſtructiõe. ſ. q2 ibi. ſ. in paradiſo terreſtri ⁊ horto deliciaꝝ ſb arbore ꝓhibita tota natura mater tua fuit corrupta. qñ ꝑmi parẽtes comederũt fructuꝫ ꝓhibitũ. et ibi fuit violata. i. violenter expoliata genitrix tua oĩbꝰ bonis gratuitiſ qñ adã volẽs deſcẽdere ab hiꝛl'm ĩ hyerico incidit ĩ latrones qui ipꝫ expoliauerũt ⁊ ſauciauerũt ⁊ ſemiuiuo relicto abierũt. Ideo ego ſumẽs te ſup humeꝝ meum ſuſcitaui te ſub arbore crucis ⁊c. q2 ibi in arbore crucis germinaui fructꝰ meritoꝝ ad ſanãdũ vulnera tua ⁊ ad ſuſcitãdũ te a pctõ p baptiſmũ ⁊ cetẽa ſacramẽta. Itẽ aliter põt intelligi iſta lr̃a referẽdo li mater tua ad ſynagogã ⁊ legẽ veterem ⁊ gẽtilitatẽ: et li genitrix tua ad preſentẽ eccl'iaꝫ. quaſi dicat. O ſpõſa ego te ſuſcitaui ſub arbore crucis. et ibi in cruce corrupta et mortua et extincta ẽ mat' tua ſynagoga ſimul cũ lege moyſi. q2 mecuꝫ fuit crucifixa ⁊ mortua ⁊ ſepulta. et etiã genitrix tua. ſ. gentilitas ibi fuit violata cũ ſuis ſupſtitionibꝰ. q2 ibidẽ fuit diabolus ꝯuictus ⁊ de ppl'o gẽtili violẽter eiectus ⁊ fugatus. Alia autẽ trãſlatio ſm hebreã hẽt ſic. ſ. ibi corrupta eſt mater tua ibi violẽter parturiuit te genitrix tua. et tũc explicat' maius ſacramentũ. Nã ſub arbore crucis xp̃s ſuſcitauit nos a morte eterna: quã incurrimꝰ in adã ꝓpter eſuꝫ ligni ꝓhibiti. Et ibi. ſ. ĩ cruce xp̃i corrupta ⁊ mortua eſt mater nr̃a tã gẽtilitas: ꝙ ſynagoga. ſꝫ ibidẽ crux q̃ ẽ mater nr̃a cuꝫ magna violẽtia ⁊ dolore xp̃i pepit ⁊ parturiuit totã eccl'iã ſpõſam ex latere xp̃i. Crux ergo ſiue caritas xp̃i q̃ ẽ mater nr̃a parturiuit nos cũ violẽtia ⁊ dolore p latꝰ xp̃i. Et ſic vtraqꝫ expoſitio ẽ ſatis conformis litt'e ⁊ catholice fidei ⁊ ỹitati. Et iõ ſubdit ſpõſus dicens. Pone me vt ſignaculũ ſup cor tuũ: q̃i dicat. Si ita ẽ ꝙ ego te ſuſcitaui ſub arbore crucis a duplici morte quã incurriſti in adã. et fui clauis in manibꝰ clauatus: et lancea ꝑforatus ĩ latere. et ex latere meo parturiui te cuꝫ ĩmenſo dolore ⁊ violẽtia. et ꝓ te fui vulneratꝰ et ferro et flagellis ſignatꝰ ĩ toto corpore. ergo pone me vt ſignaculũ ſup cor tuũ p fidẽ ⁊ caritatẽ. et vt ſignaculuꝫ ſup brachiũ tuũ p opationẽ ⁊ effectũ: ſic ego te dilexi p affectuꝫ ⁊ effectuꝫ. q̃i dicit ꝙ ſi deꝰ p̃cipit filijs iſrl' vt portarẽt ſigna legis ĩ fronte / ⁊ digito / ⁊ manu. eo ꝙ liberauerat eos de egipciaca ſuitute et de manu pharaonis ĩ mari rubro. ergo maiorẽ cauſaꝫ hẽs tu portãdi ſignaculũ mee paſſiõis ĩ corde p affectũ et ĩ brachio per effectũ. vñ hoc dicit q2 nõ ſufficit portare nomẽ xp̃i ĩ ſolo corde: ſꝫ etiã ĩ ore ⁊ ope ipm publice ꝯfitẽdo ⁊ p̃dicãdo: ſicut ipe publice ꝓ nb' ĩ cruce paſſus. Et iõ corde credit' ad iuſticiã: ꝯfeſſio autẽ oris fit ad ſalutẽ. Et reddit cauſaꝫ q̃re tenemur ipꝫ corde diligere: ⁊ ore ⁊ ope ꝯfiteri dicẽs. Quia fortis eſt vt mors dilectio. q̃i dicat ꝙ tãtũ fuit fortis dilectio ⁊ caritas quã in corde erga vos geſſi ⁊ opere oſtendi ꝙ vſqꝫ ad mortẽ crucis me ſpõte exhibuit. Et emulatio fuit dura vt ĩfernus. i. tãtũ fuit dura emulatio. i. ſtimulus amoris erga vos ꝙ me fecit ĩ infernũ deſcẽdere: vt exinde antiquã p̃dã repeterem: et fideles veteris teſtamẽti liberarẽ. Fuit ergo illa emulatio dura ⁊ laborioſa. Et nõ ſolum liberaui illos preſcitos de inferno. ſꝫ oẽs iuſtos futuros p̃eripui ne in illũ locũ deſcenderẽt. Ergo maior fuit iſta libatio totius generis hũani ab eterna morte ⁊ ſeruite ſpũali: ꝙ fuit liberatio iſrl' de egipto

UVA. BHSC. IyR 068_1

et ſuitute tꝑali. in hebreo aũt hẽt. Dura vt infernus īuidia. Et tũc eẽt ſenſus ꝙ inuidia qua iudei occiderũt xp̄m ꝓ nb̄ fuit dura ⁊ crudelis: ſicut pena inferni: ſiue ꝙ pene quas xp̄s ꝓ nb̄ paſſus ē ex īuidia iudeoꝝ fuerũt dure ⁊ crudeles: ſicut dolores īferni. ſ; forſan magis eſt ꝯformis trāſlatio nr̄a cũ ſupiori expoſitōe. eſt ꝟũ ꝙ ſicut hoc nomē ſtimulus ſiue emulatio apud nos ē equiuocũ ad amorē ⁊ ad inuidiam ſiue odiũ. ita pꝛiꝰ vocabulũ poſitu; in hebreo. ſed iudei moderni accipiũt et ꝓnũciant alterā ſignificatiōe;. Sed ſignificatio quā accipit ſupior expoſitio videt magis ꝯformis ut dc̄m ē. quia illa dilectio ⁊ caritas q̄; xꝰ geſſit erga nos duxit ip̄m uſq; ad morte; crucis. Et ille ſtimulus amoris fecit ip̄m deſcendere uſq; ad infernũ ad p̄dam antiquā repetēdā et infernũ expoliandũ. Et iō ſubdit. ꝙ lāpades eiꝰ. ſ. dilectiōis et ſtimuli amoris q̄s erga nos geſſit: fuerũt ſicut lampades et faces et ardores ignis atq; flāmarũ. q̄ſi dicat: ꝙ ſicut ardor ignis ⁊ flāme totalit cōburunt et cōſumũt facē et lignũ et carbonē. Ita ignis ⁊ ardor caritatis totalit cremauit xp̄m tanꝙ verũ holocauſtu; in ara crucis ꝓ nobis. quia tantũ fuit copioſa apud eũ redēptio: ꝙ totũ ſanguinem ꝓ nobis effudit et exhauſit. Et iō ſubdit ꝙ tantu; fuit fortis ille ignis et ardor et flāma caritatis: ꝙ aque multe nō potuerunt extinguere caritatē. i. ꝙ nulle mine nec ꝑſecutiōes/nec tormēta/ nec flagella nec mors potuerunt extinguere caritatē et amorē quin ꝓ nobis xꝰ moreret. et per ꝯñs ille ignis et ardor caritatis fuit maior et fortior quocũq; igne matiali. quia nō ē ignis nec flāma tam grādis quin extinguat ꝑ multā aquā. Itē nec flūina ire ⁊ ꝑſecutionũ obruerũt illā caritatē. Nā ē aduertēdũ ꝙ ꝑ aq̄s multas intelligit ꝑſecutiōes q̄s xꝰ paſſus ē in ſua ꝑegrinatione ante mortē et paſſiōe;. qꝛ multas īiurias et obꝓbria et labors paſſus ē. ut p; ꝑ totũ diſcurſum euangelicũ. q̄ quidē ꝑſecutōes ⁊ labores nũꝙ potuerũt extinguere caritatē eiꝰ nec retraxerũt eum ab incepto ope redēptiōis. Ite; ꝑ flumina intelligit ira; ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ ⁊ poteſtatē pilati gerētis vices impatoris. Sȝ nunc iſta flumina potuerunt obruere et ꝓſternere illa; caritatē. ergo fuit fortior et firmior ⁊ immobilior illa caritas xp̄i quā q̄l; tris vel domꝰ ſita iuxta flumīa. qꝛ nō ē turris tā fortis ſita iux flumina quin corruat ſi illa flumīa exceſſiue inundāt. Sȝ caritas xp̄i nunꝙ potuit corruere nec obrui ꝑ violētiā ⁊ īundationē ꝑſecutionũ ſcribaꝝ ⁊ ſacerdotũ nec īpatorie ꝑtatis quā pilatus exercebat. qꝛ mors ⁊ paſſio xp̄i miniſtrata ꝑ eos nō potuit retrahere xp̄m ab ardore caritatis. Et idō ꝯcludit xp̄s ꝙ maiorē caritatē nemo poterat oſtēdere ꝓ amico: ꝙ ip̄e oſtēdit pro nb̄. nā nō dedit ꝓ nb̄ bona tꝑalia ⁊ bona fortune: ſ; dedit ꝓ nob̄ ſeip̄m ad morte;. qꝛ maiorē hāc dilectiō; nemo hēt: vt aīa; ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. io. xv Et iō ſubdit ꝙ ſi dedrit homo oē; ſubſtātiā ſuā ꝓ dilectiōe: qi nihil deſpiciet illa; q̄i dicat. ꝙ nō ſunt ꝯparāda bona tꝑoralia ad vitā hoīs. Nā ſi homo dederit oē; ſubſtātiā ſuā. i. oēs diuicias ⁊ bona tēporalia ꝓ dilectōe vnꝰ amici. qi nihil deſpiciet ea; ſubſtātiā ⁊ bona tꝑoralia reſpectu illius qui dat ſeip̄m ⁊ vita; ꝓ amico. qꝛ multi dāt ⁊ offerũt bona tēporalia ꝓ amicor: ſ; nolunt dare vitā ſuā: nec mori ꝓ eo; ⁊ ſic magis diligũt ſeipos ꝙ bona tēporalia nec amicu;. qꝛ pelle ꝓ pelle et cuncta q̄ homo hēt dabit ꝓ aīa ſua. vt p;

UVA. BHSC. IyR 068_1

job ꝑmo. Sȝ xᵒ oīa bona tꝑalia dedit ꝓ
nob̄ qꝛ pauꝑ venit ī hūc mūduȝ ⁊ pauꝑ
voluit viuere: ⁊ vt nos diuites faceret in
ſuo regno. Jtē magis dilexit noſ: q̄ꝫ vitā
ſuā. qꝛ ſe ip̄m ⁊ vitā ſuā obtulit ad mor/
teȝ ꝓ nob̄: vt nos viuificaret: et a morte
liberaret. Ex quibꝰ pȝ qualr̄ caritas xp̄i
excessit oīa bona mūdana ⁊ oēȝ dilectiōȝ
alioꝝ. Et iō dicit. ꝙ ponamus hāc ſuā ca
ritatē ⁊ mortē ⁊ paſſionē et eius nomen
⁊ legē euāgelicā in corde nr̄o ꝑ affectū et
in brachio nr̄o tanq̄ꝫ ſignaclꝫ ꝑ opatiōȝ
⁊ effectū. hāc autē caritatē īpartiuit xp̄s
martiribꝰ ſuis: qui pro eo reddēdo vices
amoris paſſi ſūt carceres ⁊ tormēta vſqȝ
ad mortē. Et iō ſicut cōmēdat ſuā carita
tē erga nos: ita cōmēdat caritatē martiꝝ
⁊ alioꝝ ſc̄toꝝ erga ip̄m. Sȝ forſan etiam
impropat ī hoc loco īgratitudinē malis
p̄latis et xp̄ianis. qui ſaginati pīguedine
⁊ copia bonoꝝ tꝑaliuȝ: q̄ ex meritis xp̄i
crucifixi poſſidēt elati ī ſupbiā ꝯtennunt
xp̄m ⁊ bona ſp̄ualia. ⁊ ꝯuertūtur ad tē/
poralia. ꝙ forſan jam tūc ꝓuidēs ſalōn ī
ſp̄u ꝓphetico jaȝ ī pſona xp̄i īpropat in/
gratitudinē malis xp̄iāis ⁊ p̄latis et etiā
regibꝰ et ꝑncipibꝰ. qꝛ oīs ꝑtas deriuatur
a xp̄o crucifixo. cui data fuit a patre in
celo et in terra. mathei. xxviij.

**Soror nr̄a paruula Et ubera nō habet. Quid faciemꝰ ſorori nr̄e In die quando alloquenda eſt Si murꝰ ē edificemꝰ ſuper eū propugnacula argētea. Si hoſtiuȝ eſt cōpingamus illud tabulis cedrinis.**

**Ego murus et vbera mea ſicut turris Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.**

Uia ſupius ī ꝑma parte huiꝰ cā
tici xp̄s explicādo beneficia que
nob̄ ꝯtulit: ⁊ caritatē quā nob̄
oſtendit exortatꝰ eſt ſpōſam: vt redderet
ſibi vices amoris dicens. Pone me vt ſi/
gnaculū ſuꝑ cor tuū ⁊c̄. Nūc autēȝ ī hac
ſc̄da pte explicat quibꝰ modis debet ſpō/
ſa reddere ſibi vices amoris. Ad cuiꝰ
intellectū eſt aduertēdū ꝙ oīa p̄cepta ca/
ritatis reducūtur ad duo. ſ. declinare a
malo ⁊ facere bonū. vñ deꝰ ī lege veteri
⁊ noua nil aliđ querit a nob̄. Jdeo ait ꝑ
os dđ pſalo. xxxij. Declina a malo: ⁊ fac
bonū. Et nil aliud xp̄s querit a nob̄: niſi
vt reddamus ſibi vices amoris. Sȝ qꝛ ne
mo poteſt declinare a malo: niſi virilr̄ re
ſiſtat tēptationibꝰ mūdi/ et carnis/ et dia
boli. Et nemo poteſt opari ſiue facere bo
nū: niſi exercēdo opa mīe erga ꝓximuȝ:
et opa latrie erga deū. iō ſpōſus duo fa/
cit ī hac pte. Nā ꝑmo exortat̄ ſpōſaȝ: vt
declinet a malo cōtinue pugnādo ⁊ reſi/
ſtēdo mundo ⁊ carni/ ⁊ diabolo. Et hoc
oſtēdit ⁊ precipit methaforice inq̄ntū ec/
cl̄ia eſt quoddā opidū et p̄ſidiū ſiue ciui/
tas bene munita in qua fideles ſemꝑ pu
gnāt ꝯtra inimicos obſidētes ⁊ infeſtan/
tes eam. Sc̄do exortatur ſpōſaȝ ad bene
opandū ⁊ exercēdū opa mīe erga ꝓximū
⁊ opa latrie erga deū. inq̄ntū eccl̄ia eſt q̄
dā vinea ī qua oēs diuerſimode laborāt
ꝓ vltimo p̄mio adipiſcendo ⁊ fructū paſ
ſionis conſequēdo ⁊ lucrādo. ſc̄da pars
erit ibi. Uinea fuit pacifico. Quātuȝ
ad ꝑmū eſt aduertendū. ꝙ eccl̄ia nouiter

UVA. BHSC. IyR 068_1

cõuerſa de poplo gētili tpe cõſtātini dic ta ē paruula. eo qꝛ tūc erat nouicia ī fide Et iō dicebat nō hēre mamillas ſapientie ⁊ itelligētie ſacre ſcripture: qꝛ veniēs no uiter ex ſuperſtione gētiliū et curioſitate philoſophoꝝ nōdū nouerat ſcripturas ſacras vtriuſqꝫ teſtamēti: nec aſcenderat ad arcē euāgelicā vere ſapīe p xp̄m edifi catam. vñ ſicut dictū ē in quarto cātico ſacra ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamēti et ītel ligētia ei⁹ dñr duo vba ecclie q̄ ꝯtinue ꝓ pināt lac doctrine ⁊ gratie ſacramētoꝝ. Itē ibidē altitudo ⁊ ſublimitas euāgeli ce intelligētie dr collū ecclie et turris dd edificata cū ꝓpugnaculis ex qua pendēt mille clipei ⁊ oīs armatura fortiū. Ecclia ergo dr hēre vba inq̄ntū hēt ſapiā euan gelicā ⁊ grām ſacramētoꝝ ad nutriēdos filios. Et dr turris munita inq̄ntū ē ele uata: et attigit ardua ⁊ ꝓfunda et hēt ar ma ſapīe ad repellēdos icurſus inimico rū. quā quidē turrim xp̄s qui ē ſapīa pa tris in ecclia edificauit. Vñ dr puer. ix. ꝙ ſapīa edificauit ſibi domū. i. eccliam ⁊ excidit colūnas ſeptē. i. ſeptē ſacramen ta ſup q̄ ſuſtētat ecclia et ſeptē dona ſpē ſcti ad defendēdū eā. Et miſit ancillas ſu as. ſ. aplos ⁊ doctores et p̄dicatores: vt ſimplices et infimos vocarēt ad arcē et ad menia ciuitatis. et ſubdit. Si quis eſt paruulus: veniat ad me. Ex ſupdictis pꝫ ꝙ ecclia nouiter ꝯuerſa de poplo gentili tēpore ꝯſtātini paruula erat. qꝛ nōdum attigerat arcem ſapīe qꝛ nouiter erat vo cata ad arcē p ſilueſtrū ⁊ alios p̄dicato res. Et ſic nō dū ipa hēbat mamillas ad ꝓpinādū lac ceteris. ymo btūs ſilueſter et ceteri prelati eccleſie propinabant ſibi mamillas ad ſugēdū. Cū ergo iſta ſpōſa ſoror xp̄i tunc nouiter conuerſa eēt par uula ⁊ inermis ⁊ infirma ⁊ nouicia non habens mamillas lactis euangelici ad p̄bēdū ceteris: tunc ſpōſus ei⁹ x⁹ illico poſt cōuerſionē cōſtātini p̄buit ſibi copiā doc toꝝ ex nouit cōuerſis. ſicut fuerūt criſo ſtomus et euſebi⁹ et athanaſi⁹ ⁊ baſilius apud grecos. et ambroſi⁹ et hieronim⁹ ⁊ auguſtin⁹ apud latinos. in quib⁹ abunda uit copia lactis vñ oēs accepim⁹. Et tunc illa ſpōſa iam facta ē ꝑuecta hñs mamil las ſapīe. Itē ipē x⁹ qui ē ſapīa p eoſdem doctores edificauit arduā et mūitiſſimā arcē in ecclia ad tuēdos fideles et rpellē dos īfideliū et oīū īimicoꝝ icurſus. nā oēs libri quos aug⁹. ⁊ ceti doctores ſcrip ſerunt non ſunt niſi q̄dā arma defēſiua ad tuēdos fideles contra inimicoꝝ incur ſus et ſunt q̄dam vbera ad eoſdē nutriē dos. Sed quia iſti doctores tanq̄ an cille diuine ſapīe cōtinue clamitant et uo cant paruulos ut veniant ad arcē vt ibi tueant et comedant panē et bibant vinū qd diuina ſapīa miſcuit in mēſa. Idō op portet ꝙ iſta turris munita et ciuitas al tis menib⁹ murata habeat hoſtiū p quod introducat puulos ad arcē ⁊ ciuitatē. Et ſic eccleſia dr arx et turris ardua et altiſ ſima hñs lac ad nutriēdū et ꝓpugnacula ad defēdēdū et oſtiū ad introducēdū fide les et paruulos ad arcē. q̄ oīa data ſūt ec clie p xp̄m ſpōſum ſuū. Et hoc ē qd intē dit dicere ſalon in hac pte. vñ ait ſpōſus ad angelos ſodals ſuos: ſoror nr̄a ecclia nouit cōuerſa de poplo gētili quā nouit nobis in coniugium ſociauim⁹: puruula ē ⁊ nouicia ī fide. Idō mamillas lactis intelligētie noui ac ve. teſ. nōdum hēt. qꝛ nō fuit nutrita et lactata niſi curioſitate philoſophoꝝ ⁊ ſupſtitiōe ydoloꝝ. Quid ergo faciem⁹ ſorori nr̄e ī die q̄ño alloquē da ē. ſ. q̄ño erit de fide et ītelligētia ſacre ſcripture interrogāda ⁊ ad diſputādum

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De decimo cantico.

ꝯ hereticos vocāda ⁊ ad expugnādos et
extirpādos et eliminādos eos ab eccl'ia
concitāda. q̄i dicat: oportet vt ſibi p̄bea
mus auxiliū. et ex paruula et inermi fa/
ciamus eā magnā ⁊ fortē ⁊ altā. Et mu/
niamus eā altis muris ⁊ menibꝰ ⁊ turri
bus ⁊ ꝓpugnaculis. et iō ſi ꝑ qꝛ. qꝛ mu/
rus eſt. i. qꝛ eā muris ⁊ menibꝰ muniui/
mꝰ ⁊ ſepſimus: edificemus ſup eū ꝓpu/
gnacula argētea. i. impatores ⁊ p̄ncipes
ad defendēdū eccl'iam armis ſecularibus
ꝯtra īcurſus īfideliū. vt illi qui ante erāt
eccl'ie ꝑſecutores ⁊ impugnatores ſint eiꝰ
defenſores et fautores. vt impatores et
reges t̄re: qui ꝓpter ydola ꝑſequebātur
ante xp̄ianos: nunc ad fidē ꝯuerſi deleāt
ydola ꝓpt̄ xp̄z et fabricēt nouiter eccl'ias
in honorez xp̄i et tēpla ydoloꝝ in eccl'ias
xp̄i faciāt ꝯſecrari. Itē ſi ꝑ qꝛ hoſtiū eſt
. i. feci eā hoſtiū: vel feci hoſtiū ī ea ad in/
troducēdos fideles ad arcez eccl'ie et me
nia ciuitatis. iō ꝯpingamꝰ ⁊ ꝯiūgamus.
et claudamus illō tabulis. i. portis cedri
nis. i. faciamus ſibi portas cedrinas: qui
ſunt doctores ⁊ p̄lati et miniſtri eccl'ie: q̄
ītroducūt paruulos et ſimplices ī eccl'iā
ꝑ eccl'iaſtica ſacramēta. Un̄ doctores et
p̄dicatores vocāt paruulos ad arcē ſuis
ſcriptis ⁊ p̄dicatiōibꝰ. ſ̄z p̄lati et miniſtri
⁊ ſacerdotes introducūt eos ꝑ oſtiū mi/
niſtrādo eis eccl'iaſtica ſacramēta. Et
nota ꝙ prelati ⁊ doctores et miniſtri ec/
cl'ie dn̄r porte eccl'ie inq̄ntū ītroducūt bo
nos ī eccl'iā ⁊ excludūt malos ꝑ eccl'iaſti
cā poteſtatē. ſ̄z dn̄r porte cedrine quo ad
quatuor ꝓꝑetates et ꝯditiōes quas debz
hēre oīs bonꝰ prelatꝰ ⁊ miniſter eccl'ie. ſi
cut hēt cedrus. Naz q̄tuor ꝓꝑetates hēt
cedrus. Primo enī ē arbor altiſſima ſup
oēs alias. Scd̄o qꝛ ē odorifera. Tercio ī/
corruptibilis et īmunis ab omni tinea.

Quarto qꝛ fugat et interficit ſerpētes et
omne aīal venenoſuz fugat. Has er/
go q̄tuor ꝓprietates debet hēre oīs bonꝰ
prelatꝰ ⁊ miniſter eccl'ie. Primo ꝙ ſit al
tus ī ſciā ſacre ſcripture: vt ſciat inuigi/
lare ſup gregē ⁊ vocare puulos ad eccl'iā
ꝑ ſacraz doctrinā. Scd̄o ꝙ redoleat fra/
grantia et odorem virtutū et bone fame
⁊ vite vt nō ſolū v̄bo ſ̄z potius exemplo
vite diſcant et ſeq̄nt̄ ipm ſimplices et mi
nores. Tertio ꝙ ſit incorruptꝰ et mundꝰ
ab oī vicio ne alios inficiat. Quarto ꝙ
hēat eccl'iaſticam p̄tatē ut ꝑ eccl'iaſtica ſa
cramēta oē venenuz pc̄toꝝ extinguat. et
hereticos et obſtinatos et incorrigibiles
mucrone excoīcatiōis excludat. Tales er
go p̄lati et eccl'ie miniſtri dn̄r porte cedri
ne ipius eccl'ie. Sed oīa munilia et bona
ſp̄ualia ſupdcta r̄cepit eccl'ia a xp̄o ſpōſo
ſuo poſt cōuerſionē magni cōſtantini. qꝛ
tunc facta fuit turris altiſſima et mūita
et inexpugnabilis et ſecura. iō dicit ſpō/
ſa. Ego murꝰ. i. facta ſuz murꝰ et ciuitas
et turris bn̄ murata. et v̄ba mea fc̄a ſūt
ſicut turris. quia p̄lati nō ſolū nutriunt
fideles lacte ſacramētoꝝ et doctr̄ne ſacre
ſcripture: ſed et defēdūt fideles et eccl'iaz
cōtra hereticos. et ſic nō ſolū ſunt vbera
ad lactandū: ſed turris ad defendēdū. qꝛ
ꝑ eandē doctr̄nā nutriunt et defendūt fi/
deles ⁊ puos cōtra magnos hereticos ⁊
infideles. Et oīa iſta habui repiens quaſi
pacē corā eo. ſ. ſpōſo meo xp̄o ꝑ conuer
ſionē ꝯſtātini ⁊ alioꝝ impatoꝝ ⁊ reguz.
qꝛ ex quo fc̄a ſum liba corā eo q̄i pacez
et quietē repiēs libata ex p̄teritis ꝑſecu/
tionibꝰ ⁊ afflictiōibꝰ. Ego iā ſuz murꝰ. i.
ciuitas bene murata et munita. ⁊ vbera
mea fc̄a ſunt turris altiſſima ⁊ fortis ⁊
preſidiū munitiſſimū Et nota ꝙ notā
ter dicit. q̄i pacē repiēs. qꝛ l̄z iſta ſponſa

UVA. BHSC. IyR 068_1

repierit pacē quieſcēdo a pſecutione ydolatrax ⁊ gētiliuʒ: tñ nō quieuit ſimplicit et abſolute ab omni pugna ⁊ pſecutione q₂ paulo poſt ↄſtātinū incidit ī pſecutionez hereticox maxime arrianox q̄ pſecutio fuit ſeuiſſima ⁊ atrociſſima p vuādalos in affrica: et p gotos ī europa. ſ. ytalia et yſpania et p cōſtatium impatox et juſtinā ī ytalia ⁊ grecia. vt pȝ ī ecc̄ſiaſtica yſtoria. Oȝ poſtea ſurrexit ſecta machometica q̄ atroti⁹ et vehemēti⁹ vexauit ⁊ ↄtinue infeſtat ecc̄liaȝ. et ſic ecc̄lia tanq̄ turris munitiſſima ſemp pugnat cōtra inimicos. Ulterius eſt aduertēdū. ꝙ tota iſta particula pōt ītelligi ⁊ exponi moraliter ⁊ miſtice referēdo ad naturā corruptā. Uñ ſup̄ dixit ſpōſus ꝙ tota natura mater nr̄a fuerat corrupta quo ad ſenſualitatē ⁊ potētias naturales ſub arbore ꝓhibita. et ꝙ ibi fuit violata. i. ab omnib⁹ bonis gratuitis ⁊ habitib⁹ originalib⁹ violēter expoliata. Et ſic māſit prona ad omne malū/ et inepta ad bonū faciendū. Et ſic māſit paruula et infima nō habēs mamillas ad eliciēdū ex ſe lac alicuius boni opis. Et māſit ī bellis q₂ diabolus ⁊ aper de ſilua deſtruxerat ſepem et murū ei⁹. Et iō iſta reſiſtere non poterat diabolo nec mūdo nec carni: niſi p grām xp̄i ⁊ ei⁹ ſacramēta muniret et armaret. Et iō xp̄s repiēs eā ſicut paruulaȝ et expoliatā et inermeȝ et ībelleȝ muniuit eā muro ſacramētox: et armis virtutū. Et hoc ē ꝙ dicit. vñ ait ſpōſus de ſponſa. ꝙ ſponſa et ſoror noſtra. ſ. tota hūana natura: et quelibet aīa paruula eſt de ſe in fortitudine ⁊ non habet de ſe mamillas nec aliquod bonum ſpirituale. eo ꝙ in naſa fuit corrupta ex oīb⁹ bonis expoliata. Quid ergo faciemus ſorori nr̄e in die q̄ño alloquēda et impugnanda ē ab īimicis. ſ. carne ⁊ mūdo et diabolo. q̄ſi dicat opportet ꝙ muniam⁹ et roborem⁹ eaȝ p graz: poſtq̄ nil boni hȝ p naſam. Ideo ſimur⁹ ē: muniam⁹ eā muro fidei et ſpei ⁊ caritatis. Et poſtq̄ ſic fuerit murat⁹: edificem⁹ ſup murū eius ꝓpugnacula argētea donox ſp̄us ſc̄ti/ et oīuȝ moraliū virtutū. Et ſi ē hoſtiū. i. quia fecim⁹ hoſtiuȝ in ea p qd̄ intram⁹ ad eā p baptiſmū: tūc inpingam⁹ et claudam⁹ eā tabulis. i. portis cedrinis hūilitatis et deuotiōis et bone vite ⁊ ſc̄te cōuerſatiōis. tunc aīa deuota ſic muro virtutū mūita dicit. Ego ſuȝ mur⁹. i. beñ murata et roborata. Ex quo facta ſum pacē repiēs. i. poſtq̄ p xp̄m et ecc̄liaſtica ſacramēta: ſum deo pacificata et reconciliata.

**Jnea fuit pacifico in ea q̄ hȝ populos Tradidit eā cuſtodibus Uir affert pro fructu eius mille argenteos. Uinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici et ducētis his qui cuſtodiūt fruct⁹ ei⁹.**

Ec ē ſcd̄a pticula ſcie ptis hui⁹ decimi cantici in qua rex ſalon oſtēdit ꝙ ſpōſa nō ſolū obligat ad reſiſtendū malo et declinandū a malo pugnando contra munduȝ et carnem et diabolum et membra eius qui ſunt heretici et praui homines et infideles. ſed adhuc obligat facere bonū erga deū ⁊ pximū vt reddat ſponſo vices amoris. Et iō ſicut ī ſupiori pticula ꝓbauit ſiue monuit ſponſus qualr̄ ſpōſa ſemp ↄ̄ hoſtes debet pugnare. et h̄ inq̄ntū ecc̄lia ē quedā ciuitas menib⁹ ⁊ muris munita ī qua

ꝯtinue pugnāt fideles. Ita ī hac ꝑticula monet: vt ſpōſa ſempꝫ laboret opando ⁊ faciēdo bonū inq̄ntū eccl'ia eſt q̄dā vinea in qua fideles ꝯtinue laborāt diuerſimode vnuſquiſq; ī ordīe ſuo. Et dicit. ꝙ iſta vinea nō ē ſita in loco arto: ſ; eſt toto orbe diffuſa in ea parte et regione q̄ hēt populos. i. vbicūq; ſunt populi ⁊ in omni ꝑte mūdi habitabili ibi ē iſta vinea xp̄i regis pacifici. Et dicit. ꝙ iſtā vineā toto orbe diffuſaȝ tradidit cuſtodibꝰ cuſtodiēdā et cultoribꝰ excolēdā. Naȝ p̄mo ip̄e xp̄s rex pacificus plantauit iſtā vineā ī terra ꝓmiſſionis in illo collegio apl'oꝝ et diſcipuloꝝ ⁊ iuſtoꝝ vtriuſq; ſexus: vt dictuȝ eſt cātico tercio ⁊ quinto. Et poſtea rigauit eā ſanguīe ſuo: vt dictū ē cātico ſexto Poſtea tradidit eā apl'is qui ip̄aȝ vineaȝ ꝑ totū orbē ſuis p̄dicatiōibꝰ ampliarūt ⁊ ſuo ſanguīe rigarūt. Et ſic iſta vinea produxit ſuos palmites ab hirl'm vſq; ad fines terre/ ⁊ a mari vſq; ad mare: ⁊ a flumine vſq; ad terminos orbis t'raꝝ pſal'o lxxj. et. lxxix. Quia in oēȝ terrā exiuit ſonus eoꝝ/ et p̄dicatio apl'oꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. pſal'o. xviij. et ad viceſſimū. Et ſic iſtam vineā cōtinue ampliarūt ⁊ roborarūt p̄lati qui fuerūt ſucceſſores apl'oꝝ: ⁊ roborarūt eā martires ⁊ ceteri fideles multo labore. Sȝ iā fuit ꝑfecte ampliata et ꝯfirmata ⁊ pacificata per conuerſionem conſtātini. et tūc xp̄s non ſolum tradidit eaȝ prelatis ad cuſtodiendum ſpiritualiter: ſed etiam imperatoribus et regibꝰ ⁊ principibꝰ xp̄ianis ad regēdū et cuſtodiēdū t'p̄alit' et cet'is fidelibꝰ excolēdā ut vnuſquiſq; ī ſuo ordine laboraret in hac vinea. Et ſic nō ſolū poſuit cuſtodes: ſed et' cultores vt excolerēt et laborarēt in ea dū dies ē anteq̄ꝫ veniat nox in qua nemo poterit operari. io. ix.

Et ſic oēs laborāt ī hac vinea vſq; ad ſero et veſpaȝ mūdi. mat'. xx. vt vnꝰquiſq; colligat fructū/ ⁊ recipiat denariū in fine laboris. vt pȝ ibidē. Et iō dicit. ꝙ vinea fuit pacifico. i. ip̄i xp̄o: qui oīa pacificauit ī ſanguīe ſuo: et attulit pacē mūdo in cuiꝰ natiuitate cātarūt angeli. Gl'ia in excelſis deo. luce. ij. Iſti ergo pacifico fuit q̄dam vinea quā ip̄e plātauit ī ea regione et parte mūdi que hēt ppl'os. i. vbicūq; ſunt ppl'i. Et tradidit ⁊ cōmiſit eā cuſtodibꝰ. i. p̄latis ⁊ regibꝰ cuſtodiēdā: et cultoribꝰ. ſ. omnibꝰ fidelibꝰ xp̄iani excolēdā vñ ſicut oēs prelati ⁊ principes mūdi ad cuſtodiēdā ⁊ regēdam hāc vineam vnuſquiſq; ī ſuo ordīe ſunt ꝑ xp̄ȝ ꝯſtituti. ita oēs fideles ſunt ad laborādū vnuſquiſq; in ſua hora ⁊ etate vocati et deputati. et ſic tradita ē cultoribꝰ ⁊ cuſtodibꝰ. Vñ nota ꝙ ꝓp't tria xꝰ d'r pacificus. p̄mo q² duo teſtamēta nouuȝ. ſ. ⁊ vetus ꝑ ſeip̄m adunauit ⁊ ꝯcordauit ⁊ tanq̄ꝫ terminus cōis vtriuſq; teſtamēti fuit. ſ. finis vniꝰ et p̄ncipiū alt'ꝰ. Scd'o q² ꝑ ſanguinē ſuū nos deo p̄ri reconciliauit et pacificauit. Tertio quia duos ppl'os. ſ. iudaycū et gētilē ſub vna fide ⁊ eccl'ia cōgregauit ⁊ pacificauit. et iō dicit. Vinea fuit pacifico ī ea. ſ. eccl'ia q̄ hȝ ppl'os. ſ. duos ppl'os ſub vna fide cōiunctos. ſ. iudaycū cū gentili. iō d'r p̄nceps pacis yſaye. ix. Sȝ q² ſic apl'i ampliarūt iſtā vineā ꝑ totū orbeȝ et ditauerūt eā bonis ſp̄ualibꝰ. ita poſtea cōſtātinus ⁊ reges ⁊ p̄ncipes xp̄ianoꝝ dotarūt ⁊ ditarūt eā bonis t'p̄oralibꝰ. Naȝ p̄mo ꝯſtantinꝰ illico pꝰ ꝯuerſiōeȝ ꝯſecrauit palatiū ſuū in eccl'iaȝ ſaluatoris iuxta portaȝ lat'anaȝ/ et poſtea edificauit duas baſilicas ī honorē apl'oꝝ petri ⁊ pauli/ et donauit eccl'ie vrbē romā cū toto patrimonio adiacēti. et lxxij. ciuitates ī ytalia



UVA. BHSC. IyR 068_1

cuꝫ multis alijs opidis. Et relicta ytalia
elegit ſibi ſedē apđ ꝯſtātinopoliꝫ ī grecia
et ſic exemplo eius multi reges ⁊ princi/
pes facti xp̄iani: aut templo ydoloꝝ ī ec/
cl'ias conſecrarūt aut nouas eccl'ias ī ho
norē xp̄i edificarūt ⁊ eas ampliſſimis do
nis et muneribꝰ dotarūt ⁊ ornarūt. To/
tuꝫ hoc fecerūt putātes ꝑ bona tp̄oralia
merita paſſionis xp̄i adipiſci ⁊ participa
re. et q̄i emere fructꝰ huiꝰ vinee. iō dicit
xp̄s ꝙ vir. i. conſtantinꝰ ⁊ quilibet alius
rex aut p̄nceps catholicus et deuotꝰ xp̄i/
anꝰ afferet xp̄o mille argēteos ꝓ fructu
huius vinee emēdo ⁊ adipiſcēdo. Et po/
nitur numerꝰ determinatꝰ ꝓ indetermi/
nato magno numero: q2 multa milia nū
moꝝ ⁊ talentoꝝ ⁊ pōderuꝫ argēti obtu/
lit ⁊ expoſuit ꝯſtātinus et alij reges pro
fructu huiꝰ vinee adquirēdo. q2 inextima
bile fuit p̄ciū qđ ꝯſtātinꝰ largitꝰ ē eccl'ie.
cuꝫ ſibi tradidit vrbē romā q̄ erat caput
mūdi et hoc cū ſuo adiacēti patrimonio.
Et ſic eſt dicēdū de ceteris regibꝰ ⁊ p̄nci/
pibꝰ xp̄ianoꝝ. ſꝫ ne q̇s putaret ꝙ poſtꝙ̄
xp̄s tradidit iſtaꝫ vineā ſup̄dictis cuſtodi
bus tuendā et regēdā ī abſentia ſua poſt
aſcēſioneꝫ: ꝙ ꝓpter hoc ceſſauerit ab eiꝰ
cura et cuſtodia ne amplius intēderet in
eiꝰ tutela. iō ſubdit. ꝙ vinea mea coram
me eſt. i. ſemꝑ eſt ante ocl'os meos et īui
gilo ſuꝑ eā. q2 p̄ncipal'r cuſtodio eā ro/
gādo p̄rem ne deficiat fides petri. luce.
xxij. q2 niſi dn̄s cuſtodiērit ciuitatē fruſtra
vigilat qui cuſtodiat eam. q2 ſemꝑ mitto
angelos meos ad docēdos p̄latos et po/
pulos eos docēdo et auiſando vt p̄caue/
ant futura ꝑicula. et etiā ad exterminan
dos inimicos ⁊ ſarracenos. vt ſupꝰ cō/
paratū eſt. et pꝫ ⁊ legiť in hyſtorijs iſpa/
nie et ī hyſtoria hyeroſolimitana. Ex qui
bus pꝫ ꝙ hec vinea ſemꝑ eſt corā xp̄o ad

cuſtodiā. Deīde cū dicit. Mille tui paci
fici ⁊c̄. Explicat diuerſitatē meritoꝝ ⁊ p̄
mioꝝ laborātiū in hac vinea. Ad cuiꝰ
intellectū ē aduertēduꝫ. ꝙ p̄n̄s eccl'ia reſ/
pectu future qn̄oqꝫ in ſacra ſcriptura diꝫ
ager ī quo ſeminamus. Sꝫ futura eccl'ia
diciť orreuꝫ in quo reponimꝰ fructꝰ gl'ie
quos hic ſemīamꝰ ꝑ gr̄aꝫ. q2 hic ſemina/
mus tp̄ralia: vt colligamꝰ ſpūalia. Et iō
dicit apl'us ſcđa ad corin. ix. ꝙ qui parce
ſeminat ī hoc agro huiꝰ eccl'ie parce me/
tet ꝓ alio ſcl'o. et qui ſemīat ī benedictio
nibus. i. in abundātia: de benedictionibꝰ
. i. abundāter metet in alio ſcl'o. Itē pre
ſens eccl'ia qn̄oqꝫ in ſacra ſcriptura diciť
vinea in qua oēs laboramus ꝑ gr̄aꝫ plan
tādo ⁊ collēdo vt colligamꝰ fructus glo
rie ī alio ſcl'o. iō dicit apl'us p̄ma ad coꝛ.
iij. ꝙ qui plantat et qui rigat ī hac vinea
vnū ſunt: vnuſquiſqꝫ autē ꝓp̄aꝫ mercedē
accipiet ſm laborē ſuū. hoc idē pꝫ. math.
xx. de illis qui ꝑ totā diē laborarūt ī hac
vinea: in ſero autē accepꝑunt denariū pro
mercede. Ex quibus pꝫ. ꝙ totū tp̄us hu/
ius vite ⁊ vinee eſt tp̄s laborādi et collē/
di ⁊ lucrādi ⁊ merēdi. Et tp̄us eccl'ie fu/
ture ē tp̄us metēdi ⁊ colligēdi et p̄miādi
⁊ fruēdi. Hic ergo laboramus: vt ibi col
ligamus ⁊ metamus ⁊ p̄miemur ⁊ fru/
amur: et hic negociamur. vt ibi ociemur
⁊ ſaciemur ⁊ quieſcamus. Eſt veꝝ. ꝙ
ſm mēſurā ⁊ q̄ntitateꝫ meritoꝝ laboris
huius vinee erit ibi quātitas ⁊ menſura
fructus et p̄mioꝝ. q2 vnuſquiſqꝫ ꝓp̄am
mercedē accipiet ſm ꝓp̄uꝫ laborē vt inq̇t
apl'us. Et iō dicit ſaluatoꝛ. mat̄. xiij. ꝙ ex
illo agro quidā collegerūt fructū trige/
ſimū/quidā ſexageſimū. quidā autē cen/
teſimū. ꝓut quis magis aut minus labo
rauit. Sꝫ q2 xp̄s verus ſal'on ⁊ pacificus
plus laborauit in hac vinea ꝙ̄ oēs ceteri

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .De decimo cantico.

Ideo abſq; ꝓportõe maius p̃miũ et ma
iorẽ numeruꝫ fructuũ et p̃mioꝝ collegit
et meruit colligere ex hac vinea. q2 eam
p̄mo plantauit et excoluit. et tandẽ ꝓp̄o
ſanguĩe rigauit et augmẽtauit. Poſt xp̃ꝫ
autẽ magis laborarunt in hac vinea apl̃i
et martires: q̃ꝫ doctores: ⁊ magis docto
res q̃ꝫ heremite et ceti cõfeſſores. et ma/
gis religioſi q̃ꝫ ꝯiugati. ergo ſi fideles cõ
iugati merent̃ fructũ trigeſimũ: tunc re/
ligioſi boni merent̃ ſexageſimũ: et docto
res cẽteſimũ: et apl̃i et martires ducẽte/
ſimũ. Et ꝑ ꝯñs xꝰ qui p̄mo vineaꝫ plãta
uit et ſanguine ſuo rigauit: meret̃ milleſi
mũ ymo infinitũ. et iõ ſedet a dextris. i.
in potioribꝰ bonis p̃ris. ⁊ iõ deꝰ p̃r tanq̃ꝫ
iuſtꝰ et principalis iudex diſpẽſator p̃mi/
oꝝ dicit ad xp̃ꝫ inq̃ntũ hõ. Mille tui pa/
cifici: et ducẽti his qui cuſtodiũt fructuꝫ
eius. vñ li. tui pacifici. ẽ genitiui caſus hꝰ
ꝓnoĩs tu. i. mille fructꝰ meritoꝝ ⁊ p̃mi/
oꝝ erunt tui xp̃i pacifici. In hebreo aũt
habet̃. mille tibi ſal̃oni. ſ. pacifico. et tũc
ẽ lr̃a magis plana. q̃ſi dicat. deꝰ p̃r mille
fructꝰ meritoꝝ dabunt̃ tibi pacifico qui
plantaſti hanc vineã et rigaſti eã ſanguĩe
tuo. Et ꝑ ꝯñs q2 plus laboraſti: ſꝫ ducẽti
fructꝰ meritoꝝ in p̃miũ dabũt his. ſ. p̃la
tis et p̄ncipibꝰ qui cuſtodiũt fructũ eius
et ponit̃ vtrobiq; numerꝰ determinatus
ꝓ indetermĩato. Nã xp̃s ĩ plãtatione et
rigatõe huiꝰ vinee ĩfinitũ numeꝝ merito
rũ adeptus ẽ: nõ ſolũ ꝓ ſe: ſꝫ etiã vt poſ
ſet mẽbris ſuis diſpẽſare q2 ſemꝑ ſucceſſi
ue diſpẽſat merita ſue paſſiõis q̃ collegit
ex hac vinea. tñ nunq̃ꝫ explẽtur eius me/
rita. nec deficiũt. merita autẽ que dãtur
cuſtodibꝰ ex vinea ſunt finita. Sꝫ cã q̃re
ſunt ſub numero ducẽtenario iſta meri/
ta mẽſurata: eſt iſta. Nam dicit ſaluator
mat. xiij. ꝙ ex illo agro ꝑ xp̃m ſeminato

quidã collegerũt fructũ trigeſimuꝫ ſicut
fuerũt et ſũt oẽs iuſti ꝯiugati. et q̇daꝫ tri
geſimũ: ſicut ſunt virgĩes ⁊ cõtinẽtes et
religioſi: et quidã cẽteſimũ ſicut ſũt mar
tires. Sꝫ q2 p̃lati ⁊ paſtores hñt dupli/
cẽ laborẽ in hac vinea: q2 ſimul ſunt cul/
tores: ſicut ceteri. Et vltra hoc ſunt cu/
ſtodes in vigilando ſuꝑ gregẽ ip̃m p̃dica
tiõibꝰ ⁊ ſacramẽtis eccl̃iaſticis paſcẽdo ⁊
nutriẽdo. iõ colligũt duplicẽ fructum ex
hac vinea. nã ſi ceteris dãtur cẽtũ fructꝰ
meritoꝝ. ergo cuſtodibꝰ ⁊ p̃latis ĩ duplo
laborãtibꝰ dabũtur ducẽti. Et hoc ẽ qđ ĩ/
tendit dicere. Sꝫ adhuc reſtat magnũ
dubiuꝫ. nam ſi xp̃s tũc collegit mille. i.
innumerabiles fructus meritorum ex
hac vinea. quando pro nobis paſſus eſt.
et eã plantauit. ſed poſtea cuſtodes ⁊ cul
tores colligũt ꝯtinue hos fructꝰ ſ̄m q̃n/
titatẽ laboꝝ. q̃ritur an xp̃s pꝰ paſſiõꝫ ⁊ a
ſcenſiõeꝫ ſuã colligat fructꝰ hꝰ vinee ſiml̃
cũ cuſtodibꝰ et cultoribꝰ. Ad h̃ r̃ñdet̃
ꝙ ſemꝑ et ꝯtinue xp̃s colligit fructꝰ huiꝰ
vinee. et iſta vinea ꝑit ſibi fructꝰ nouos.
Ad cuiꝰ intellectũ ẽ notand̄ ꝙ oĩa bõa
q̃ fiũt in hac vinea tam ꝑ cultores q̃ꝫ per
cuſtodes ꝑiunt t̄pliceꝫ fructũ: Et h̃ t̄plici
et diuerſo reſpectu. eo q2 oĩs bona oꝑa/
tio iuſti cedit in t̄plex bonũ: et triplicem
fructũ. Nã elemoſina quã facit vnꝰq̃ſq;
iuſtus amore xp̃i. cedit ĩ fructũ lat̃e reſpe
ctu xp̃i. q2 offert̃ ſibi in lat̃aꝫ/ et cedit et ꝑ
it fructũ mĩe reſpectu ꝓximi. inq̃ntũ ſ̄b
uenit ſibi: ⁊ releuat ip̃ꝫ a mi̾ia. Et parit
fructũ meritoꝝ reſpectu largiẽtis et faci
entis elemoſinã: Item bona q̃ faciũt p̃/
lati et ſacerdotes ĩ eccl̃ia exercẽdo et mi/
niſtrãdo ſac̃mẽta et celebrãdo diuina of
ficia ⁊ oꝛ̃ones. Primo ꝑiunt xp̃o fructũ
lat̃e inq̃ntũ illa acceptat ĩ ſ̾uitutẽ et lat̃aꝫ
ſibi gratã. Scđo pariũt toti ppl̃o fructũ
m. ij.

UVA. BHSC. IyR 068_1

gr̃e. Tercio pariũt p̃lato fructũ merito/
rũ qꝛ duplicẽ fructũ colligit ꝓpt̃ duplicẽ
laborẽ. Itẽ bonus prelatus ⁊ predicatoꝛ
⁊ religioſus triplicẽ fructũ parit in bene
viuẽdo ⁊ opãdo. Nam primo parit xp̃o
fructũ latrie. Scd̃o parit ſibi fructũ me
ritoꝝ. Tercio parit cuilibꝫ ꝓximo ⁊ toti
ꝓplo fructũ boni exẽpli. qꝛ ꝓpter exẽplũ
eoꝝ oẽs videtes: deũ gl̃ificãt. iõ dixit ſal/
uatoꝛ oibꝰ p̃latis et religioſis. mat. v. ſic
luceat lux vr̃a corã hoibꝰ: vt videant opa
vr̃a bona ⁊ gl̃ificẽt prẽꝫ vr̃m qui i celis ẽ.
Per oppoſitũ autẽ mali p̃lati et ſacerdo
tes ⁊ religioſi male viuẽdo. Prĩo offen/
dũt deuꝫ. Scd̃o occidũt aĩaꝫ ſuã. Tercio
ſcãdalizant populũ. Ex quo pꝫ qualr̃ nõ
ſolũ cultores. ſ. ꝓplus et p̃lati cuſtodes:
ſꝫ etiã xp̃s ſemꝑ ⁊ cõtinue colligit fructꝰ
ex hac vinea. qꝛ cõtinue colligit latriã q̃
cõſiſtit in tribꝰ bonis. ſ. in adoratione/⁊
oꝛone/⁊ oblatione. et ꝯtinue colligit nu
merũ electoꝝ ex hac vinea. Et iõ multo
plures fructꝰ colligit xp̃s ex hac vinea ꝙ̃
oẽs p̃lati ſimul ⁊ cuſtodes. et iõ dr̃ p̃mus
arbiteꝛ ⁊ iudex. dicit mille fructꝰ dabunt
tibi pacifico ex hac vinea. et ducẽti his q̃
cuſtodiũt fructũ eiꝰ: tacet autẽ de cultori
bus: qꝛ ſi cuſtodibus dãtur ducẽti/ ſignũ
ẽ. ꝙ cultoribꝰ dimidio labore laborãtibꝰ
dabũtur cẽtũ fructꝰ aut ſexagita/ aut tri/
gita vnicuiqꝫ ſm̃ q̃ntitatẽ ſui laboris. vt
pꝫ mat. xiij. Et ſic pꝫ qualr̃ cultoribꝰ de/
betur cẽteſimus fructus huius vinee. et
cuſtodibꝰ ducẽteſimus: ſꝫ xp̃o plãtatori
debet milleſimus. Itẽ cuilibꝫ cultori hu
ius vinee debet cẽteſimus fructus. ſ. pre/
miũ eẽntiale ꝑ diuinaꝫ viſionẽ: ſꝫ martiri/
bus ⁊ doctoribꝰ ⁊ p̃latis qui fuerũt am/
pliatores ⁊ cuſtodes huius vinee debet
fructus duplex. ſ. ducẽteſimus. qꝛ vltra
premiũ eẽntiale debet ſibi aureola tanꝙ̃
premiũ accidẽtale. xp̃o autẽ plãtatori de
bet fructus milleſimus. i. plẽitudo oĩuꝫ
meritoꝝ ⁊ p̃mioꝝ ad diſpẽſanduꝫ. Et ſic
ſedet a dextris. i. ĩ potioribus bõis pr̃is.

**ue habitas in hortis Amici auſcultãt te. Fac me audire uocẽ tuam. Fuge dilecte mi Et aſſimi lare capree hinuloqꝫ ceruo rũ ſuper mõtes aromatũ.**

h Ec ẽ q̃rta et vltima pars huius
decimi cãtici in q̃ ſpõſus uocat
et appellat ſponſam ad recipiẽ/
dũ p̃miũ vltimatũ ſui laboris ⁊ ꝑegrina
tiõis qd̃ ẽ p̃miũ gl̃ie. Vñ poſtꝙ̃ ſupiꝰ uo
cauit eã ad laborãdũ in vinea ex qua col
legit fructꝰ meritoꝝ. nunc aũt finalr̃ uo
cat eam ad quietẽ in patriã celeſtẽ: vt ibi
recipiat vltimatũ finẽ ⁊ p̃miũ btitudinis
et colligat fructꝰ glorie. Ad cuiꝰ intel/
lectũ ẽ p̃mo notandũ ꝙ iſta ſpõſa tria pe
tiuit in p̃mo cãtico dũ erat in ſtatu vetis
teſtamẽti. Nã p̃mo petiuit oſculari a ſpõ
ſo. ſcd̃o trahi. t̃cio introduci in thalamũ
ſiue celaria ſua. Sed plebs gẽtilis ydola
tria denigrata: petiuit alia tria. ſ. cũ ſpõ/
ſa iſr̃litica ſociari et paſci et ſub vmbra
ſpõſi quieſcere ſimul cũ illa q̃ oĩa cõple/
uit ſpõſus. Nã p̃mo iaꝫ oſculatus ẽ ſpõ/
ſam iſr̃liticã ꝑ incarnationẽ ex ea carneꝫ
ſumendo. Scd̃o iam traxit eã et uocauit
ꝑ p̃dicationẽ. et iam introduxit eã in ce/
lariũ gr̃e ꝑ mortẽ ⁊ paſſionẽ et eccl̃iaſtica
ſacramẽta. vt patuit a cantico ſcd̃o vſqꝫ
ad ſextũ ⁊ ſeptimũ incluſiue. Itẽ jam cõ
pleuit petitionẽ plebis gẽtilis: qꝛ iã voca
uit eã ꝑ ap̃los et dealbauit eã a nigredie
ydolatrie ⁊ ſociauit eã cum plebe iſraeli
ſub vna eccl̃ia ⁊ pauit eaꝫ eodem pabulo

UVA. BHSC. IyR 068_1

gr̃e ſacramẽtoꝝ ⁊ doctrĩe. Et fecit eã qui
eſcere ſub vmbra ſue ꝓtectiõis ⁊ quietis
et introduxit eã in celã vinariã ⁊ ĩ vineã
eccłie. vt pꝫ ab octauo cãtico vſqꝫ ad de/
cimuꝫ incluſiue. Poſtꝙ ſpõſus cõpleuit
petitionẽ ſpõſe quo ad oĩa q̃ ꝑtinebãt ad
gr̃aꝫ. Nũc autẽ in calce totius libri et in
fine cãtci vocat eã ad celariũ głie. ſ. ĩ pa/
triã celeſtẽ vt introducat eaꝫ ad vltimas
nuptias/ ⁊ ad thalamũ ⁊ amplexũ głie ⁊
paſtũ vltime ⁊ eterne fruitiõis ſuꝑ mon
tes aromatũ: qd̾ ꝯplebitur in die iudicij
quo ad vniuerſaꝫ eccłiaꝫ et ꝯpleť ꝑticula
riter in fine cuiuſlꝫ iuſti. Vocabit ergo
ſpõſus ſpõſam ĩ nouiſſimo die ad recipi
endũ fructus głie dicẽs. Que hitas ĩ hor
tis amici aſcultãt. te fac me audire voceꝫ
tuã. Ad cuius intellectũ ẽ notãdũ. ꝙ
dũ xp̃s fuit ꝑegrĩatus ĩ carne mortali in
hac via ip̃e loquebať familiariť cũ ſpõſa
p̃dicãdo ⁊ miracula faciẽdo. Et ip̃a loq̃/
batur cũ ſpõſo petẽdo neceſſaria: qꝛ ma/
gdalena familiariter loquẽdo ab ip̃o pe/
tiuit vineã ſuoꝝ pctoꝝ. et ſic oẽs infirmi
familiariter loquẽdo petebant ſanari ab
eo. Et oẽs apłi ⁊ diſcipłi familiariter lo/
quendo cũ xp̃o ⁊ ecõuerſo. Et iõ dicebat
ſpõſa ĩ cãtico tercio. Dilectus meus lo/
quitur mihi ⁊ ego illi. Sꝫ poſt aſcẽſionẽ
iã ſpõſus nõ locutus ẽ ſpõſe familiariter
⁊ ꝑſonałr niſi ꝑ amicos angelos mediã/
tes. et hoc durabit vſqꝫ ad ſcd̃m aduẽtũ
in nouiſſimo die qñ nob̃ loquetur poſt
qd̾ iudiciũ. Et tũc introducet ſpõſam ad
vltimas nuptias. ſ. głie. et ibi ſpõſa ꝑſo/
nałr loqueť ſpõſo verba laudis. Et ſpon
ſus gaudebit ſuꝑ ſpõſam: ⁊ abſqꝫ medio
ꝑſonałr audiet vocẽ ſponſe. vñ eccłia per
tria genera amicoꝝ loquiť ſpõſo ꝓ ſtatu
iſto. Naꝫ p̃mo loquiť ſibi ꝑ angelos qui
reuelãt ſctis hoĩb⁹ ⁊ ꝑfectis volũtatẽ di

ꝑ viſibiles aparitiones auiſando eccłiaꝫ
de ꝑiculis futuris: vel reuelando nob̃ ſe/
creta miſteria. vñ angelus dñi extraxit
petrum de carcere. Et angeli reuelarũt
apłis ꝓpinquã ruinã hirłꝫ monẽtes eos
vt recederẽt inde. vt pꝫ in eccłiaſtica yſto
ria. Et ſic angeli ſũt mediatores ĩter ſpõ
ſam ⁊ ſpõſuꝫ. Prout fuit figuratũ ĩ viſi
one iacob qui videbat angelos deſcẽden/
tes de celo ⁊ aſcẽdẽtes ꝑ ſcalã geñ. xxviij
Et ſic dicit hyero⁹. ſuꝑ matheũ. ꝙ angeli
deferũt oꝛ̃ones nr̃as apd̾ deũ. Et ita etiã
dr̾ ĩ canone miſſe. Supplices te p̃camur
op̃s de⁹ iube hec ꝑferri ꝑ angelũ tuũ ĩ ſu
blime altare tuuꝫ. Et ſic pꝫ quałr angeli
ſunt mediatores inter ſpõſam ⁊ ſpõſum
ſcd̃o ſunt mediatores ſcti qui in p̃ria ſũt
Nã qꝛ nos ſumus indigni exaudiri. id̃o
interponim⁹ virginẽ matrẽ xp̃i. et oẽs a/
lios ſcꝰos vt intercedãt inter nos et xp̃ꝫ
ſpõſum. iõ dicimus. Scꝰa maria ora pro
nob̃. et ſcte petre ora ꝓ nob̃. Tercio ſũt
mediatores ipſi ſacerdotes: qui audiunt
pcta nr̃a ꝑ ſacramẽtũ ꝯfeſſiõis. Ex quib⁹
pꝫ ꝙ ꝓ ſtatu iſto ſpõſus nõ audit ſpõſaꝫ
familiariter niſi ꝑ amicos ſuos. ſ. ange/
los ⁊ ſcꝰos ⁊ ſacerdotes tanꝙ ꝑ media/
tores. Sꝫ poſt diẽ iudicij qꝛ nulla erit mi
ſeria nulla neceſſitas. iõ nõ erit op⁹ ĩter/
ceſſione nec aliquo mediatore. Sꝫ libata
a miꝰia hui⁹ mũdi ſpõſa deũ faciałr vide/
bit/ et faciałr eũ ĩ ſcła ſcłoꝝ abſqꝫ aliquo
medio laudabi et eo fruetur. Et hoc ideꝫ
p̃ſtabitur vnicuiqꝫ iuſto quoniaꝫ ab hac
mortali vita ad aliã vitã ĩmortalẽ trãſfer
tur. Et h̃ ẽ qd̾ dicit ſpõſus ĩ fine h⁹ cãtici
vñ ait o ſpõſa q̃ hitas ĩ hortis eccłie mili/
tãtis offerẽdo mihi fructus lateꝛ: ⁊ labo/
rãdo in vinea/ amici mei. ſ. angłi ⁊ ſcti ⁊
ſacerdotes aſcultãt te: et audiũt vocẽ tu
am tanꝙ mediatores ꝑ me deputati. Et



UVA. BHSC. IyR 068_1

ipſi deferūt mihi vota tua tanq̄ interceſſores. ergo veni ad patriā celeſtē ꝛ recipe fructū vltime btitudīs: ꝛ fac me in patria audire pſonalr̄ vocē tuā. ſ. ſimul cū angelis me in ſecl'a ſecl'oꝝ laudando. hoc autē dicit ſpōſus: qꝛ ibi ī patria ceſſabūt oblationes ꝛ ſacrificia. et ceſſabit oīs laboꝛ ſꝫ ſolū vacabit dei laudib⁹. vt inquit aug⁹. xxij. de ci. dei. caplo vltio. qꝛ beati qui hītant ī domo tua dn̄e in ſecl'a ſecl'orū laudabūt te. pſalo. lxxxiij. Ulteri⁹ eſt notādū ꝙ duplices nuptias celebrauit xp̄s cū eccl'ia ſpōſa ſua. Prime fuerunt nuptie redēptiōis ꝛ incarnatiōis ꝛ miſtice vnionis. et ad has vocauit ſpōſus ſpōſam in p̄mo aduētu. Scd̄e nuptie dicunt nuptie glificatiōis ad quas vocabit xp̄s ſpōſam ſuā in ſcd̄o aduētu de quib⁹ dicit apoc. xix. Gaudeamus ꝛ exultem⁹. quoniā venerūt nuptie agni ꝛ vxoꝛ p̄parauit ſe. et hoc oſtēdit ſalon ī calce et fine toti⁹ libri. Nā poſtq̄ xp̄s ꝑ ſupdicta decē cantica vocauit ſpōſam ad primas nuptias dicēs veni de libano ſponſa mea. Et celebrauit cuꝫ ea nuptias redēptiōis dicens. Uenite amici ꝛ comedite ꝛc̄. Et oꝛnauit eā oꝛnamētis gr̄e. vt patuit cātico quīto et nono. iō ī fine hui⁹ libelli vocat eā ī ſecundo aduētu ad nuptias glificatiōis dicēs. Que hītas in hoꝛtis ꝛc̄. Deīde ſpōſa p̄bet ſpōſo ſpōtaneū aſſenſuꝫ cū dicit. Fuge dilecte mi aſſimilare capree hinnuloqꝫ ceruoꝝ ſup mōtes aromatū. Ad cuius intellectuꝫ ē aduertēdū. ꝙ iſta ſpōſa in ſtatu vet. te. petebat trahi a xp̄o et currere in odoꝛē vnguētoꝝ ei⁹: ſꝫ qn̄o venit xp̄s ī carneꝫ effudit ſua vnguēta gr̄e. ad quoꝝ odoꝛē cucurrit ſpōſa. vt pꝫ per oīa cātica ſupdicta. Jdō poſtq̄ experta eſt odoꝛē vnguētoꝝ gr̄e ī pn̄ti. hic eſt ꝙ in fine hui⁹ pegriationis petit trahi a ſpōſo ī celeſtē patriā. et currere ī odoꝛē vnguētoꝝ glie ei⁹. iō dicit fuge dilecte mi ꝛc̄. qi dicat aſcēde in celuꝫ et trahe me poſt te. et currā in odoꝛē vnguētoꝝ tue glie. Et ſic pꝫ qualr̄ ſalon ſiue iſta ſpōſa ꝯcludit finē ſui cātus ī hoc libro cū p̄ncipio. naꝫ in p̄ncipio petebat currere poſt xp̄m ī odoꝛē vnguētoꝝ gr̄e. ī fine autē petit ꝛ deſiderat trahi ꝛ currere ī odoꝛē vnguētorū glie. Etiā iteꝝ ē notādū. ꝙ caprea dr̄ capra ſilueſtris. que quidē caprea hēt q̄tuoꝛ ꝓpetates. qꝝ p̄ma eſt. qꝛ valde fugit ꝯſoꝛtia hominū. Scd̄a qꝛ ī currēdo ꝛ fugiēdo ē veloci⁹ et leui⁹ cūctis ceteris animalibus. Tercia qꝛ ſemꝑ petit ardua ꝛ cacumina mōtiū īacceſſibilia. Quarta qꝛ cū cetera aīalia tā volatilia q̄ q̄drupedia cū vulnerātur aut īſequūtur a venatoꝛib⁹ dimittāt filios ꝛ fugiāt: caprea tn̄ vexata a venatoꝛibus nunq̄ dimittit nec deſerit filiū: ſꝫ innuit ſibi dādo ſignū fuge. Et trahit ſemꝑ filiū ſecū p̄uiuꝫ vel ad lat⁹ et animādo et ꝯcitādo filiū ad fugaꝫ trahit et ducit ipm ſecū ad ardua et prerupta cacumīa mōtiuꝫ inacceſſibilia hominib⁹. et ſic ſaluat ſe ꝛ filiū. Et has eaſdē quatuoꝛ ꝓpetates hēt ceruus. Et iō filius cerui dr̄ hinnulus. eo qꝛ ānuit et parit nutui ꝛ ſigno matris fugiēdo ꝯſoꝛtia hominū ꝛ velociter ſequēdo matrē vſqꝫ ad cacumīa mōtiū. vt ſaluetur cū matre vl' hinnulus dr̄ ab iniēdo ꝛ ē q̄dā aīal ſimile ceruo qd̄ vulgariter dr̄ capriolus. q̄ q̄dē aīalia maxīe abundāt ī coꝛſica: q̄ ſūt velociſſima curſu ſimilia capreis ſupdictis quo ad ꝓpetatē. xp̄s ergo ꝑ has q̄tuoꝛ ꝓpetates fuit ſimilis capree ynnuloqꝫ ceruoꝝ ī die aſcēſiōis. Nā p̄mo ipe fugit ꝯſoꝛtia ꝛ miſrias hoīuꝫ moꝛtaliū. Scd̄o fugit ꝛ aſcēdit velociter. qꝛ ī paruo ſpatio aſcēdit vſqꝫ ad celū empireū. Tercio

UVA. BHSC. IyR 068_1

petiuit ardua et altiora. q2 aſcēdit ſuper oīs celos ⁊ ierarchias angeloꝝ. Quarto nō dimiſit fideles filios ſuos: ymo eduxit eos de ergaſtulo et ꝑiculo inferni: et collocauit eos ſimul ſecum in celo. q2 qn̄o xp̄s aſcēdit ī altū/captiuā ſecū duxit captiuitatē. pſal'o. lxvij. Et ita faciet in nouiſſimo die: q2 ī corꝑe glīficato ab iſta mūdana miſia libatā ſpōſam ſuā vniuerſalē eccl'iā collocabit ſuꝑ mōtes aromatū celeſtis btitudīs. Et hoc idē facit cōtinue de qualꝫ aīa iuſti poſt trāſitū ab hac vita mortali. Et hoc ē qd̄ vult explicare ſpōſa ī fine hui⁹ cātici ⁊ toti⁹ libelli nuptialis ⁊ paſtoralis. vn̄ ait. O ſpōſe tu dicis ꝙ faciā te audire pn̄tialr̄ in celo vocē meā ⁊ nō loquar tibi amplius ꝑ amicos ⁊ interceſſores: ſꝫ pſonalr̄ loquar tibi. et ego dico tibi: ꝙ iā cupio diſſolui ab hoc corpore ⁊ vita mortali ⁊ miſia et ꝑiculoſa: et cupio eſſe tecū ī celo. Jdeo fuge dilecte mi ab hac mortali vita: et non ſis ſimilis lupo ⁊ ceteris aīalib⁹ q̄ deſerūt filios ⁊ fugiūt vt ſolū ſaluēt ſe ipa. Sꝫ aſſimilare ⁊ eſto ſimilis capre ynnuloqꝫ ceruoꝝ: qui nō deſerūt filios: ſꝫ ſecū fugiendo ducūt ⁊ trahūt filios ad ardua mōtiū Et ſic liberāt ⁊ ſaluāt eos. Fuge ergo tu ſuꝑ mōtes aromatū. i. ſuꝑ mōtes altiſſimos ⁊ arduos celoꝝ ⁊ jerarchias angeloꝝ vbi ſemꝑ ſpirant aromatica gl'ie. Et fugiēdo ad tales arduos mōtes/ duc me tecū: ſicut capree ⁊ cerui ducunt ſecū ynnulos ſuos. q̄i dicat. fuge tu: q2 ego ſeq̄r te: ſicut ynnulus ſequit̄ matrē. vn̄ ynnulus dr̄. q2 ānuit et obedit nutui matris: ⁊ ſequit̄ eā. Jta ergo ſequar te ī mōtes aromatū: et currā ī odorē celeſtis gl'ie et fruitiōis. ī quib⁹ mōtib⁹ xp̄s paſcit oues ſuas herbis virētib⁹. de q̄b⁹ dr̄ eze. xxxiiij Ego ip̄e requirā oues meas et viſitabo eas: ⁊ libabo eas de oīb⁹ locis: in quib⁹ diſpſe fuerāt in die nubis et caliginis: et educā eas de populis et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram ſuam. Et paſcam eas ī paſcuis vberrimis. Et in mōtibus excelſis iſrl' erunt paſcua eoꝝ. Jbi requieſcēt in herbis virētib⁹ et in paſcuis pinguib⁹. Jtē pſ. lxvij. Mōs dei mōs pinguis. mons in quo deo beneplacitū ē habitare in eo. etenī dn̄s habitabit in finē. Et ſic pꝫ q̄lr̄ ſponſa petit fugere cū ſpōſo de fetorib⁹ h⁹ mūdi: et hitare ſuꝑ mōtes aromatū celeſtis btitudinis ⁊ fruitōis: ut ibi ſpōſus audiat uocē laudiſ ei⁹.

Ex oīb⁹ ergo ſuꝑdictis ī ſuꝑdictis decē canticis pꝫ q̄lr̄ x⁹ ſpōſus eccl'ie vtriuſqꝫ teſtamēti cōpleuit deſideriū et oēs petitiōes q̄s ſua ſpōſa faciebat in veti teſtamēto. quas petitiōes cantauit in p̄mo cantico. Nā p̄mo petebat oſculari oſculo incarnatiōis. Scd̄o petebat ut x⁹ īcarnat⁹ effūderet ſua unguēta odorifera: ad repandā naturā hūanā et traheret ipā: ut ipa poſſet ipm ſequi ⁊ poſt ipm currere in odorē vnguētoꝝ ſuoꝝ. Tertio petebat ut ipā introduceret in celaria ſua ut ibi poſſet ſatiari talib⁹ vnguētis et quieſcere cū ſpōſo. Quarto plebs gētilis peregrina ſorde ydolatrie dnigrata petebat dealbari. Quinto cū plebe iſrl'itica ſociari. Sexto cū ea paſci bonis ſpūalibus. Septimo ſub vmbra ſpōſi quieſcere ⁊ tutari. Has quidē petitiōes x⁹ adipleuit. nā p̄mo venit in carnē et ꝑ ꝯſēs oſculat⁹ ē ſpōſā vniēdo ſibi naturam nr̄ā in vnitate ſuppoſiti. et poſtea vniēdo ſibi totam eccl'iam in vnitate miſtica. vt patuit in ſecūdo cātico. Scd̄o adimpleuit ſcd̄ā petitionē: q2 effudit decē genera vnguētoꝝ aromaticoꝝ quib⁹ ad ſe traxit oēs fideles ⁊ oēs cucurrerūt et currunt poſt eū in

m.iiij.

UVA. BHSC. IyR 068_1

odorē vnguētoꝝ ſuoꝝ vt patuit in tercio
et q̃rto cãtico. Itē tercio adimpleuit ter
ciã petitionē: qꝛ ſpõſaȝ introduxit in tha
lamũ ſuũ: ⁊ ipam dotauit et ornauit bo/
nis ⁊ ornamētis ſpũalibꝰ: vt patuit ĩ q̃n
to cãtico. Itē q̃rto ĩpleuit ſextã petitio/
nē. qꝛ de cruce oēs vocauit ad comedēdũ
⁊ bibēdũ ſalutiferũ cibũ ⁊ potũ ſue paſſi
onis: vt patuit ĩ ſexto cãtico. Itē adiple
uit quartã ⁊ quintã petitionē: qꝛ plebeȝ
gētilē ꝑ apłos ſuos a nigredie ydolatrie
dealbauit ⁊ ornamētis ſpũalibus decora
uit. et cũ ſpõſa de pp̃lo iſrłitico ĩ vnã ec/
cłiaȝ ſociauit: vt patuit ĩ cantico octauo
et nono. Itē ſeptĩo adimpleuit ſeptimã
petitionē: qꝛ ſpõſaȝ ſuã ex vtroq; popl̃o
cõgregatã ſub ꝓſpo fauore ſuo amplexꝰ
eſt et ſub vmbra et amplexu ſuo protexit
Et copia bonoꝝ ſpũaliũ et tp̃oraliũ dita
uit ⁊ locupletauit. qꝛ diuicijs ſpũalibus
et tp̃oralibꝰ affluēs innixa ſup dilectũ ſu/
um tp̃e ꝯſtãtini ⁊ ſuoꝝ ſucceſſoꝝ ĩ mun
do apparuit. quã dilectꝰ ſuus ſub arbore
malo. i. ſub vmbra crucis ſuſcitauit: et ĩ
ciuitatē eccł'ie muro inexpugnabili ⁊ pro
pugnaculis munitã ad pugnãdũ ꝯ here/
ticos et infideles introduxit. Et exinde
ĩ vinea huiꝰ eccł'ie ꝑ grãm ad laborãdũ et
lucrãdã mercedē collocauit. Tandē autē
ad ſupnos mõtes aromatũ ad fruēdũ ꝑ
gł'iam appellauit. vt patuit ĩ iſto decimo
⁊ vltĩo cãtico. Ex quibꝰ oĩbꝰ pȝ. qualiter
xp̄s ſpõſus eccł'ie in ſuo aduētu cõpleuit
totũ deſideriũ ſpõſe ſue. et ſatiſfecit oĩbꝰ
ſeptē petitiõibꝰ quas expoſuerat in ꝑmo
cãtico. Vltius ē etiã aduertēdũ ſicut
dictũ fuit ĩ ꝑncipio ⁊ etiã in cãtico ſcđo.
ꝙ ſalõn in hoc libello voluit cãtare ⁊ de
ſcribere mutuũ amorē xp̄i ad eccłiaȝ ſpõ
ſam ſuaȝ et ecõuerſo. Et q̃uo xp̄s voluit
oſtēdere oĩa ſigna ⁊ effectꝰ amoris erga
ſpõſaȝ ſuã. ſ. eccłiaȝ quos poteſt oſtēdere
amicus ad amicũ. vñ dictum fuit in ſcđo
cantico. ꝙ viginti ſunt effectus veri amo
ris et caritatis. Primo quia zelat non
patiēs malũ in amato. Scđo qꝛ nõ patiť
moras abſentie. Tertio qꝛ cũ diligētia q̃/
rit amatũ. Quarto quia trahit amãtem
ad amatũ. Quĩto quia languefacit amã
tē. Sexto quia liq̃facit cor eiꝰ ab oĩ duri/
cia. Septĩo qꝛ vulnerat cor eiꝰ. Octauo
qꝛ inebriat amantē. Nono qꝛ inflãmat.
Decĩo qꝛ urit. Undecio qꝛ vnit amantē
cũ amato. Duodecĩo quia fortiť ĩheret.
Decĩoťcio qꝛ fortiť tenet poſtꝙ reperit
amatũ. Decĩoq̃rto qꝛ ordinat volũtateȝ
et oēs actꝰ amantis erga amatũ. Decio
quinto qꝛ nõ q̃rit q̃ ſua ſunt ſed q̃ amati.
Decioſexto qꝛ ad mortē ſe expõit ꝑ ama
to. Decioſeptĩo qꝛ magis ē in amato ꝙ
in ſeipo. Decimooctauo qꝛ tranſformat
amanteȝ in amato. Decionono qꝛ in eo
extaſim et ſoporeȝ facit. Uiceſimo qꝛ in
amato ſtatuit inetnũ quieſcere. Et iõ xp̄ꝰ
tanꝙ uerꝰ ſpõſus et amator hũane naťe
et eccł'ie ſponſe ſue oēs ſupdictos viginti
effectꝰ oñdit erga eccłiaȝ ſpõſam ſuã. nã
ꝑmo nõ patiēs malũ culpe nec maculaȝ
pc̄ti nec iugũ ſuitutis ĩ ſpõſa ſua. nec pa/
tiēs moras eiꝰ abſentie de celo in ťrã deſ
cēdit: et uenit in ſimilitudinē carnis pc̄ti
ut pcĩm nr̃m damnaret in carne: ⁊ tolle
ret culpã nr̃am/ ⁊ nos a ſuitute pc̄ti libe
raret. et ſic oſtēdit ꝑmũ et ſcđȝ effectũ a/
moris vt patuit in ſcđo cãtico. Itē cũ di
ligētia ⁊ labore cũ ſua p̄dicatiõe ⁊ doctri
na ⁊ opatiõe miraculoꝝ nos q̃ſiuit ⁊ ad
ſe traxit vt patuit ĩ tercio ⁊ q̃rto cantico
Et ſic oñdit terciũ et q̃rtũ effectũ amoris
Itē querēdo nos amore lãguit. et totus
liquefactꝰ fuit/ ⁊ amor noſter vulnerauit
cor eius. vt patuit ĩ cantico quĩto. Et ſic

UVA. BHSC. IyR 068_1

# ·De decimo cantico·

oſtēdit quītū ⁊ ſextū ⁊ ſeptimū effectū amoris. Itē caritas inebriauit ipm̄ ī cruce: et inflamauit/ ⁊ vſſit/ et trāſformauit ipm̄ ī amorē ſue ſpōſe intantū ꝙ extaſiꝫ mortis fecit in cruce. qꝛ dū ibi dormiuit cor ei⁹ vigilabat in nr̄a redēptione. vt patuit ī cātico ſexto. ī qua cruce oſtēdit oēs viginti effectus amoris. vt poteſt patere intuēti ⁊ deuote contemplāti oīa q̄ dicta ſunt in illo ſexto cātico. Et etiā ī decimo cātico. vbi dicit xp̄s. ſub arbore malo ſuſcitaui te ⁊c̄. Itē ibidē. pone me vt ſignaculū ſup cor tuū: qꝛ fortis ē vt mors dilctio: ⁊ dura vt infernus emulatio. lampades eius lāpades ignis atqꝫ flāmaꝝ ⁊c̄. Sꝫ vltimū effectuꝫ amoris qḋ ē inetrnuꝫ velle quieſcere in amato oſtēdit xp̄s erga ſpōſaꝫ in fine toti⁹ libelli cū vocauit eam ad eternas nuptias glie dicēs. Que habitas ī hortis: fac me audire voceꝫ tuā ⁊c̄. Sꝫ oēs hos ſupdictos vigīti effect⁹ amoris oſtendit eccleſia erga xp̄m ſponſum ſuū volēs repēdere et reddere vices amoris quo ad ſuā poſſibilitatē: querēdo ſpōſuꝫ et currēdo poſt ipm̄: et tenendo ipm̄ fortiter. vt patuit ī cātico tercio ⁊ ſexto. Et patiēdo pſecutiones ⁊ tormenta vſqꝫ ad mortē p fide ſpōſi. vt patuit in nono cātico. Et jugiter laborādo ī vinea ſpōſi vt patuit ī decio cātico. Et tandē vocata ad vltimas nuptias glie fugiendo picula ⁊ miſias hui⁹ ſecli ſecuta ē ſpōſuꝫ. vt pꝫ in calce ⁊ fine toti⁹ hui⁹ libelli. Ex quib⁹ pꝫ qualr ſalon ī hoc libello ꝓphetice cātauit mutuū amorē xp̄i ad ecclīaꝫ et ecōuerſo. quē xp̄s oñdit ī ſuo aduētu opando nr̄aꝫ redēptionē ⁊ reparatiōeꝫ. Sꝫ qꝛ qḋ dicit apl̄us de tota ecclīa. ſ. ꝙ ē deſpōſata vni viro xp̄o. verificat etiā de qualꝫ aīa fideli. vt inquit aug⁹. libro de ſcta virginitate. Hinc eſt ꝙ p maiori parte oēs ſcti exponētes hūc librū nō multū curarūt de ſenſu ꝓphetico: qꝛ iam p̄ſupponebāt fideꝫ. ſꝫ oēs inſudarunt circa ſenſum moraleꝫ inq̄ntū aīa cuiuſlꝫ fidelis debet laborare reddere vices amoris ſpōſo ſuo xp̄o. ⁊ querere eū p bona opa: ⁊ relictis rebus mūdanis iungi et inherere ſibi p bona opa ⁊ p grām ⁊ fidē ⁊ caritatem vt poſt hāc vitā mortalē iungatur ſibi p gliaꝫ. Et hec fuit ſcta ſollicitudo omniuꝫ ſanctoꝝ antiquoꝝ circa expoſitionē hui⁹ libri. Sed qꝛ nouim⁹ nr̄is tēporib⁹ fidem minui et tepeſcere: et ex diminutiōe fidei caritatē frigeſcer. qḋ forte accidit ex ignauia et diminutiōe ſtudij ſacraꝝ lraꝝ. qꝛ a maxio uſqꝫ ad minimū oēs ſtudēt auaricie et honorib⁹ hui⁹ ſcli. ut inquit apl̄s. ⁊ qꝛ et nouimus nr̄is tp̄ib⁹ cōplures recidiuantes a vera fide et intelligentia ſacre ſcripture apoſtataſſe et ad vomitū cerimōiaꝝ legis moſayce aīmū diabolica fraude deceptuꝫ reuocaſſe: et forſan in mortifero ritu pſeueraſſe. Ideo mihi uiſum fuit in libro pſalmoꝝ dauid/ ⁊ ī hoc libro canticoꝝ ſalomōis cū diuino auxilio ſenſuꝫ ꝓpheticū p̄ſcrutari et inueſtigare. vt miſteria vere fidei euangelica: q̄ maxime in his duob⁹ libris ꝓphetice latebant: ī lucē ſimplicib⁹ ſacerdotib⁹ ⁊ ceteris fidelib⁹ manifeſtent. ne iudei obſtinati et ceci cū ſuis mēdacib⁹ ⁊ calidis figmētis poſſint veritatē fidei in ſcriptura veteris teſtamēti latētē ſimplicib⁹ xp̄ianis occultare: et ad falſuꝫ ſenſum puertere atqꝫ retrahere. Et iō cū caritate et hūilitate rogo oēs fideles xp̄ianos: ut cū caritate velint legere hunc libelluꝫ ſalomonis cum p̄ſenti expoſitiōe. Quia nil aliud oñdit niſi qlr x⁹ de⁹ ⁊ hō ꝟbū incarnatum: ē metrū et menſura et pncipiū et fons ⁊ largitor oīuꝫ bonoꝝ ⁊ reparator hūane nature lapſe p pctm̄ pmo

UVA. BHSC. IyR 068_1

rũ parẽtũ. quã quidẽ naturã ſanauit ⁊ reparauit per decẽ vnguẽta q̃ effudit per totum mundũ. put dictũ ẽ in pmo cantico. ſine quo nihil ẽ bonũ / nihil ſctm / nihil pfectũ nihil ſanũ / nihil validum et firmũ. Qua quidẽ expoſitiõe habita faciliter vnuſquiſq; mediocriter eruditus poterit ad expoſitionẽ moralẽ puenire applicando ea q̃ dicuntur de tota eccleſia vnicuiq; aĩe fideli ⁊ deuote.

Ed quia dictum fuit in pmo cantico q̃liter tota hũana natura expectabat et petebat xpm ut ſanaret eã per effuſiões vnguentorum ſuorum ut in odorẽ eorum oẽs poſſent currere poſt xpm. et dictũ ẽ et per oĩa cantica ſeqñtia q̃liter xpus effudit vnguẽta aromatica ſue pdicatiõis ⁊ mortis ⁊ paſſionis quibus reparauit ruinã hũane nature et ſanauit ĩfirmitates oĩum nrm. Et ſic cõcluſum eſt in fine huius libelli xpm fuiſſe metrũ et mẽſurã et pncipiũ et fõtẽ oĩum bonorum et repatorem hũane ruine. Et iõ ad maiorẽ declarationẽ eorum q̃ dcta ſũt

Queritur vtrũ ſolus xps ſit metrum et mẽſura ⁊ largitor oĩum bonorum ⁊ reparator hũane nature. itaq; q a nullo alio ruina humane nature potuerit reparari Sz q opporteat oẽs currere ĩ odorẽ vnguẽtorum eius ad qd̃libet bonũ cõſequẽdũ. Et arguitur pmo q nõ. nã ante aduẽtũ xpi fuerũt multi viri ſcti ⁊ virtuoſi ĩ. ve. te. qui preter xpm pſecuti ſunt virtutes. quia xps nõdũ venerat. ergo xps nõ ẽ pncipium et largitor oĩum bonorum. Itẽ ſcdo non ſolũ ĩ pplo hebreorum: ſz etiã in pplo gẽtili fuerunt multi philoſophi virtuoſi: ſicut fuit ſocrates et plato ⁊ pictagoras ⁊ ceteri. Et apd romanos fuerũt multi viri famoſi qui geſſerũt ⁊ fecerũt opa memoratu digniſſima: ſicut fuit brutus ⁊ fabritius et cato ⁊ ſcipiões et marchus regulus ⁊ ceteri quos romana cõmẽdat yſtoria. Et tñ illi nunq̃ habuerũt noticiã de xpo. Itẽ hoc idẽ pz apud ſarracenos inter quos repitur magna iuſticia ⁊ multi viri elemoſinarij ⁊ miſericordes: ſz ſarraceni nõ colũt nec ſequũtur xpm nec legẽ eius. ergo ſequitur q pter xpm ſunt boni.

In oppoſitum autẽ eſt illud iohannis pmo. Oĩa per ipm facta ſunt: et vidimus eũ plenũ grẽ ⁊ veritatis. de cuius plenitudie oẽs accepimus. Itẽ caplo. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Itẽ act. iiij. nõ ẽ aliud nomẽ ſub celo: ĩ quo nos opporteat ſaluos fieri ⁊c. Reſpõdetur. quia veritas huius queſtiõis cõphẽdit q̃ſi totã theologiã viatoris. iõ vt ab oĩbus ſimplicibus fidelibus intelligatur et capiatur opportet q hũano et ſimplici mõ ptractetur: quia hic nõ mouetur niſi ad ſimplicẽ intelligẽtiam ſimpliciũ ſacerdotũ ⁊ religioſorum ⁊ ceterorum fideliũ. Ideo per eius deciſiõe erũt q̃tuor articuli. Nã ĩ pmo declarabũtur quidã tmini cũ quibuſdã diſtictiõibus ne laboremus ĩ equiuoco. In ſcdo autẽ videbitur qualiter hũana natura bona per deũ creata: fuit per pctm pmorum parẽtũ diſſipata. Tercio ſcdo videbitur qualiter per xpm fuit ſufficienter per grãm et glĩam reparata. In q̃rto autẽ articulo mouebũtur ⁊ ſoluẽtur quedã dubitationes multũ vtiles ⁊ neceſſarie.

q Uantum ergo ad pmũ articulum eſt primo aduertendum q iſta tria nomina ſcilicet perfectio ſiue perfectum et optimũ et bonũ: idẽ ſubſtantialiter ſignificãt: ſz differũt penes modos ſignificãdi. nã pfectio dr̃ inq̃ntũ pficit rem: et ſic pfectum dr̃ qd̃ per aliquã pfectionẽ pficitur. Optimũ autẽ dr̃ inq̃ntũ eſt optabile et appetibile pter talẽ pfectionẽ. Bonũ ſcdo dr̃ inq̃tũ beat. i. ptentat ⁊ ſufficiẽter ſaciat appetitũ. Et ſic omne pfectum eſt appetibile. et omne appetibile dũ poſ

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .Queſtio finalis.

ſidetur beat et cōtētat et ſaciat et quietat
appetitū hn̄tis. nec ē curandū de cōſue/
tudie gramaticoꝝ qui hoc nomē optimū
ꝑ ſupplemētū aſſignant in cōpatiōe ſum
mi grad⁹ reſpectu h⁹ noīs bonū: dicēdo
bonū meli⁹ optimū. His ergo hītis pōit̄
ꝑma diſtinctio. ſ. ꝙ bona ſunt in triplici
genere. nā q̄dā dn̄r bona nat̄e/q̄dā bona
gr̄e/et q̄daꝫ bona gl̄ie. nec ē neceſſe poni
q̄rtū gen⁹. nā bona moralia et bona for/
tune ſunt ꝑ ſe bona nat̄e. ſed ꝓpt̄ pctm
ꝑmi hoīs amit̄unt nomē poſt lapſum. ꝑ
ut patebit. Vn̄ bona nat̄e hoīs ſunt illa
q̄ nat̄alit̄ ꝑficiūt ei⁹ nat̄am ad ſuas nat̄a/
les opationes ſibi ꝓporcionatas. Bona
at̄ gr̄e ſunt ille ꝑfectiōes ꝑt̄ nat̄am a ſolo
deo gratis date: ⁊ nat̄e ſupaddite ad ſub
limandū eā ſuꝑ ei⁹ facultatē/ uel ad ſup/
plēdū defectū ei⁹. ꝓut patebit in t̄cio et ī
q̄rto articulo. Bona vero gl̄ie ſunt illa q̄
ſupnat̄alit̄ et ꝑfecte bt̄ificant hoīeꝫ ī alt̄o
ſcl̄o. Scd̄a diſtinctio. bona nat̄e ſunt
in q̄druplici genere. nam q̄daꝫ dn̄r bona
ſpēi. et q̄dā bona modi. ⁊ q̄dā bona ordi
nis. ⁊ q̄dā bona finis nat̄e hoīs ꝓporcio
nati. Bona quippe ſpēi ſunt illa q̄ īmedi
ate ꝑficiūt ſpēm ab intrinſeco. ſicut ſunt
potētie aīe q̄ oriūt̄ ab aīa: et ꝑ ꝯn̄s fluūt
ex ꝑncipijs ſpeciei et ſunt accidētia ꝯn̄tia
formaꝫ et ꝑncipia opandi et viuēdi. ſicut
ſunt potētie et vires vegitatiue ⁊ ſenſiti/
ue/⁊ appetitiue/et intellectiue. Iſta eni
dn̄r bona nat̄e ſpēi qꝛ īmediate ab intri/
ſeco ꝑficiūt nat̄am ſpecificā et ſunt īme/
diata ꝑncipia operandi. Sed ē aliud bo/
nū ꝑficiēs ſpēm ab extrinſeco qd̄ eſt eſſe
actualis exn̄tie in fluxū a ꝑmo ente ꝑfici
ens et actuans et ſuppoſitans naturam
⁊ cōſtituēs eā in eſſe actualis exiſtētie. Et
iō ariſtotil̄s ꝑmo poſterioꝝ gen⁹ et dr̄iaꝫ
pōit in ꝑmo modo dicēdi ꝑ ſe. eo qꝛ ſunt
ꝑncipia eēntialia ipſi⁹ ſpēi. Sed accidētia
ꝓpa cōſeq̄ntia formā pōit in ſcd̄o modo
eo qꝛ fluūt ex ꝑncipijs ſpēi et ex forma.
ſed eſſe actualis exn̄tie pōit in t̄tio mō eo
ꝙ actuat et ꝑficit totā ſpēm cū ſuis potē
tijs et cōtrahit ipaꝫ ad actū indiuiduales
et ꝑſonalē: et ſic cōpetit ꝑme ſb̄e. Eſt ve/
rū ꝙ boeci⁹ in libello d̄ ebdomatib⁹ pōit
eſſe exn̄tie in ſcd̄o mō dicēdi ꝑ ſe tanꝙ ꝑ/
mū bonuꝫ nat̄ale qd̄ oīa appetūt. Et ſic
pꝫ q̄lit̄ potētie aīe ⁊ eſſe actualis exiſtētie
dn̄r bona naturalia ipius ſpēi īmediata.

Bona aūt nat̄alia modi dn̄r hītus ⁊
diſpoſitiones potētiarū aīe. eo qꝛ nat̄alit̄
modificant et ꝑficiūt eas et abilitant ad
ſuas naturales opationes: ſine quib⁹ po
tētie nō poſſent exercere opationes ſuas
nec exire ī actū ſentiēdi. nā ſic potētie ſen
ſitie nō exiret ī actū ſentiēdi niſi actuaret̄
et diſponerētur ꝑ ſpēs ſuoꝝ obiectoruꝫ.
Ita pariter potētia intellectiua nō ītelli
geret niſi diſponeretur ꝑ ſpēs ītelligibi/
les aut hīt⁹ obiectoꝝ. Et ſic hīt⁹ et diſpo
ſitiones dn̄r ꝑfectiōes potētiaꝝ. Bo/
nuꝫ autē ordīs nature hoīs ē ꝙ partes ī/
feriores ſubicijātur et obediāt ſupiorib⁹
. ſ. ꝙ caro ⁊ ſenſualitas obediant rōi: et
voluntati rōali. ⁊ voluntas obediat deo
et ſit ꝯformis per oīa diuīe volūtati: iſta
ergo ſe hn̄t per ordinē. ſ. aīa/potētie/ha/
bit⁹ ſiue diſpoſitiōes. ⁊ ordo operationū
ſiue ordo ī operādo. Bonū tādē na/
turalis finis ipius hoīs ſue nature ꝓpor
tionati erat ante lapſuꝫ vt perpetuaret
vitā felicē in illa terreſtri paradiſo cū do
minio ⁊ īperio ſuper oīa aīalia ⁊ plātas
⁊ mineralia vtēdo eis lib̄e ad ſui faculta/
teꝫ. Et hoc erat ſibi ꝑmiū meritū ⁊ ꝑmiſ
ſuꝫ ꝑ ſuis laborib⁹. et ſic patet q̄tuor bo/
na nature hōini debita et ꝓportionata.

Tercia diſtinctio. ꝙ lꝫ oēs gr̄e cōueni/

UVA. BHSC. IyR 068_1

ant in hoc. q2 oēs ſunt a ſolo deo gratis
date ⁊ nature ſuperaddite: tñ aliq̄ ē gr̄a
que nō ſolū eſt a deo gratis data: ſ3 etia3
eſt gratū faciēs hn̄te3. Et iſta ē gr̄a hitua/
lis q̄ datur ī baptiſmo ⁊ ꝯfirmatiōe ⁊ pe
nitētia q̄ perficit totā eſſentiā aīe: ⁊ facit
hominē deo gratū et acceptū ex ſolis me
ritis xp̄i cui⁹ homo per talē gr̄am ymagi
nē gerit ⁊ xp̄o ꝯfiguratur. oēs aute3 alie
gr̄e perficiūt potētias aīe: ⁊ nō ſemp̱ gra
tificāt hn̄tē apud deū: ſicut ē gr̄a poteſta/
tiua ordinis ⁊ gr̄a ſanitatu3 ⁊ ꝓphetie ⁊
gr̄a ſmonū ⁊c̄. q̄ quidē dona graꝝ dātur
ad vtilitatem totius eccl̄ie ꝓut ait ap̄ls
p̄ma ad cori. xij. Quarta diſtinctio ꝙ
p̄ter gr̄as hituales ſuꝑdictas repitur et
memoratur in ſacra ſcriptura q̄dā gr̄a q̄
dī motiua et auxiliatiua liberi arbitrij ſi
ne qua homo poſt lapſu3 nō p̄ōt reſiſtere
tēptatiōib⁹ interiorib⁹ nec exteriorib⁹ n̄c
vitare pc̄ta nec implere diuīa p̄cepta. vt
infra patebit. quā quide3 gr̄am defendit
aug⁹. ꝯtra pellagianos: ⁊ diuidit eā ī pre
uenietē ⁊ īcipietē ⁊ opātē3 ⁊ ꝑficiētē ⁊c̄.
Et magr̄ ſn̄iaꝝ ī. ij. diſtictiōe. xxvj. diui/
dit eā ī ꝓueiētē et ſubſeq̄ntē. ī q̄s ptes nō
poteſt diuidi gr̄a hitualis gratifica- que l3
hēat grad⁹ tñ introducitur ī inſtāti p̱ ſa/
cramēta. iſta autē datur p̄ter ſacramēta
vt infra patebit. Quinta diſtinctio. ꝙ
bonoꝝ gl'ie q̄dā ſunt bona corporis ſicut
īmortalitas ſiue īpaſſibilitas/ et claritas
⁊ ſubtilitas ⁊ agilitas. et quedā ptinent
ad aīa3: ſicut viſio diuīe eſſentie. ⁊ quedā
ptinent ad vtrūq3 ſicut viſio hūanitatis
criſti/ et fruicio/ ⁊ ſecura poſſeſſio. q2 ho
mo gl'ificat⁹ poſt reſurrectionē p̱ ſenſus ex
teriores videbit hūanitate3 xp̄i. et p̱ ocu/
los mētis videbit hūanitatē cū diuinita/
tē. Et ſic tot⁹ homo videbit totū xp̄m. et
ſic tot⁹ homo in corpe ⁊ aīa btificabit̄ et
fruet̄ bonis gl'ie. Sc̄do ē valde aduer/
tēdū ⁊ notādū. ꝙ tres ꝑplexus fuerunt
apud philoſophos ante aduētū xp̄i quos
ipi nunꝙ potuerūt ſoluere n̄c ad eoꝝ cau
ſe cognitionē ꝑuenire. Quoꝝ p̄mus ē q2
omnib⁹ ē inſitus naturalr̄. quidā appeti
tus cuiuſda3 ſtat⁹ vite felicis abſq3 omni
defectu ⁊ miſeria. puta q2 oēs naturalr̄
deſiderāt vitā īmortalē q2 omne ens ap
petit permanere ī hoc ſecl'o. et deſiderāt
hāc immortalē vitā ſine omni defectu ⁊
miſia cū ſufficiētia oīu3 bonoꝝ ad ſacieta
tē appetit⁹. quā vitā oēs putāt eſſe btam
S3 q2 videbāt philoſophi. ꝙ talis ſtatus
nō poteſt hēri ī hac vita: nec vnꝙ aliquis
habuit ip̄3 ſtatū. iō mirabant̄ philoſophi
vn̄ inerat oīb⁹ talis appetit⁹/ et vn̄ ꝓua/
tio talis ſtat⁹ cū appetit⁹ naturalis nō ſit
fruſtra: q2 videtur iſta duo ꝯtradici. ſ. ꝙ
ſit naturalis appetit⁹ oīb⁹ inſit⁹. et ꝙ ſit
fruſtra. Et ſic erāt philoſophi ī hoc ꝑple
xu ante aduentū xp̄i. Sc̄dus ꝑplexus
philoſophoꝝ fuit. q2 oēs experimur ī nob̄
quādā ꝑuerſa3 inclinationē ī carne ⁊ ſen
ſualitate total'r ꝯ̄ria3 et repugnātē ſupra
dicto naturali appetitu: ⁊ tollētē ⁊ īpedi
entē total'r effectū ⁊ finē ei⁹. ymo inducē
tem ad totū oppoſitu3. Et hoc videmus
manifeſte: nā īclinatio praua: et appetit⁹
carnis ducit hoīe3 in varias et peſſimas
infirmitates abreuiātes vita3 hoīs vſq3
ad interitū. vt p3 de gula ⁊ luxuria. Itē
luxuria nō ſolū inducit varias egritudi/
nes. ſ3 etiā cauſauit in mūdo varia bella
⁊ ſeditiones ⁊ homicidia. vt p3 de bello
troyano ꝓpter raptū helene. ⁊ de bello
fraterno tebanoꝝ īter atreū ⁊ thieſtē. et
de bello tarquinoꝝ ꝓpt̄ ſtuprū lucrecie
⁊c̄. Itē ꝓpt̄ cupiditatē dn̄andi ⁊ diuicias
adquirēdi multi perierūt. vt nō ſolū ſcla
ris: ſ3 etia3 ſacra teſtat̄ yſtoria. q̄ oīa īpe/

UVA. BHSC. IyR 068_1

diunt et auferunt vitam hoīs et inducũt infinitas miſias ꝯtra oẽs felicitatẽ: quaȝ naturalr̃ vnuſquiſqȝ deſiderat et appetit Et iſte fuit ſecundus perplexus quẽ phi/loſophi nunꝙ̃ potuerunt abſoluere.

Terti⁹ pplex⁹ apud philoſophos fuit q: oẽs philoſophi cognouerũt iſtuȝ inor dinatũ appetitũ ſenſitiuũ eſſe ꝑuerſuȝ in hoīe ꝯ totũ ordinẽ natꝰe et toti⁹ vniuerſi. nã in ordine nature oīa inferiora ſubor/dinant̃ et obediũt ſupiorib⁹. ut elementa obediunt corporib⁹ celeſtib⁹. et celi obedi unt intelligẽtijs mouẽtib⁹. et oẽs intelli/gẽtie obediunt ꝑme et mouẽt ꝑpt̃ deũ a/matũ et deſideratũ ut pȝ. xij. methafiſice et ꝑmo celi. et ꝑmo metheoroꝝ. In ſolo aũt hoīe repit̃ iſte ꝑuerſus ordo q: ſenſu alitas et caro q̃ ẽ pars inferior et uilior. ſemp pugnat aduerſus ſp̃m ⁊ aiaȝ. i. ad/uerſus rõeȝ: q̃ eſt ſuperior ⁊ nobilior: et ſemper reſiſtit ſibi. et vt plurimũ trahit volũtatẽ rõaleȝ: vt ſibi ꝯſentiat ī ſuo pra uo appetitu. Et ſic lȝ vnuſquiſqȝ cognoſ cat talẽ prauã īcliatiõnẽ eſſe ꝯ rõeȝ ⁊ cõ/tra virtutes morales ⁊ ꝯ legẽ dei: tñ oẽs ꝑ maiori parte tp̃is ſequũtur ſenſualita tem ꝯ ꝯſciaȝ ⁊ diuina p̃cepta. Et tñ ante aduentũ xp̃i nullus philoſophoꝝ potuit reddere rõeȝ vñ ꝑueniat talis ꝑuerſitas in ſolo hoīe ⁊ tale mõſtrũ in hũana natu ra. ymo volẽtes philoſophi inquirere de hac ꝑuerſitate inciderũt ī diuerſos erro/res. vñ anaxagoras dixit h̃ moſtrũ acci/diſſe ī ꝑncipio mũdi qñ oīa erãt ꝯfuſa ī illo chaos. q: qñ ille intellect⁹ ſeparãdo diſcordia et ꝯbinãdo ꝯcordia creauit oīa recta ⁊ ordīata ī ſua natura. tñ nõ recte cõpaginauit hoīeȝ. q: ꝯpaginauit carneȝ ſic male diſpoſitã ⁊ diſcordẽ cũ aīa rõali Et iõ ſicut tũc ī illo chaos iſta duo erant diſcordia: ita ⁊ nũc. ideo ſemp diſcordant ⁊ pugnãt int̃ ſe adinuicẽ ī hoīe ꝯtra totũ ordinẽ vniuerſi. Alij autẽ philoſophi di/xerũt hoc euenire ex celeſtib⁹ cõſtillatiõi bus ſub quib⁹ hoīes generant̃ ⁊ naſcunt̃ Ariſtotiles autẽ nõ auſus ẽ clare ſoluere hãc difficultatẽ: ymo qñoqȝ videt̃ ſibi cõ tradicere. nã qñoqȝ dicit ſenſualitatẽ eſſe naturalr̃ inclinatã ad malũ: ſȝ cũ grandi difficultate ꝑ virtutes morales poſſe do mari. ⁊ qñoqȝ dic̃ ꝙ felicitas q̃ ꝑ moralꝭ ꝟtutes adq̄rit̃ ẽ donũ deoꝝ. Et ꝑ ꝯñs et ipẽ morales virtutes: in q̃rũ opatiõe cõ/ſiſtit et adquirit̃ felicitas eſſet donuȝ dei et nõ nature. Et ſic ariſtotiles nõ potuit reddere h⁹ cãm. Manichei aũt uolentes reddere cãm h⁹ ꝑuerſi ordinis ⁊ monſtri dixerũt in hoīe eſſe duas aīas vnã bonaȝ factã ex ſb̃a ꝑncipis lucis/altam malam factã ex ſb̃a ꝑncipis tenebraꝝ. iõ in hoīe erat cõtinua pugna. Origeniani autẽ ſibi falſum nomen īponẽtes dixerũt ante h⁹ mundi cõſtitutiõeȝ oẽs aīas fuiſſe in celo cõuerſatas ⁊ peccaſſe ꝯ deũ: iõ fuerũt p⁹ ea poſite in corpora male cõplexionata Et iõ ẽ cõtinua pugna int̃ carnẽ et aīam. Quas quidẽ deteſtabiles opiniões imꝓ/bat aug⁹. contra manicheos in libro de duab⁹ aīab⁹/et in libro de natura boni. Ex quib⁹ pȝ ꝙ nec philoſophi nec heᷓtici potuerũt ſoluere tres ſuꝑdictos pplex⁹: eo q: nõ nouerũt ſacras ſcripturas ī qui b⁹ fuit nob̃ reuelatũ q̃r iſta mala fuerũt hũane natꝰe inflicta ī penã pc̃i ꝑmoꝝ pa rentum. vt in ſequẽti articulo patebit.

Sȝ nũc reſtat q̃rt⁹ pplexus qui ſcãda lizat ⁊ facit titubare ſimplices xp̃ianos in hoc tp̃re. nã nos videmus hoīes ſciẽti ficos ⁊ ſacris litteris eruditos: qui ex ſa cra ſcriptura ſciũt reddere cãs ſuꝑdicto rũ maloꝝ/et ſoluere pplexus ſuꝑdictos et ſciũt ⁊ p̄dicãt q̃r nẽo põt euadere pe/

UVA. BHSC. IyR 068_1

nas eternas: nec cõſequi vitã eternã niſi p̄ obſuãtiam legis euãgelice. Et ſciũt. ꝙ ſupbis deus reſiſtit: hũilibus aũt dat gratiaꝫ. Et tñ ꝓplures eoꝝ videmus iflatos tumore ſupbie. Jtẽ ſacra ſcriptura quaꝫ p̄dicamus nil aliud clamat niſi bona tp̄orali eſſe trãſitoria ⁊ falſa. et p̄ ꝯñs ꝯtennenda: et bona futura querenda. tñ nos videmus ꝓplures eoꝝ eſſe ſauciatos auaricia ⁊ luxuria ⁊ ambitione honoꝝ ⁊ dignitatũ. et ſic faciũt totũ oppoſitũ eoꝝ que ſciũt ⁊ p̄dicãt. Jtẽ videm⁹ oẽs p̄ncipes ⁊ reges t̃re ⁊ p̄latos eccl̃ie ſciẽtes ſe reddituros rõeꝫ ꝺ ſuis oĩbus ſubditis a maximo vſqꝫ ad minimũ. et hoc ſub cominatiõe pene eterne. Et tñ plures eoꝝ extorquẽtes bona tp̄oralia cũ ſolicitudĩe ita ꝯtẽnunt ſalutẽ ⁊ vtilitatẽ popl̃i: ac ſi nũꝗ eẽnt morituri nec rõeꝫ deo reddituri. iõ iſte ꝯplexus ſcãdalizat ſimplices fideles ⁊ facit eos titubare. Sꝫ inferius ſoluet̃ iſte ꝯplexus vbi videbit̃ q̃lit̃ p̄ter ſcientiã ⁊ fidẽ eſt neceſſaria grã auxiliatiua liberi arbitrij ad vitandũ omne malũ et adimplenda diuina precepta. Et hoc de primo articulo.

uãtũ autẽ ad ſcdꝫ articulũ ponunt̃ octo cõcluſiões de mente auguſtini ꝯtra pelagianos. Quaꝝ p̄ma eſt iſta. ſ. ꝙ adã fuit creatus cũ oĩb⁹ q̃tuor bonis nature. Jſta ꝯcluſio ſic ꝓbat̃ ex ſacra ſcriptura geñ. p̄mo. Nã oĩa q̃ fecit deus erãt valde bona. i. itegre ⁊ pfecte bona ⁊ non diminute ſm integritatẽ ⁊ ſufficiẽtiã ſue nature. vt dicit gloſa. q2 oĩa fecit deus in numero põdere ⁊ mẽſura. ſapie. xj. aut ſub ſpẽ ⁊ mõ ⁊ ordĩe. et p̄ ꝯñs ꝓpt̃ aliqꝫ finem. vt inquit aug⁹. iiij. ſup geñ. ergo ſequit̃ ꝙ de⁹ creauit hoĩeꝫ cũ oĩbus bõis ꝓportionatis ſue nature ⁊ ſufficiẽtib⁹ ad integritatẽ ⁊ neceſſitatẽ ei⁹. Sꝫ q̃tuor ſũt bona neceſſaria ad integritatẽ et ſufficientiã hũane nature. ſ. ſpẽs/ mod⁹/ ⁊ ordo ⁊ finis hõi ſufficiẽs ⁊ ꝓportionat⁹. vt dictũ eſt. ergo cuꝫ oĩb⁹ iſtis bonis fuit creatus homo. vñ bona ſpẽi hoĩs ſunt potẽtie et ꝓprietates ⁊ vires et eſſe quibus homo opat̃. Sꝫ q2 homo oĩb⁹ iferiorib⁹ debebat preſidere. ſ. mineralib⁹ ⁊ plãtis ⁊ aĩalib⁹ iõ fuit creat⁹ cũ oĩb⁹ viribus eoꝝ: vt cuꝫ oĩbus ꝯueniret. iõ hẽt eſſe cũ mineralib⁹ Et hẽt oẽs vires aĩe vegetatiue cũ plãtis et oẽs potẽtias ſenſitiuas cũ aĩalibus. et hẽt appetitiuã potẽtiã cuꝫ eiſdẽ: ſꝫ vltra iſtas inferiores potẽtias hẽt vires ĩpius aĩe intellectiue. ſ. intellectuꝫ ⁊ memoriaꝫ et voluntatem: que pertinent ad parteꝫ rationalẽ ĩ qua cõuenit homo cũ angelis Habꝫ ergo oẽs vires ſenſitiuas vt cognoſcat oĩa ſenſibilia. Et hẽt intellectũ ut cognoſcat oĩa intelligibilia. et ſic aĩa intellectiua hoĩs cõtinet virtualit̃ oẽs vires ĩferioꝝ. ⁊ oẽs alie cõtinẽt̃ in ea ſicut trigonũ in tetragono. vt ait ariſtotiles ſecũdo de aĩa. Oẽs at̃ iſte vires dñr bona ſpeciei hũane. eo ꝙ ĩmediate ſequũt̃ formam et ſunt ĩmediata p̄ncipia opandi. Sed quia oĩa fecit de⁹ cũ ſuo mõ et diſpõe ad expedite opandũ: iõ creauit iſtas vires ĩ hoĩe cũ ſuiſ hĩtib⁹ vt abſqꝫ ĩpedimẽto et mora poſſet facilit̃ opari. Vñ ſicut creauit oẽs arbores in illo paradiſo cũ fructib⁹ ſuis Jta creauit intellectũ ⁊ volũtatẽ ⁊ appetitũ ſenſitiuũ hoĩs cũ hĩtib⁹ ſuis. quia al̃r aĩa hoĩs fuiſſet ualde et integre bona. Et ſic creauit intellectũ cũ oĩb⁹ hĩtib⁹ ĩtellectualibus. ſ. cuꝫ hĩtu intellectus quo ĩmediate adheſit p̄mis p̄ncipijs et̃ cũ hĩtu ſapiẽtie quo ĩmediate incepit cõtẽplari primas et ſupiores cãs altiſſimas. ſ. deuꝫ et intelligẽtias. et cũ hĩtibus oĩuꝫ ſcĩẽtiarũ reꝝ nat̃aliũ ⁊ mathematicaliũ quo illico

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſpeculabaṫ oīa naṫalia: q2 illico impoſuit
nomina oībus rebus creatis ꝯm naṫas
ſuas. vt pꝫ geñ. ij. Item habuit adā hītū
ꝓudētie de oībus agibilibus et hītuꝫ ar/
tis de oībus factibilibus. Itē nō ſolū in
tellectꝰ: ſꝫ etiā appetitus ſenſitiuꝰ ⁊ ſen/
ſualitas fuit creata hītuata cū oībꝰ habi/
tibus virtutū moraliū puta cum habitu
tēperātie qua modificabat ꝯcupiſcibileꝫ
circa oīa dclectabilia et vtilia. Et cū hītu
fortitudinis circa oīa ṫribilia. et cū ceṫis
habitibꝰ modificātibꝰ ſenſualitateꝫ circa
bona vtilia ⁊ circa honores ⁊c. quos qui
dē hītus hēbat ſine īpedimēto alicuiꝰ paſ
ſiōis. Itē ſicut creauit intellectū ⁊ ſenſu
alitatē cū ſuis hītibꝰ: nō creauit volūtatē
ſine ꝓprio hītu naturali q̄ ē iuſticia mo/
dificans ipam volūtatē ad recte volēduꝫ
et eligēdū ⁊ imperādū. vñ iuſticia dr̄ ppe
tua volūtas tribuēs vnicuiqꝫ qd̄ ſuū ē. i.
ē ppetuꝰ. i. integer hītus volūtatis. quo
voluntas tribuit vnicuiqꝫ qd̄ ſuuꝫ ē. per
quē hītū ipe adā regulabat oēs ſuas opa
tiones erga deū ⁊ hoīes ⁊ erga ſeipꝫ. nā
tribuebat deo verā latriā ſibi debitaꝫ. et
hōibꝰ mutuū obſequiū. Et recte volūtas
impabat ſenſualitati ⁊ ceteris aīantibus
et plantis et mineralibꝰ vtebaṫ in facul/
tatē ſui. Nō eniꝫ volūtas fuit creata mi/
nus integra ⁊ pfecta cū ſuo ꝓpo habitu
iuſticie. q̄ intellectꝰ cū ſuis hītibus ſcīeti
ficis et ītellectiuis. Et q̄ iraſcibilis ⁊ cō
cupiſcibilis cū ſuis hītibꝰ ⁊ virtutibꝰ mo
ralibꝰ. Et iſta dicebaṫ origialis iuſticia ī
adam. Dicebaṫ enim originalis inq̄ntū
ab origine creatiōis cū ceteris hītibꝰ tra
xit ipam. ⁊ etiā inq̄ntū oībꝰ ſuis poſteris
p generationē cōmūicaſſet ipaꝫ. vnde oēs
iſti hītus ſupdicti dicebātur etiā origina
les ⁊ naturales. pmo inq̄ntū ab origine
fuerūt ꝯcreati ad modificādas vires na
turales ī ſuis opatiōibꝰ. ſcđo inq̄ntū erant
porportionati et neceſſarij ipi nature ad
ſuas naturales opatiōes exercēdas abſqꝫ
impedimēto aliquo. Et ſic ptinebāt ad ī
tegritatē nature. Et iō ꝯputabātur inter
bona nature. Sꝫ vltra hec bona modifi/
cātia et habilitātia vires naturales hoīs
fuit neceſſariū bonū ordinis ī potentijs
ſupdictis. q̄ quidē ordo cōſiſtit in debita
ꝯformitate viriū ⁊ partiū inferioꝝ ad ſu
piores. Et iō fantaſia erat ſubdita intel/
lectui. et ſenſualitas erat ſubdita et obe/
diēs volūtati ratiōali. Et vniuerſalr̄ to/
ta caro ⁊ corpꝰ erat ſubditū ſpūi. Et vo/
lūtas hoīs cuꝫ oībꝰ viribus erat ſubdita
et obediēs et tota intēta diuiīe volūtati.
Et ī hoc cōſiſtebat tota origialis iuſticia
ipius adā ⁊ debitꝰ ordo eiꝰ. Et iſte ordo
dicebaṫ naturalis in adaꝫ. Naꝫ ſicut oīa
elementa naturalr̄ ſubdūtur celis. et celi
parēt intelligētijs mouētibus. et ītelligē
tie parent diuine voluntati. q2 mouent
ppṫ deū amatū et deſideratū. xij. metha
fiſice. ergo ꝯm ordinē nature ſenſualitas
debet parere volūtati rōnali. et uolūtas
debet parere deo. Et iō ſpēs/modꝰ/et or
do et oīa p̄dicta cōputanṫ inṫ bona naṫe
hoīs. Sed q2 ſpēs et modꝰ et ordo tēdūt
in aliquē finē nature ꝓporcionatū. Iđo
naturalis finis et p̄miū hoīs erat hītare
et viuere in emiſpio auſtrali: qui dr̄ para
diſus uoluptatis eo q2 ibi duxiſſet vitam
bēam cū oībꝰ bonis naṫalibꝰ abſqꝫ defec/
tu aliquo bonoꝝ naṫaliū ſine morte/et li
ber ab omni infirmitate et dolore ⁊ trī/
ſtitia. q̄ quidē bona ꝓueniebant ṫbus ex
cauſis/pmo ex aſpectu celi. nā ꝯm ptho/
lomeū: et ariſtotilē ſcđo celi. Emiſperiuꝫ
auſtrale ē vertex et caput et ſupior pars
mūdi. iō ille ſtelle ſunt fauorabiliores mit
tentes vberes et fauorabiles et ſalubres

UVA. BHSC. IyR 068_1

influētias. Et iō ꝓpt̄ fauorē celi ī illa pte nll'a cauſat̄ ñc accidit peſtilētia ñc ſtilitas ñc vetuſtas ñc calor exceſſiu⁹ nec tenebra ſʒ aura placida et ſalubris et tēpatiſſima in lumine et calore et vniformis ꝑut dic tū fuit. ps. lxxj. Et ſic ↄſeruabat oēs plā tas ſucceſſiue cū fructib⁹ ſuis. et ſic etiaʒ cōſeruaſſet adā cū ſuis poſteris in eſſe ſa lubri. Et ſic pma cā erat aſpect⁹ celi. ſcda vo loc⁹ ille qui ē ſub tali aſpectu. tcia cā vite ꝑpetuande ſine infirmitate ⁊ morte erat lignū vite. Et ſic pmi parētes afflue bant oib⁹ bonis natalib⁹ abſqʒ aliquo de fectu. Et in his cōſiſtebat tota eoꝝ natu/ ralis felicitas et btitudo tam corporis ꝙ aīe. Nā p intellectū ↄtēplabātur oīa cre ata ⁊ increata lʒ nō viderēt deū p eētiā Et p voluntatē hēbāt quicquid boni na/ turalis volebāt: ⁊ nihil mali volebāt et ī corpore nullū patiebātur defectū. Et iō erat adaʒ felix ⁊ btūs naturali btitudīe. qr felicitas nil aliud eſt niſi trāquillitas animi omni triſticia ⁊ defectu vacantis. et bonū ſufficiēs delectās hēntē. Ex qui/ bus pʒ ꝙ pmi parētes fuerūt creati cum oib⁹ bonis nature in ſua ītegritate. Que quidē bona ſunt ſpēs. modus. ⁊ ordo. et ille finis et poſſeſſio illius loci cū ſuis bo nis. in quo helyas et enoch ducūt vitam felicē vſqʒ ad fīm aduētū xpi. Que quidē felicitas intātū dr̄ naturalis/inqˉtū ē pro portiōata hūane nature. Ex quib⁹ pʒ ꝙ oēs hitus quos modo morales appella/ mus tunc poterant dici naturales qua/ druplicitēr. Primo qr a principio erant inditi nature. Scdo inqntū erāt nature proportionati nō excedētes naturā. Ter cio qr ptinebāt ad integritatem nature. Quarto quia oēs poſteri traxiſſent illos habitus ab origine ⁊ natiuitate. ſed poſt lapſuʒ iam nō poſſunt huiuſmodi hitus dici naturales: ſʒ morales. eo qr p lōgaʒ morā ⁊ frequētes actus nouiter adqui/ rūtur. vñ tūc ī adā hitus pceſſerūt paſſi ones ⁊ actus: ſʒ modo poſt lapſuʒ ī noƀ paſſiōes ⁊ actus pcedūt hitus: qui cōtra paſſiones refrenādas ex actibus generā tur. Itē illa hitatio paradiſi erat hōi na turalis. eo qr erat ſup oīa aīantia nature hoīs ꝓportionata ⁊ collata. Scda cō cluſio. ꝙ pter illa qtuor bona naturalia ſupdicta pmi parētes fuerūt creati ī grā ſupnaturali gratū faciēte. qđ ꝓbat̄ ex au toritate auguſtini ſup geñ dicētis. ꝙ pmi parētes poſt longā vitaʒ ſine morte ⁊ do lore fuiſſent trāſlati ī vitā meliorē ad ce leſte regnū: ſʒ talē vitā nō potuiſſent ↄſe qui naturalr̄ p bona nature. qr ſicut per hitus ītellectuales naturales nō potuiſ/ ſent videre diuinā eētiā. ita nec p ſoluʒ hituʒ naturalē originalis iuſticie meruiſ/ ſent illđ ſupnatale pmiū: nec frui diuina eētia. Et iō eſt dicēdū. ꝙ habuerūt grāʒ gratificam ſupnaturalē ſublimātem eos vltra ⁊ ſup humanā facultatē ad meren/ dum illam vitaʒ ſupnaturaliter beatam: qr p ſolā originaleʒ iuſticiam nō poterāt mereri niſi illā pſentē btitudinē humane nature ꝓportionatā in qua erāt: que nō ponebat eos extra nec vltra humanā fa/ cultatē. Et iō dicūt quidā ꝙ illa origīalis iuſticia vel erat radicata in gracia grati/ fica cum fide/et ſpe/ et caritate. vel erat iuncta cum ipſa: vt vltra preſentem be/ atitudinem poſſent mereri futuram. Et iō ē dicēdū ꝙ vltra hit⁹ naturales ītel lect⁹ et uolūtatis habuit adā hit⁹ theolo/ gales. ſ. fidē ſpē ⁊ caritatē de xpo futuro ſaluatore. quē in ſpū ꝓphetico puidit in/ carnandū qño fuit in illo ſopore. q̄ quidē virtutes nō fuerūt ſine grā. Ex hoc pʒ ꝙ adā nō ſolū hūit grāʒ gratificā ꝓ illo ſta

UVA. BHSC. IyR 068_1

tu ſed etiã grãz et donũ pphecie. qꝛ in illo ſopore preuidit miſteriũ incarnatiõis et etiã ecclẽie ſurgentis ex latere xp̃i p formatio nẽ eue ex eius coſta. vt ĩquit aug⁹ ſup jo. et ſup geñ. Quod quidẽ miſteriũ explica uit pphetice adã qñ ſurgẽs a ſopore dixit. nũc os ex oſſibus meis ⁊c. Tercia cõ cluſio ꝙ p̃mi parẽtes p pctm lʒ nõ pdide rint bona ſpẽi que ſunt vires naturales ĩpius aĩe ⁊ corporis: tñ pdiderũt moduz ⁊ ordinẽ ⁊ finez. qꝛ fuerũt expoliati oĩb⁹ bonis ⁊ hitib⁹ oĩuz potẽtiaꝝ quib⁹ expe dite ⁊ recte ⁊ ordiate opabãtur. ⁊ p ꝯñs fuerũt expoliati illa originali iuſticia cuz ſuo p̃mio. qđ pbat aug⁹. yponoſticon re ſpõſiõe p̃ma. Nã illico poſt eſuz ligni p hibiti nouerũt ſe nudos. i. oĩbus bonis gratuitis ⁊ gratificis expoliatos. Et ĩdo abſcõderũt ſe et fugerũt a facie dñi. geñ. iij. Hoc idẽ ait ſaluator luce. x. p parabo lam illius hoĩs qui deſcẽdẽs ab hier̃lm in hierico incidit ĩ latrones: qui expoliaue rũt ⁊ pcuſſerũt eũ: ⁊ ſeminiuo relicto ab ierunt ⁊c. vbi dicit aug⁹. ꝙ bene merito p̃mus homo fuit oĩb⁹ bonis expoliatus Nã ſicut ĩpe fuit auerſus a deo perdẽdo originalẽ iuſticiaz. jta de⁹ fuit auerſus ab eo auferẽdo bona que ſibi ꝯtulerat. Nã pdẽdo origialez iuſticiã: pdidit oĩa bona naturalia que p illaz iuſticiã poſſidebat. Et pdẽdo iuſticiã originalẽ: pdidit etiam grãm p quã expectabat ⁊ potuiſſet ꝯſeq futuram btitudinẽ. Jtẽ pdidit bonũ or dinis: qꝛ pdidit liberũ imperiũ qđ volũ tas rõalis hẽbat ſup̃ ſenſualitatẽ qꝛ ſicut volũtas rõalis impabat: jta ſenſualitas ⁊ caro obediebat ⁊ parebat: ſʒ poſt lap ſum nõ paret: ſʒ poti⁹ imperat. vt pate bit. Et ſicut pdidit bonũ modi ⁊ ordinis jta etiã bonũ finis. qꝛ fuit expulſus ab il lo paradiſo deliciaꝝ et p̃nti felicitate ſibi naturalr̃ proportionata. et ſic fuit expul ſus ab illo emiſperio auſtruali ĩ hoc emi ſperiuz aquilonare vbi tanꝙ exules oẽs poſteri viuimus cum iugi miſeria expo liati oĩb⁹ illis bonis. Ex ſup̃dictis tribus ꝯcluſiõib⁹ ſoluitur p̃mus pplexus philo ſophoꝝ. ſ. vnde ineſt nob̃ appetitus vite immortalis ⁊ impaſſibilis ⁊ felicis quaz nemo in hac vita poteſt hẽre: qꝛ talis ap petitus ẽ naturalis nec eſt fruſtra poſtꝙ aliquis in hoc ſeclo potuit poſſidere ꝑut p̃mi parẽtes ante lapſuz. Et iõ ex p̃uatio ne illius ſtatus manet nob̃ inſit⁹ talis ap petitus: quia priuatio eſt cauſa appetit⁹.

Quarta ꝯcluſio ꝙ hõ p pctm nõ ſolũ fuit expoliat⁹ oĩb⁹ bonis modi ⁊ ordinis et finis naẗalis. ſed etiã fuit pcuſſus et ſau ciat⁹ in oĩb⁹ potentijs et in tota pſona et h̃ quĩtuplici vulnere ꝓpt̃ qđ nõ põt libe nec facilit̃ opari. p̃ma pars pʒ p p̃cedẽtez cõcluſionez. Scđa aũt pars pʒ per ſingula ad expientiam et ꝑut experim̃ in nobis. Vñ p̃mo hõ fuit ſauciat⁹ in ꝯplexiõe vul nere ĩfirmitatũ et egritudinũ ⁊ morboꝝ quia nõ ẽ aliq̃ pars in hoĩe q̃ nõ ſit ſubie cta alicui egritudini ymo mł̃tis. puta qꝛ accidit obtalmia ĩ ocł̃is. v̾tigo ĩ cerebro. pleureſis in pleura. et colicapaſſio in co lon ⁊c. ꝑut tradidit auicenna in q̃rto et quinto canone. q̃ quidem mala inducunt finaliter mortem. Ex quo patet ꝙ mors et febris et omnes iſte infirmitates iam non poſſunt dici mala naturalia ſed pe nalia quia in penam peccati inflicta. Jtẽ ſcđo fuit homo vulneratus et ſauciatus vulnere improbi laboris in toto corpe qꝛ ille q̃ abſqʒ labore potat viuere: cui terra ſponte dabat oẽm fructũ et oĩa aĩalia: et plante et mineralia erant ſibi ad libitum ſubiecta. nũc autẽ non poteſt adquirere victũ ⁊ veſtitũ abſqʒ intollerabili labore



UVA. BHSC. IyR 068_1

q2 vnuſquiſq3 cũ ſudore ⁊ labore ⁊ dolo
re veſcit pane ſuo ex ſñia dñi.geñ.iij. Et
iõ oīa iſta bona tp̄oralia que de ſui natu/
ra ſunt bona naturalr̄ ⁊ ad neceſſitatem
hoīs creata ⁊ ī p̄ncipio liberalr̄ collata.
nūc at̄ ꝯuerſo noīe dñr bona fortūe rōe
modi adquirēdi ⁊ poſſidēdi:q2 tūc natu/
ralr̄ erāt oīa coīa. ſed nūc cu3 labore et
fraude vt plurimū adquirūtur ⁊ ab indi
gnis poſſidet̄.Et iõ mutato noīe dñr bo
na fortune. Itē t̄cio fuit hō vulnerat9 in
ſenſualitate vulnere p̄ue cōcupiſcētie.nā
ſenſualitas q̄ erat ſubordiata rōi ⁊ hitua
ta temperantia et fortitudine et ꝯtinētia
et parſimonia ⁊c̄. expoliata hui9 virtuti
bus modalib9 et ſibi naturaliter inditis
fuit ꝑcuſſa et ſauciata vulnere inordiate
ꝯcupiſcētie:que ē fomes ⁊ cā oīu3 malo/
rū in qua ſenſualitate ſic expoliata ⁊ ſau
ciata ſucceſſerūt oēs animi paſſiōes.que
dñr egritudines animi. puta gaudiu3/et
triſticia/yra ⁊ odiū/et īuidia ⁊c̄. que nō
poſſūt refrenari niſi ꝑ morales virtutes
nouiter adquiſitas.Et ſic iſti hit9 virtuo
ſi qui ante erāt bona naturalia et indita
iā nō poſſunt dici bona naturalia:ſ3 mo
ralia:q2 cū longa mora ⁊ labore ſunt no
uiter adquiſiti ex frequētatis actib9. nec
morb9 cōcupiſcētie/nec paſſiōes poſſunt
dici mala naturalia:ſ3 penalia.i.in penā
pc̄ti īflicta. Nā hit9 naturales p̄ceſſerūt
paſſiones ⁊ ꝯcupiſcētiā ī ſenſualitate.Et
paſſiōes ⁊ ꝯcupiſcētia modo p̄cedūt vir/
tutes morales. Et ſic neutra dicūtur ia3
naturalia.Ex quo p3.ꝙ ſenſualitas fuit
vulnerata morbo ꝯcupiſcētie ꝑ quā īclīa
tur ad omne malū:et eſt ſegnis ad omne
bonū:⁊ rebellis ſemꝑ ⁊ repugnās rōi ⁊
infr̄gēs ⁊ colluctās aduerſus ſpm̄. Item
q̄rto tota pars rōalis fuit ſauciata mul/
tiplici vulnere.Nā ītellectus qui ꝑ hit9
intellectuales ꝯcreatos poterat ꝯtēplari
nō ſolum naturalia:ſ3 etiā ſupnaturalia
ꝑ hitu3 ītellectus ⁊ ſapīe et hitū ſcīe con
create/et hoc abſq3 fantaſmatib9 q2 pote
rat ad libitu3 intelligere ꝑ fantaſmata vl'
ſine fantaſmatib9:⁊ nūc autē oīb9 illis hiti
bus expoliatus nō poteſt intelligere ſine
fantaſia:q2 neceſſe ē intelligētē fantaſma
ta ſpeculari.vt p3 tercio de aīa.Et ſic ne
ceſſe eſt vt intellect9 ꝯuertatur ad fantaſi
am ſi vult intelligere.et ita pariter volū/
tas q2 fuit expoliata origiali iuſticia qua
oīa recte volebat et diuine volūtati erat
cōformis.fuit ꝯuerſa ī ſuis opatiōib9 ad
ſenſualitatē corruptā ⁊ appetitu3 ſenſiti/
uū corruptū ⁊ deprauatu3. Et iſta pena
rationaliter fuit homini inflicta.vt īquit
auguſtinus. Nam poſtꝙ voluit auerti
a deo et ab eius uolūtate et cōuerſus ad
mulierē ut ſibi cōplaceret:⁊ iõ intellectus
expoliat9 bonis naturalib9 fuit cōuerſus
ad fantaſiam de neceſſitate in ſua opatōe
et uolūtas ad ſenſualitatē et ſupiora ad
īferiora.ſ.ſpūs ad carnē ⁊c̄. vñ eueniūt
hōi oīa mala. nam intellectus frequent̄
decipit̄ ꝑ fantaſiā in ſuo iudicio et uolun
tas depuat̄ ꝑ ſenſualitate3 in ſua opatiōe
Et iõ q2 ītellect9 nō pōt hēre ſcia3 d̄ rb9 ni
ſi ꝑ fantaſiā:īnde ē ꝙ freqn̄t decipit̄ circa
cognitionē reꝝ.Et iõ philoſophi p̄mi uo
lētes ex ꝓprijs virib9 inquirere nat̄as et
cās reꝝ:decepti inciderūt in uarios erro
res.ut p3 p̄mo et .ij.methafiſice.et p̄mo
phiſicoꝝ.et p̄mo de generatōe.et p̄mo d̄
aīa.Itē nō ſolū fuerūt decepti in intelle
ctu ſpeculatiuo circa nat̄as reꝝ:ſed et̄ in
intellectu p̄ctico circa cognitione3 boni
honeſti et vtilis et delectabilis. ex cui9 er
rore accidit p̄ua electio in voluntate. Ex
quib9 oīb9 p3 infirmitas nr̄i intellect9 et
oīu3 aliaꝝ potētiaꝝ:et p3 et̄ ꝯuerſus or/

UVA. BHSC. IyR 068_1

do int eas. q2 itellct9 decipit a fantaſia/ ꝛ uoluntas ab intellectu pctico decepto ꝛ allicit a ſenſualitate corrupta. vn̄ modū h9 puerſi ordinis et deceptiōis ponit ariſtotiles tcio de aia. et. iij. et. vij. ethicoꝝ. Vn̄ ē aduertēdū ꝙ in hoie ſunt cōſiderāde due partes principales. ſ. pars rōalis et ſenſualitas put cōphēdit ſenſus extiores et intiores. ſ. fantaſiam et appetituꝫ ſenſitiuuꝫ. vn̄ fantaſia ſequitur ſenſuꝫ. et appetitus ſequit fantaſiā. Fantaſia autē iudicat de ſenſatis ꝯueniētib9 vel diſcōueniētibus/ſiue delectabilibus ꝛ triſtabilibus. Et ſic om̄e delectabile aut vtile dicit bonū. et omne triſtabile aut inutile dicit malum. Et ſic appetitus qui diuiditur in iraſcibilē ꝛ ꝯcupiſcibilē ſequit omne delctabile aut vtile tanꝙ bonuꝫ. et fugit omne triſtabile tanꝙ malū. Et ſic ſequit honores et dignitates et oīa ardua ſibi apparētia bona. et ꝯcupiſcibilis optat et ſequitur voluptates carnis et pecunias ꝛ cetera ſibi ꝯcupiſcibilia tanꝙ bona. Et vtraqꝫ. ſ. iraſcibil et cōcupiſcibilis fugit oīa triſtabilia tanꝙ mala. Jteꝫ in parte rationali ſunt due potētie diſticte. ſ. itellectus ꝛ volūtas. vn̄ ſicut appetit9 ſequit fantaſiā ꝛ ſenſuꝫ. ita volūtas i pmo actu ſequit intellectū. Sꝫ iſte intellect9 habet duas portiones. ſ. ſupiorē qui dr̄ intellectus ſpeculatiuus. et inferiorē qui dr̄ itellect9 practic9. vn̄ ſicut itellect9 ſpeculatiu9 ſpeculatur ſpeculabilia. ita intellect9 practicus cognoſcit ꝛ rationat de agibilibus ſed iſte itellectus practicus adhuc habet duplicē portōeꝫ. ſ. vnā ſupiorē p quā cognoſcit et iudicat de agibilib9 i vli put ſibi offerūtur p legē diuiaꝫ vel hūanaꝫ. Et hēt aliam portionē iferiorē p quā iudicat de pticlarib9 put ſibi offerūt p fantaſiā. Et tūc intellct9 pcticus iungit fantaſie et ſit vnū cū ea in itelligēdo. Et ſic iudicat d bonis delectabilib9 ꝛ vtilib9 ſm apentiaꝫ et iudiciū fantaſie. Et ſic puertit i ſuo iudicio. nā ſicut ante p ſupiorē portōꝫ iudicabat legē dei eſſe bonā. et p ꝯn̄s obſuādam/ꝛ om̄e malū eſſe vitādū/et om̄e adulteriū aut furtū ꝛ hōicidiū eſſe malū. et p ꝯn̄s vitandū. Et ſic tūc nō decipiebat i ſuo iudicio. Et tūc volūtas ſeqns tale iudicium intellect9 in p. ſui opatōe volebat legē dei obſuare. ꝛ oē hōicidiū ꝛ furtū et adultiuꝫ tanꝙ malū vitare. Et ſic voluntas dicebat recta ꝛ bona. Sed poſtea cuꝫ fantaſia offert itellctui pctico aliquod bonū delectabile aut vtile pticulare p apetituꝫ ſenſitiuū optatū. Et intellect9 iunct9 fantaſie et deceptus iudicat illud eſſe bonum ꝛ ſeqnduꝫ. tūc volūtas in ſcdo actu ſeqns intellectū deceptū ꝛ ꝯuerſa ad appetitū prauū ſit ſimt vnū cū eo. Et ſic depuata voluntas ſequit deſideriū ſenſualitatis appetēdo illd bonuꝫ aparēs. ſ. vtile aut delectabile lꝫ ſit nociuū ꝛ maluꝫ ꝛ ꝯ legē diuinā ꝛ hūanaꝫ et ꝯ bonos mores. Et ſic cauſat pctm̄ i volūtate i tali electōe et executiōe. Et ſic pꝫ qualr vterqꝫ decipitur tā intellectus ꝙ voluntas p ꝯuerſionem ad ſenſualitatē. Et iō dicit ariſtotiles. iij. ethicoꝝ. ꝙ oīs malus ignorās. i. deceptus: q2 lꝫ cognoſcat i vniuerſali tn̄ decipit in particulari p ꝯuerſioneꝫ ad fantaſiā et ſenſualitatē. vt pꝫ d iptinente vij. ethicoꝝ. cuius deceptio cauſatur ex falſo diſcurſu argumētationis: q2 arguit in quatuor terminis ideo poti9 videt habere oppinionē ꝙ ſciam de particularib9 Nā pmo i maiori ꝓpoſitiōe dicit omne adulteriū tanꝙ malū eſſe vitādū. eo q2 ē ꝯtra legē: ſꝫ qn̄o offert ſibi iſta mulier ſicut i minori ꝓpoſitiōe deberet dicere. h eſt adulteriuꝫ. ergo vitāduꝫ. tn̄ alterādo



UVA. BHSC. IyR 068_1

terminū dicit. Hoc eſſe bonū delectabile Et ſic ꝯcludit. ergo ſequēdū. et ſic peccat in forma arguēdo in q̄tuor terminis. Et ꝑ ꝯñs cauſat̄ peccatū ⁊ ignorātia ī itellc/tu practico ⁊ error ⁊ prauitas ī volūtate ſequēdo ītellectū ⁊ ſenſualitatē. et ex ꝯſequēti cauſat̄ culpa ī aīa. Et iō dicit ariſtotiles. iij. de aīa. ꝙ volūtas q̄ ponit̄ q̄ſi mediū īter intellectū ⁊ appetitū ſenſitiuuȝ. ſi ſequit̄ intellectū ꝓut iudicauit ī vniuerſali: tūc ipſa dr̄ recta et iuſta. q2 ītellectus vt ſic dr̄ rect⁹. Sȝ ſi volūtas ſequit̄ ſenſu/alitatē ſiue appetitū īferiorē et ītellectuȝ practicū deceptū ⁊ deprauatū ꝑ fantaſiā tūc volūtas rōalis dr̄ praua et iniqua: et fc̄ta beſtialis ſimul cū ſenſualitate. q2 tūc volūtas iā nō ē recta nec rōalis: ſȝ ꝑ̄ua ⁊ beſtialis ⁊ mōſtruoſa effecta ꝑ ꝯſortium ſenſualitatis: q2 agit ꝯtra naturā. Nam ſicut rota primi mobilis naturalr̄ trahit oēs orbes inferiores motu recto ab oriēte in occidētē: ita ītellect⁹ et tota pars rationalis naturalr̄ deberet ad ſe et ſecum trahere fantaſiā et totā ſenſualitatem et nō ecōuerſo. Et iō q̄ño ſenſualitas trahit ad ſe volūtatē ⁊ partē rōalē. tūc talis motus ⁊ actus eſt ꝑuerſus ⁊ mōſtruoſus ⁊ nō naturalis. Et iō ſicut ꝑ motū p̄mi mobilis rectū nunꝙ̄ cauſat̄ malū nec peccatū nec mōſtrū ī natura nec aliquis defectus: ſȝ ſoluȝ cauſat̄ eclipſis aut cauſātur ſterilitates aut peſtilētie aut tēpeſtates ꝑ orbes inferiores qui mouētur in circulo obliquo cōtra motū p̄mi mobilis: ita pariter ꝑ p̄mā opatiōeȝ partis rōalis nūꝙ̄ cauſatur deceptio ī ītellectu practico nec peccatū ī volūtate. ſȝ q̄ño ſenſualitas trahit ad ſe partē rōaleȝ ad ſuū libitū: tunc cauſat̄ pc̄tȝ et mōſtrū ī aīa. q2 tūc ītellectus fit q̄ſi fantaſia et volūtas fit ſenſuali/tas. q2 nec ītellectus ꝑ ſe nec ſenſualitas ꝑ ſe ē ſufficiēs p̄ncipiuȝ ad mouēduȝ ſiue ad proſequēdū. ſȝ ex his fit vnū p̄ncipiuȝ ſufficiēs ad ꝓſequēdū bonū vtile vel de/lectabile. Ex quib⁹ pȝ. ꝙ tot⁹ iſte diſcur/ſus ꝑ ariſtotilē explicatus ē ꝯtra naturā nō ſolū ipſius aīe: ſȝ etiā ꝯ ordinē ipſi⁹ vniuerſi. ī quo ſemꝑ inferiora obediūt ſupiorib⁹. Et hūc eūdeȝ ꝑuerſuȝ ordinē nr̄aꝝ potentiarum memorat apoſtolus ad romanos. vij. vt infra patebit. Et ſic ariſtotiles et oēs philoſophi bene ꝯcedūt taleȝ motū ⁊ modū eſſe ꝑuerſuȝ et prauum et mōſtruoſuȝ et ꝯtra naturā et ordinē vniuerſi. tn̄ nunꝙ̄ potuerunt ꝑuenire ad cognitionē cauſe. vn̄ tale monſtrū ꝑueniat in hoīe. Et hoc accidebat eis: q2 nō nouerāt ſacrā ſcripturā in qua nob̄ ē reuela/tuȝ qualr̄ hec mōſtruoſitas et ꝑuerſitas fuit inflicta toti generi hūano ī penā peccati p̄moꝝ paretū. eo q2 oēs potētie fue/rūt expoliate oib⁹ bonis hitib⁹ ꝯcreatis Et fuerūt vulnerate quintuplici vulnere . ſ. vulnere multiplicis egritudīs ī ꝯplexione. et vulnere laboris et doloris ī toto corpore ꝓ victu ⁊ veſtitu adquirēdo. Et vulnere ⁊ morbo ꝯcupiſcētie ī carne. Et vulnere praue ꝯuerſiōis ⁊ electiōis ī parte rōali. Ex quo infligitur vulnus culpe et pc̄ti in aīa. Si autē vulnus ꝯcupiſcētie dicat aliquā formā poſitiuā ſupadditam ſenſualitati vel dicat ſolam p̄uationē modi et ordīs: lōgū eſſet hic diſputare. For/ſan dicet̄ ī expoſitiōe euāgelice veritatis ſup illud luce. x. de illo hoīe qui deſcēdēs ab hier̄lm ī hierico: quem latrones nō ſolum expoliauerūt: ſȝ etiā ꝑcuſſerūt ⁊ ſauciarūt ⁊ plagis īpoſitis ⁊ ſemiuiuo relicto abierūt ⁊c̄. Sȝ ſufficit ad p̄ñs ſcire. ꝙ ſic ſenſualitas ſiue appetit⁹ ſenſitiu⁹ fuit ſauciatus vulnere praue ꝯcupiſcētie et ī/clinatiōis ad voluptuoſa ⁊ delectabilia ⁊

UVA. BHSC. IyR 068_1

vtilia q̃ ſunt falſa bona. Ita volũtas ra/tionalis fuit vulnerata quodaʒ vulnere ceci ⁊ inordinati amoris ⁊ cõplacẽtie. vt ceteris omiſſis velit ſenſualitati cõplace/re. Et iõ dicit aug⁹. libro de pfectiõe iuſticie hoĩs. ꝙ ex tali vulnere manet nr̃m li/beꝝ arbitriũ claudicatũ. Et ſic oportet ꝙ ſanet̃ p grãm ad hoc ꝙ recte velit ⁊ o/peret̃. Ex p̃dictis pʒ ſolutio ſecũdi ⁊ ter/cij pplexus quos philoſophi nunꝙ potu erunt perſoluere.

Quinta ꝯcluſio. ꝙ oĩa mala tã culpe ꝙ̃ pene. ſ. oĩa quiqʒ vulnera ſup̃dicta tra xerũt oẽs poſteri a p̃mis parẽtib⁹ p car/neʒ corruptã. Hãc ꝯcluſionẽ ꝓbat aug⁹. cõtra manicheos/et ſup io. omelia ſcd̃a. iſto modo. Naʒ oẽs poſteri vel trahunt iſta mala cũ carne/ vel cũ aĩa. nõ cuʒ aĩa q2 aĩa nõ ẽ ex traduce ab adã p generatio nẽ: ſʒ a ſolo deo per creationẽ. et ſic non poteſt creari niſi bona. q2 de⁹ actor mali nõ ẽ, niſi ſolius boni. ergo ſequit̃: ꝙ tra/himus huiuſmõi mala p ſolã carneʒ q̃ eſt ex traduce a p̃mis parẽtib⁹. hoc cõfirma tur. Naʒ p̃mi parẽtes talẽ carnẽ cõmu/nicarũt poſteris ſuis. qualẽ ip̃i hẽbãt tẽ/pore generatiõis. ſʒ tẽpore generationis poſt lapſuʒ iã habuerũt carnẽ et ſenſuali tatẽ corruptã et ſauciatã p vicium cõcu/piſcẽtie que ẽ fomes oĩs mali. ergo taleʒ carnẽ ſic corruptã ⁊ viciatã cũ ſuo onere trãſtulerũt ſucceſſiue ĩ oẽs poſteros. Ex quib⁹ pʒ. ꝙ p̃mi parẽtes oĩa mala tã cul pe ꝙ̃ pene trãſmiſerũt ĩ oẽs poſteros p carnẽ ſic corruptã et viciatã et libidioſaʒ Ex quib⁹ ſequit̃ ꝺm auguſtinũ. ꝙ tria ma la ſiue tria genera maloꝝ latẽt ſeminal'r et potẽtial'r in carne a parẽtib⁹ traducta anteꝙ̃ aĩetur. Que quidẽ mala exeunt a potentia in actũ poſt aĩationẽ ſucceſſiue. Nã ibi p̃mo in cõplexiõe corporali latẽt oĩa genera infirmitatũ et egritudinũ cor poralium. Scd̃o in ip̃a ſenſualitate latet morb⁹ cõcupiſcẽtie et latẽt oẽs paſſiones animi. que quideʒ cõcupiſcẽtia eſt fomes oĩuʒ maloꝝ culpe tã origĩalis ꝙ̃ actualis Omnia enĩ iſta mala exeũt ex carne a po tẽtia ĩ actũ p aĩationẽ ſucceſſiue. nã illico aĩa p ſolũ ꝯſortiũ talis carnis ſic corrup te trahit pctm ⁊ culpã origĩalẽ: et trahit debitũ originalis iuſticie p̃dite ĩ adaʒ. eo q2 aĩa fit vna pſona cũ tali carne traduc ta ex p̃mis parẽtib⁹. Itẽ ſcd̃o p tale ꝯſor tiũ illico exeũt ĩ actũ mala pene ĩ ip̃o cor pore. ſ. dolor ⁊ triſtitia. et ſucceſſiue ſuc/cedũt egritudines et infirmitates varie. Tercio qñ homo ꝑuenit ad maiorẽ eta/tẽ ⁊ vſum rõis: exeũt oĩa mala actualis culpe ab ip̃a ſenſualitate ĩ aĩaʒ. Nã ſicut caro corrupta p ſolũ ꝯſortiũ cauſat cul/pã originaleʒ ĩ aĩa. ita ꝯcupiſcẽtia q̃ ẽ fo/mes oĩs pcti latẽs ĩ carne et ſenſualitate cauſat culpã actualẽ tã venialẽ ꝙ̃ morta lem ĩ volũtate p ꝯſenſuʒ. Et ſic pʒ qual'r oĩa iſta mala latebãt ſeminal'r ĩ carne an te aĩatiõeʒ. Et qual'r exeũt ĩ actũ poſt aĩa tionẽ. Et pʒ etiaʒ qual'r aĩa oĩa mala cul/pe trahit a carne ⁊ ſenſualitate corrupta ⁊ ſauciata. Ex quib⁹ et̃ ſequit̃ ꝙ oĩa ma/la tã culpe ꝙ̃ pene traxim⁹ a p̃mis parẽ/tib⁹. eo q2 ab eis traximus ſolã carnẽ ſic corruptam ⁊ ſauciatam in qua latent ſe/minaliter omnia mala culpe et pene.

Ex ſup̃dictis ſequũtur ſex doctrĩe ꝺm mentẽ auguſtini. Quarũ p̃ma ẽ ꝙ malũ culpe nõ ẽ in carne formalit̃ ſed ſolũ mat̃ ialit̃ ⁊ ſeĩalit̃. ſed ꝯhit̃ formalit̃ in aĩa aut p ſolum cõſortiũ. ſicut ẽ pctm originale. aut p cõſenſum deliberatũ. et ſic ẽ pctm mortale. aut p cõſenſum indeliberatum. et ſic ẽ pctm veniale. Et p̃oit̃ exẽplũ ꝺ ar ſenico et ſilice. naʒ in arſenico nõ ẽ mors



UVA. BHSC. IyR 068_1

formalit᷑ ſʒ ſeminalit᷑. ſed trãſit formal᷑ ĩ hoĩeʒ ſi guſtat᷑ ab eo. Jtẽ ignis nõ ẽ formal᷑r in ſilice: ſʒ trãſit formal᷑r in ſtupaʒ ꝑ ictũ ⁊ ꝯfricationẽ ferri. ita pariter pec catũ latẽs material᷑r ⁊ ſeminal᷑r in carne ⁊ ꝯcupiſcẽtia ſenſualitatis trãſit actual᷑r ⁊ formal᷑r in aĩaʒ ꝑ ꝯſortiũ aut cõſenſuʒ prout dictum eſt. Sc̃da doctrina. ꝙ lʒ in eodẽ inſtãti tẽporis aĩa creat᷑ ⁊ ĩfun datur in corpore ⁊ inficiat᷑ ab eo ꝑ culpã originalẽ. eo q: ĩ creãdo infũdit᷑: ⁊ infun dẽdo inficit᷑. tñ in tali ordĩe ſunt ꝯſideran da ſucceſſiue q̃tuor inſtãtia nature. Naʒ in p̃mo inſtãti aĩa ꝯſiderat᷑ ꝓut a deo cre atur. in ſc̃do ꝓut creat᷑ bona natural᷑r cũ ſuis virib⁹ ⁊ potẽtijs. ſ. cũ ĩtellectu et me moria ⁊ volũtate ꝑ qd̃ dr̃ fc̃a ad ſimilitu dinẽ ⁊ ymaginẽ dei. Et ſic dicit᷑ natural᷑r bona. Jn tercio autẽ inſtãti cõſideratur ꝓut infundit᷑ corpori corrupto. Jn q̃rto autẽ ꝓut inficit᷑ ab eo et eſt infecta ⁊ ma la malo culpe. Ex quo pʒ ꝙ prius intelli gitur bona ꝑ naturã ꝙ̃ mala ꝑ culpã. q: in vno inſtãti tẽporis poſſũt ĩtelligi mul ta ĩſtãtia nature. Tercia doctrĩa ꝙ du plex ymago repit᷑ ĩ quolʒ hoĩe. Prima eſt ymago trinitatis ĩ aĩa ꝑ creationeʒ a deo impſſa ꝑ quã dr̃ bona natural᷑r. Se cũda dr̃ ymago ip̃ius adã p̃mo ĩpreſſa ĩ carne ſeminal᷑r. et exinde trãſlata ĩ aĩam formal᷑r. ꝑ quã ymaginẽ natura hominũ dr̃ corrupta et mala ꝑ culpam et penam vnde dicit auguſtinus contra fauſtum et xij. ſup geñ. ꝙ hãc ymaginẽ reliq̃rũt p̃mi parẽtes in nobis impſſaʒ ex ueſtigio ⁊ ſi militudine ſui pc̃ti. nã ſicut ad illud pc̃tʒ cõcurrerũt tres pſone. ſ. ſerpẽs offerens pomuʒ ꝓhibitũ. et eua acceptans ip̃m et offerẽs uiro. et adã comedẽs ip̃ʒ ut ꝯpla ceret uxori. jta ꝑ maiori parte ad omne pc̃m cõcurrũt tres ꝑtes hoĩs. ſ. ſenſus offerẽs rẽ delectabilẽ ul᷑ utilẽ. et appetit⁹ ſenſitiu⁹ ⁊ ſenſualitas appetẽs et alliciẽs uolũtatẽ ut cõſentiat. et ip̃a uoluntas cõ delectans ⁊ ſeq̃ns ſenſualitatẽ. Nã ſicut ſ͛pẽs oñdit fructuʒ pſuadẽdo mulieri. et mulier pſuaſit uiro ut comederet: jta ſen ſus offert rẽ ꝓhibitam ip̃i ſenſualitati: et ſenſualitas offert et pſuadet uolũtati: et ſic cõſummat᷑ pc̃m ꝑ cõſenſuʒ uolũtatis Et ſic pʒ q̃l᷑r p̃mi parẽtes reliq̃runt nob̃ impſſã ymaginẽ ⁊ ueſtigiũ ſui pc̃ti. Et ſic et pʒ q̃l᷑r in quolibet hoĩe repit᷑ duplex y mago. ſ. ymago t͛nitatis per quã dicitur bon⁹ natalit᷑. et ymago p̃moꝝ parẽtuʒ ꝑ quã dicitur malus penalit᷑ et culpabilit᷑. Sʒ ĩ xp̃iano vltra duas ymagines ſupra dictas repit᷑ alia ymago ꝑ quã cõfigurat᷑ xp̃o ꝑ baptiſmuʒ et eccl̃iaſtica ſacramẽta que quidẽ ymago xp̃i lʒ ad p̃ns nõ tollat ymaginẽ ip̃i⁹ adã de carne tñ tollit ip̃am ab aĩa nr̃a. vñ ait ap̃lus ꝑ. ad cori. xv. ꝙ poſtꝙ̃ oẽs vſqʒ ad xp̃m portauim⁹ yma ginẽ ip̃i⁹ adã terreni: portem⁹ ergo yma ginẽ ip̃i⁹ adã celeſtis: qui ẽ xp̃s. Et ſic pʒ qual᷑r repitur triplex ymago ĩ xp̃iano. ſ. ymago trinitatis in aĩa quã accepit ꝑ cre ationẽ ꝑ quã dr̃ bonus natural᷑r. Sc̃da ẽ ymago ip̃ius adaʒ terreni ĩ carne ꝑ quaʒ natura nr̃a dicit᷑ corrupta et ſauciata fo mite ⁊ morbo concupiſcẽtie. vñ eueniũt oĩa mala culpe. quã ymaginẽ accepimus per libidinoſam generationẽ. Tercia eſt ymago xp̃i in aĩa quã accepim⁹ per gr̃aʒ baptiſmi et regenerationẽ. Ex ſupdic tis etiã ſequit᷑ q̃rta doctrina. ſ. ꝙ qñ͂o au guſtinus dicit ꝙ nr̃a natura fuit corrup ta in adã ⁊c̃. ibi nõ ſumit᷑ natura ꝓ natu ra ſpecifica: ſʒ ꝓ carne ſiue ꝓ generatiõe vnde eſt aduertendũ. ꝙ natura humana tripliciter ſumitur in ſacra ſcriptura.

P̃mo. n. modo ſumit᷑ ꝓ ip̃a eſſentia et

UVA. BHSC. IyR 068_1

natura ſpecifica reſultante ex corpore or
ganico ⁊ aīa rōali ſignificata per diffiniti
onē. et iſto modo dr̄ bona naturaliter. et
ſic hūanitas ⁊ ſpeties ⁊ hūana natura re
piunt̄ ī xp̄o. Scd̄o modo hūana natura
ſumitur ꝑ tota generatiōe ⁊ collectione
oīuʒ deſcēdentiū ab adā per naturalē ge/
nerationem. ſicut dr̄ natura. i. generatio
ſcipionū/et claudioꝝ/aut tarquinoꝝ aut
filioꝝ iſrl̄. Et iſto modo dr̄ ad romanos
v. ꝙ oēs in adā peccauerūt. i. tota hūana
natura fuit obligata in adā: qꝛ oēs ſuos
poſteros ad penā ſui pc̄ti obligauit ī ſua
natura. Et ſic etiā dr̄. ꝙ tota hūana natu
ra fuit corrupta in adā. tercio modo ſu/
mit̄ hūana natura ꝑ carne quā vnuſqſqʒ
traducit ex adā per natalē generationeʒ.
Et ſic dicit aug⁹. ꝙ vnuſquiſqʒ hēt natu/
rā. i. carnē ⁊ ſenſualitatē corruptā ex a/
dam: qꝛ nil hēmus ab adā niſi carnē cor
ruptā ꝑ ymaginē eius. qꝛ aīam hēb⁹ a ſo
lo deo ꝑ creationē. vn̄ caro dr̄ natura in
nob̄. eo qꝛ ē nata ⁊ traducta ex adaʒ. aīa
auteʒ non dr̄ nata nec genita: ſʒ ex nihilo
creata. Et ſic tota linea ſucceſſiua ab adā
vſqʒ ad vnūquēqʒ ꝑ generationē dr̄ eius
natura: ⁊ iſta dr̄ natura corrupta. Et iſto
modo ſolus xp̄s dr̄ liber in natura a tali
corruptiōe. eo qꝛ nō deſcēdit ab adā ꝑ na
turalē generatiōʒ. Et ſic virgo maria nō
dr̄ libera in natura: ſʒ libata ī ꝑſona per
ꝓuiam ſanctificationē. Et ſic pc̄m et cor
ruptio nature nō potuit trāſire ad perſo
nam virgīs. put dictū eſt in expoſitione
pſal̄. xlv. et ſup magnificat. Ex ſupra
dictis ſequit̄ etiā quinta doctrīa. ſ. ꝙ nō
eſt mirꝝ ſi ariſtotiles ⁊ ceteri philoſophi
nō potuerūt ex puris naturalib⁹ ꝑuenire
ad cognitionē iſti⁹ mōſtruoſi et ꝑuerſi or
dinis et morbi repti ī nr̄a ſenſualitate et
natura qd̄ nō accidebat: niſi qꝛ nō noue/
rāt ſacrā ſcripturā ꝑ quā nob̄ reuelatur
qualr̄ iſta corruptio ꝓuenit ex pc̄o ꝓmo
rū parētum. Sʒ btūs aug⁹. nectare ſacre
ſcripture imbutus ⁊ diuio lumīe illuſtra
tus yponoſticō reſpōſiōe ſcd̄a et quarta
reddit huiuſmōi cauſaʒ dicēs. Quod pri
mi parētes ſibilo venenoſi ſpētis ſunt in
fecti: ⁊ callidis ei⁹ blādimētis ſunt decep
ti. Et iō hāc inquietā ⁊ mortiferā peſteʒ
eoꝝ corpora cōceperūt ⁊ ꝑ legitimū vſuʒ
poſtea ꝙ̄ de paradiſo ſunt ꝓiecti in poſte
ros trāſmiſerūt tanꝙ̄ pc̄ti ſui teſtimoni/
um hereditario iure dimittētes nobis. vt
ex hō ꝓuaricatoꝝ filios nos cognoſcentes
nō glīemur de natura nr̄a peccatrice ī cō
ſpectu iuſti iudicij dei. ſʒ ei⁹ mīe que nr̄is
meritis nō dat: ſemꝑ colla nr̄a flectam⁹.
⁊c. In quibus verbis explicat aug⁹. vn̄
ꝓueniat hūane nature iſte morb⁹ et cor/
ruptio ⁊ iſtud mōſtruʒ in natura. Nam
p⁹ꝙ̄ adā voluit ſequi ſuaſuʒ beſtie ⁊ vxo
ris magis ꝙ̄ diuinū ꝓceptuʒ: iō ꝯuerſus
ad ſenſualitatē ꝯparatus ē iumētis ī ſuis
opatiōib⁹: ⁊ ſimilis fc̄tus ē illis. Ex ſu
pradictis doctrinis ſequit̄ ſexta doctrina
catholica. ꝙ infirmitates corporales et
mors et oīa mala tā cl̄pe ꝙ̄ pene nō dn̄r
nec ſunt ī nob̄ mala naturalia: ſʒ penalia
qꝛ nō inſunt nob̄ ex natura ſpecifica: qꝛ
homo valde bonus fuit creatus cū ſuꝑ/
dictis ꝗtuor bōis nature: liber ab omni
miſia: ſʒ oīa iſta mala ī penā pc̄ti ꝓmoꝝ
parētū ſunt nobis relicta ⁊ inflicta. put
ꝯtra pelagianos fuit determinatū ī ꝯci/
lio africano. cui īterfuit aug⁹. vt patʒ de
ꝯſe. di. iiij. Placuit. Et ī ꝯcilio romano
cui ꝑfuit īnocētius papa. Et in ꝯcilio lug
dunēſi cui īterfuit ꝓſp defenſor doctrine
auguſtini ꝯtra pelagianos. Ex hoc pʒ vn̄
eueniāt hūane nature oīa mala tā culpe
ꝙ̄ pene. Iteʒ ex ſuꝑdictis ſequit̄ etiaʒ

UVA. BHSC. IyR 068_1

ſeptima doctrinā. ſ. ꝙ aīa nr̄a in p̄ncipio ex cōſortio corporis et carnis corrupte traducte ex adaz nō ſolū ꝯtrahit p̄uatio/nē modi ⁊ ordinis: puta priuationē oīuz habituuz partis ſenſitiue et partis rōalis: ſꝫ etiā traxit debitū illoꝝ habituū ī quo cō/ſiſtit pctm originale: p qd̄ illico aīa obli/gatur ad penā dāni eternā. vn̄ aīa p tale cōſortiū nō ſoluz p̄uatur habitibꝰ moralibꝰ in iraſcibili et ꝯcupiſcibili. Et habitibꝰ ītel/lectus ⁊ habitu originalis iuſticie ip̄ius vo/lūtatis et p̄uatꝰ grā gratifica et habitu fidei et ſpei ⁊ caritatis quos adā ꝑdidit p pec catū. ſꝫ aīa ꝯtrahit debitū oīuz ſup̄dicto rū habituū annexū cū tali p̄uatione qꝛ ob/ligatꝰ ad hn̄dum oēs habitus ſup̄dictos ad opandū p eos et ſuiēdū creatori redden do cultū latrie qui ē fructꝰ illoꝝ. Et talis p̄uatio cū tali debito annexo dr̄ pctm ori ginale: qd̄ ꝯhit oīs aīa a p̄ncipio p ſoluz ꝯſortiū corpis. vt dictū ē. Ex quibꝰ ſequitꝰ ꝙ oīa quiqꝫ vulnera quibꝰ p̄mi parētes fuerūt ſauciati p ſuū pctm: traximꝰ nos ab eis p generationē carnalē. ſ. ignorātiā ⁊ pūerſuz iudiciū ⁊ electionē ī mēte: ⁊ cō cupiſcētiaz prauā ī ſenſualitate/et īfirmi/tatē ī ꝯplexiōe ⁊ labore ī toto hoīe. ſ. mē tis ⁊ corporis et culpam in aīa.

Sexta cōcluſio. ꝙ licet volūtas hoīs trahatꝰ a ſenſualitate ad peccādū. tn̄ volū tas nō trahitꝰ nec ꝯcurrit coacta nec neceſ ſitata: ſꝫ pſuaſiōe allecta ⁊ ſpōtanea quo dā amore nō ſolū naturali inq̄ntū ambo radicātur in aīa: ſꝫ etiā amore inordiato ꝓut dictū ē. qd̄ ꝓbatur. Nā ſenſualitas nō violenter cogit nec neceſſitat volūta/tē ī tali actu. ſꝫ pſuadet ⁊ allicit ad ſequē dū falſuz bonū. cui volūtas nō coacta ali qua neceſſitate: ſꝫ allecta ex amore ſpōte ꝯſentit. Et ſic trahit ſua queqꝫ voluptas vt inquit virgilius. Et vnuſquiſqꝫ tentatꝰ a cōcupiſcētia ſua aſtractus et illectꝰ. Et ſic concupiſcētia parit pctm. vt pꝫ jacobi p̄mo. Et ſic pꝫ qualr̄ libeꝝ arbitriū non tollitur nec cogitur ſꝫ allicitꝰ. Et ſic volū/tas ſemꝑ manet libera in ſua p̄ma actiōe ad volēduz vel nō volēdum. ſꝫ nō manet libera ad recte volēdū. eo qꝛ ꝑdidit origi nalē iuſticiā p quā recte volebat. Et licet ſit qn̄oqꝫ libera ad recte volēdū ī affectu cognoſcēdo adulteriū vel aliud viciū eſſe pctm. ⁊ p ꝯn̄s vitādū ſm legē dei ⁊ volū tas velit vitare pctm: et facere bonuz. tn̄ hoc nō poteſt facere in executiōe effectiue Cuius ratio ē. nā ad hoc ꝙ affectꝰ volūta tis veniat ī effectum opportet ꝙ maneat corpꝰ tanꝙ organuz: ſꝫ volūtas p ſe non poteſt mouere corpꝰ ꝓptꝰ ꝯtrariā diſpoſi tionē ⁊ corruptionē. eo qꝛ ꝑdidit impiuz ſup ip̄m ꝓut dictū eſt. ergo ſequitur ꝙ lꝫ volūtas ſit liba ī ſuo ꝓpo actu p̄mo/et ī affectu: tn̄ nō in effectu. qꝛ nō poteſt mo uere organū corruptū et indiſpoſitum ⁊ ineptū corporis ⁊ ſenſualitatis. Et poīt augꝰ. exempluz ī libro de pfectiōe iuſticie hoīs/ de hoīe claudo. vn̄ accidit. ꝙ quis rectus a natura efficitꝰ claudus ex aliquo caſu: ſꝫ cum eſt claudus licet velit ambu/lare recte: tn̄ nō poteſt ꝓpter organū in eptum: niſi pfecte ſanetur. ita pariter li/beꝝ arbitriuz claudicatū p ſup̄dicta de p ſe nō poteſt recte velle: niſi p grām ſanetꝰ Et lꝫ velit recte vitare maluz ⁊ agere ali quod bonū. tn̄ nō poteſt exſequi in effec tu niſi p grāz adiuuetꝰ. vt patebit. Ex qui bus pꝫ. ꝙ in tali ordīe ⁊ diſcurſu peccādi nō tollitur libeꝝ arbitriū voluntatis. qꝛ ip̄a volūtas nō cogitꝰ: ſꝫ allicitꝰ. nec coag/ta ꝯſentit: ſꝫ allecta ſpōte ꝯſentit ſenſua/litati: et ſequitꝰ eius appetitū. qꝛ pctm in/tātum eſt pctm inq̄ntū volūtariū: ſm au guſtinū. qꝛ volūtas poteſt impelli: ſꝫ nō

UVA. BHSC. IyR 068_1

cōpelli. Jtē anſelmus libro de libero ar/
bitrio. Volūtas pōt īpugnari: ſʒ non ex
pugnari. qꝛ nō aliena: ſʒ ſua vicit̃ poteſta
te. Jtē bernardus de libero arbitrio di/
cit. ꝙ volūtas ex ingenua nobilitate non
cogitur neceſſitate. Et iō ſibi ad pcc̄m im
putat̃ qꝛ ſpōte finalr̃ ꝯſentit ſenſualitati

Septima cōcluſio. ꝙ licet ſenſualitas
non valeat cogere volūtatē ad peccandū
ſʒ allicere ⁊ ꝑſuadere. tñ ad vitādū pecca
tū ⁊ agēdū bonū opportet ꝙ volūtas co
gat ⁊ ſubijciat et ī ſuitutē redigat ſenſua
litatē ⁊ carnē. ꝑ̇ma pars pʒ ꝑ ꝓcedētē cō
cluſionē. Scđa ꝓbat̃. nam ſenſualitas ſic
deprauata et morbida ⁊ viciata ſemꝑ in/
clinatur ad malū ⁊ ad id qđ lex ꝓhibet ⁊
ratio dictat. et ꝯtra id qđ lex iubet: ergo
opportet ꝙ violēter et coacte ducatur et
flectat̃ ad aliā partē. ſ. ad vitādū pcc̄m et
faciēduʒ bonū et implēdū diuinū ꝓceptū
vñ ſicut lignuʒ tortuoſuʒ nō poteſt flecti
ad partē oppoſitā: niſi cū magna violen/
tia a fortiori virtute. ita pariter ſenſuali
tas viciata ⁊ iepta nō poteſt flecti ad bo
nuʒ: niſi violēter ꝑ volūtatē que eſt ꝑ̇mū
mouēs ī hoīe. hoc autē ꝓbat̃ ꝓ. ad cori.
ix. vbi ait apl'us. Ego autē caſtigo corpuſ
meū et in ſuitutē redigo ⁊c̄. Jtē gregoꝰ.
ſuꝑ illud ſaluatoris. Qui nō odit aīaʒ ſu
am nō pōt meꝰ eſſe diſcipulus ⁊c̄. Ait. ꝙ
tūc aīam nr̃am odimus: cū eiꝰ carnalibꝰ
deſiderijs nō adquieſcimus: cū eiꝰ appe/
titū frāgimus: cū eius voluptatibꝰ reluc
tamur ⁊c̄. Jteʒ ſuꝑ illud. Qui vult poſt
me venire: abneget ſemetipꝫ ⁊ tollat cru
cē ſuā ⁊c̄. Ait. ꝙ forſan laborioſuʒ nō eſt
relinquere ſua: ſʒ valde laborioſum ē re/
linquere ſeipm̄. minꝰ quippe laborioſuʒ
eſt abnegare qđ hēt: ſʒ valde multū eſt ab
negare qđ eſt. vñ ſi luxurioſus quiſqʒ ad
cōtinētiā venerit: et vitā mutauerit: abne
gat qđ fuit. vñ lʒ idē ſit ꝑ naturā: tñ non
ꝑ maliciā ⁊c̄. Ex quibus pʒ ꝙ oppoſito
modo ſe hñt ſenſualitaſ ⁊ volūtas ī bene
et male agēdo. nā ī peccādo volūtas nō
coacta: ſʒ allecta ꝯplacet carni: ſʒ inuitā
do pcc̄m et bene agēdo ipa volūtas ꝯpel
lit ⁊ cogit ſenſualitatē ⁊ carnē. Et ſic vo/
lūtas ſemꝑ ē libera.

Octaua ꝯcluſio. ꝙ nemo ex ꝓprijs vi
ribꝰ pōt vitare pcc̄m nec īplere diuīa pre
cepta: niſi grā dei ⁊ auxilio ſuꝑiori adiu/
uetur. iſtā ꝯcluſionē ꝓbat augꝰ. ex funda
mēto ſuꝑioris ⁊ ꝓcedētis ꝯcluſiōis. Nā
ſi homo nō poteſt vitare pcc̄m: nec agere
bonū: niſi volūtas ſubijciat et cogat ſen/
ſualitatē viciatā: et frāgat ⁊ odiat eiꝰ per
uerſum ⁊ ꝯtrariū appetitū et inclinatio
nē. Sʒ hoc volūtas lʒ velit. tñ hoc nō po
teſt ex ꝓprijs viribꝰ efficere. eo qꝛ perdidit
impiū et facultatē ſuꝑ corpꝰ et ſenſualita
tē ꝑdēdo originalē iuſticiā. vt dictū eſt in
. iij. et. iiij. ꝯcluſiōe. ergo ſequit̃. ꝙ homo
nō pōt pcc̄m vitare nec bonū agere: niſi
auxilio ſuperiori adiuuetur. Jtem nemo
poteſt vitare pcc̄m nec bonuʒ agere: niſi
moueat corpꝰ tanꝗ̄ inſtrumētum. ſʒ tale
inſtrumētū eſt ineptū ⁊ corruptū ꝑ ꝯtra
riā indiſpoſitionē. ergo nō poterit carnē
volūtas ꝑ ſe mouere: niſi ſuꝑiori auxilio
adiuta. Jtē ſicut vnꝰ homo nō pōt moue
re ſaxū nimis pōderoſuʒ: niſi adiuuet̃ ab
alio fortiori. ita volūtas nō pōt mouere
nec ſuꝑare carnē viciatā ⁊ pōderoſaʒ pō
dere ꝯtrarie diſpoſitiōis: niſi roboret̃ au
xilio ſuꝑiori. Jtē homo nō poteſt vitare
pcc̄m niſi volūtas odiat carnē ⁊ frangat
eiꝰ appetitū vt ſuꝓdictū eſt. ſʒ volūtas di
ligit ſenſualitatē ⁊ carnē amore naturali
⁊ etiā inordiato. vt dictū ē in q̄rta cōclu/
ſiōe. ergo ꝑ talē amorē naturalē volūtas
nō poteſt odire ſenſualitatē nec ſibi diſpli

UVA. BHSC. IyR 068_1

cere:niſi ꝑ amorē ſupnaturalē. ergo op/
portet ꝙ volūtas magis diligat deuꝫ qui
ꝓhibet pctm ⁊ iubet nō peccare. ꝙ ſenſu
alitatē que ſemꝑ ſuadet peccare. Et ſic pꝫ
qualr volūtas ex ſe nō pōt odire ſenſua/
litatē ꝙ naturaliter ⁊ īordinate diligit et
amat:niſi ferat et q̄i vincat amore ſupio
ri. Et ſic pꝫ qualr homo ex ꝓprijs virib⁹
nō poterit pcta vitare:nec aliquod bonū
agere:niſi adiuuet ſupori auxilio. vt ma/
gis infra videbit. Et hoc de ſcdo articlo.
Quantū ad terciū articulū ponit pri
ma ꝯcluſio. ſ. ꝙ ſolus ieſus x⁹ quē
colit xpiana religio potuit repare hūanā
naturā ꝑ grām ⁊ glīam:quā adā diſſipa
uit ꝑ culpā ⁊ penā. Scda pars huius cō
cluſiōis ē ꝓbata in ſcdo articlo. Prima
autē pars probatur ꝑ oēs euāgeliſtas et
maxime ꝑ btūꝫ iohānē ꝑ totū diſcurſum
ſui euāgelij. vñ arguit ſic. Jlle ſolus po/
tuit hūanā naturā reparare ꝑ grāꝫ et glī
am qui ipam creauit bonā ꝑ naturā:ſed
xps ē illud verbū eternū filius dei patris
ꝑ qd verbū fcta ſunt oīa bona ꝑ naturaꝫ
ergo ipe xps filius dei potuit ymo de fac
to reparauit hūanā naturā ꝑ grāꝫ et glī
am. maior ē nota. q2 cui⁹ ē naturā ꝯdere
bonā:eiuſdē eſt eā lapſaꝫ reparare. ergo
ſicut ſolius dei ē naturā ꝯdere:ita ſolius
dei ē ipam lapſaꝫ reparare ꝑ grāꝫ ⁊ glīaꝫ
qui ſolus eſt creator et dator grē et glīe
pſalo. lxxxiij. Gratiā ⁊ glīam dabit dñs
Qꝫ ꝙ ieſus xps ſit de⁹/et filius dei et illd
verbuꝫ ꝑ qd fcta ſunt oīa. Probat btūs
iohānes effectiue ⁊ expimētalr ꝑ opa ſu/
pra totā naturā que xps fecit in ſuo ad/
uētu:que nō poterat facere niſi ſolus de⁹
et filius dei. Ad cui⁹ intellectū ē aduer
tēdū. ꝙ iſta decē noīa. ſ. verbū dei/ filius
dei/ vitas dei eterna. ſapīa dei. lux etna:
ſiue lumē:ars pris/ eterna vita:⁊ lex et/
na:et xps: et reparator hūane nature:et
ieſus vnā ⁊ eādē pſonā diuinā ſignificāt
realr:ſꝫ differūt quo ad modos ſignificā
di ⁊ ꝺm effect⁹. vñ ieſus xps dr vbū pris
inqntū ab eterno ē dictū a pre ⁊ ē ꝯcept⁹
diffinitiuus quo pater diffinit ⁊ ꝯphēdit
ſeipꝫ ꝑut dictū fuit ſup pſalo. viij. Et dr
etiā verbū pris: ꝑ qd pater ex tpre dixit
⁊ creauit oīa creata ad extra. Jtē xps dr
filius eternus dei pris inqntū ab eterno
eſt ꝓductus a pre ꝑ modū nature. Jtē dr
veritas dei pris inquātū eſt ymago pris
equalis ⁊ ſibi ꝑ oīa ſimilis. Jtē dr ſapīa
pris inqntū ē genit⁹ ⁊ ꝓduct⁹ de tota ſci/
entia et memoria fecūda patris et ꝑ ipm
oīa ſapiēter diſpōit. Jtē dr lumē inqntū
eſt coeternus pri:ſicut lumē ipi ſoli: ⁊ ꝓ
cedit a pre eternalr ſicut lumen a ſole:q2
ſicut nunꝙ fuit ſol ſine lumīe nec ecōuer
ſo:ita nunꝙ pater fuit ſine filio/nec ecō/
uerſo. Et ſicut lumē ꝓcedēs a ſole illumi
nat et viuificat oīa. ita fili⁹ ꝓcedēs a pre
illuminat ⁊ viuificat oīa/et maxime oēm
hoīem uenietem i hūc mūdū. Jtē xps dr
ars pris inqntū in eo ab eterno ꝯtinētur
ydee ⁊ rōes oīuꝫ rex creatax. ad quoruꝫ
inſtar ex tpre fcta ſunt oīa. Jtē dr vita ꝑ
eſſentiā. Et q2 oīb⁹ influit eſſe ⁊ dat vitā
naturalr:et ſpecialr hoīb⁹ dat vitā grē ⁊
glīe: et dr lex eterna inqntū ab etno oīa
preuidit et ex tpre oīa regit et rite diſpo/
nit. Jtē dr xps inqntū ex tpre verbū ca/
ro fctm ē. et eſt de⁹ ⁊ homo: per qd ver/
bū incarnatū de⁹ pater nob locut⁹ ē. Jtē
dr nomē di: per qd de⁹ pater notificauit
nob ſuā volūtatē. Jtē dr ieſus inqntuꝫ ē
ſaluator ⁊ reparator hūane nature. Si
ergo ieſus xps ē verbū incarnatū per qd
de⁹ pater locut⁹ eſt mūdo. ergo quicquid
nob dixit: erat de mēte et volūtate pris.
Et ſic etiā ſi ē filius dei incarnat⁹: ergo ē

UVA. BHSC. IyR 068_1

heres patris et dñs vniuerſi. Et ſic etiaʒ
eſt ſapia incarnata: ergo ſapienter ⁊ ſine
defectu diſpoſuit nr̃am redẽptionẽ ⁊ re/
parauit nos. Et ſic eſt v̾itas incarnata.
ergo nõ potuit falli nec mẽtiri in ſua euã
gelica doctrina. Et ſi ẽ lux incarnata: er/
go nulla admixtio tenebre nec ignorãtie
potuit eſſe ĩ ſua doctrĩa. et ſi fuit ars di/
uina incarnata: artificial'r ⁊ rite vicit dia
bolũ: et reparauit nos. vt dictũ eſt ĩ cãti
co ſexto. Et q2 fuit vita incarnata: ergo
moriẽdo in carne occidit mortẽ nr̃am: et
vitã nr̃aʒ reſ'gẽdo reparauit. Et ſic vtrã/
qʒ mortem deſtruxit. ſ. corporis ⁊ aĩe: et
nos ꝑ gr̃aʒ et gl'iaʒ viuificauit. Et q2 fuit
lex diuĩa incarnata. Et iõ quicquid dixit
ore ⁊ fecit ope fuit nob̃ lex irrefragabilis
q2 nõ ſoluʒ locutio: ſed oĩs xp̃i actio nr̃a
fuit inſtructio. vt inquit gregori⁹. Et ſic
pʒ qual'r ſicut xp̃s ẽ illud v̾buʒ ꝑ qđ fcã
ſunt oĩa et illa vita ꝑ quã oĩa ſunt viuifi
cata. et ĩ quo oĩa mouẽt ⁊ ſunt. et eſt de⁹
et filius dei. et ſapia: ⁊ veritas: ⁊ ars: et
lex pr̃is. et ẽ de⁹ qui creauit oĩa bona per
naturã: ita recreauit ⁊ regenerauit ⁊ re/
parauit hũanã naturã ꝑ gr̃am et gl'iam.

Qʒ nũc reſtat ꝓbãdũ quõ ieſus x⁹ ẽ de⁹
et filius dei et illud v̾bũ patris ꝑ qđ fcã
ſunt oĩa. Et ꝙ ſit ſapia et veritas patris
⁊c. Hãc autẽ ꝯcluſionẽ ſiue ꝓpoſitioneʒ
ꝓbat johãnes euangeliſta ꝑ expiẽtiã ⁊ ef
fectũ ſic. Ille erat et eſt deus et v̾bũ dei
qui fecit opa que nemo poterat facere: niſi
ſolus de⁹ et v̾bũ dei: ſʒ xp̃s ex ſolo v̾bo
et p̃cepto ⁊ ĩ noĩe dei patris reſuſcitauit
lazarũ quatriduanũ iaʒ fetẽtẽ in ſepulcro
et ſuſcitauit plures alios a mortuis. Et
ĩperabat vẽtis ⁊ mari ⁊ demonib⁹ ⁊ ĩfir
mitatib⁹: q2 ſolo v̾bo ſanabat oẽs. q̄ oĩa
nõ poteſt facere niſi ſolus de⁹: qui ẽ oꝑs
et ſalus ⁊ vita ꝑ eſſentiaʒ: ergo xp̃s ẽ de⁹
et v̾bũ dei patris ⁊ vita ꝑ eſſentiã/ꝑ quẽ
pater oĩa iſta faciebat. Et ita ꝓbat johã/
nes ꝑ ſingula qual'r xp̃s eſt verbũ coeter
nũ patri et fili⁹ dei patris: ꝑ quẽ fcã ſũt
oĩa dicẽs. In p̃ncipio erat verbũ ⁊c. et
oĩa ꝑ ip̃m fcã ſunt. Et quõ omne qđ fac
tũ eſt: erat ĩ eo vita. et quõ xp̃s fuit vita
et lux hoĩuʒ. et quõ v̾bũ caro fcm̃ eſt ⁊
hitauit ĩ nob̃. Et quõ vidimus ip̃m v̾bũ
⁊ deũ incarnatũ. Et vidimus gl'iam eius
q̃ĩ. i. tanꝗ gl'iaʒ vnigeniti a patre. q2 nul/
lus poterat illa facere/niſi ſolus vnigeni
tus filius dei. et ſicut vidim⁹ ip̃m plenuʒ
gr̃e ⁊ v̾itatis: ita de plenitudie ei⁹ oẽs ac
cepimus. q2 ꝑ gr̃am et gl'iam et doctrĩaʒ
veritatis nos reparauit. Et ſic johãnes
euãgeliſta explicatis miraculis ex quib⁹
ꝓbat xp̃m eſſe deũ et filiuʒ dei: ꝯcludit ĩ
fine libri dicẽs. Hec aũt fcã ſũt: vt creda
tis qm̃ ieſus ẽ filius dei. et credẽtes: vitã
hẽatis in noĩe ei⁹. Et iõ hic non opportet
nos ĩmorari ad ꝓbãdaʒ iſtã ꝯcluſioneʒ.
q2 in expoſitiõe euãgelice veritatis lõge
lateqʒ ꝓbabit' ꝑ oẽs euãgeliſtas deo ꝯde/
cente. Nunc autẽ ſufficit dicere general'r
quib⁹ remedijs xp̃s hoĩeʒ lapſuʒ repara/
uit. Ad cui⁹ intellectũ ẽ aduertẽduʒ. ꝙ ſic
homo multiplici vulnere fuit ſauciatus.
ita xp̃s multiplici gr̃a ip̃m reparauit: et
ſanauit. vñ dictũ eſt. ꝙ gr̃a eſt donũ a ſo/
lo deo gratis datũ ad ſublimãdaʒ hũanã
naturaʒ ſiue creaturã rationaleʒ ſup̃ ſe.
vel ad ſupplẽduʒ et reparãdũ defectũ ei⁹
idõ ſic homo multipliciter cecidit et mul
tiplicẽ defectũ incurrit ꝑ pctm̃. iõ xp̃s re
parator hũane nature m'ltiplici gr̃a: ip̃aʒ
hũanã naturã ſanauit ⁊ reparauit. vnde
q2 adã p̃mo perdidit illã gr̃am gratificaʒ
que ip̃m ſublimabat ſup̃ facultatẽ ſue na
ture qua poſt longũ temp⁹ abſqʒ morte
fuiſſet trãſlatus ĩ vitaʒ meliorẽ eternaʒ.

UVA. BHSC. IyR 068_1

et incurrit vltra hoc irã ⁊ odiũ dei deſti/
natus cũ tota poſteritate ad penã eternã
Et dictũ eſt etiã qualr̃ ſui poſteri oẽs tra
hũt originale pctm̃ ex vtero matris: quo
dñr filij ire ⁊c. Jdeo xp̃s inſtituit ſacra
mẽtũ baptiſmi in quo ex meritis ſue paſ
ſionis datur gr̃a gratũ faciẽs qua bapti/
zatus abſoluit̃ ab omni debito culpe et
pene: et reducitur ĩ gr̃aꝫ dei. Jtẽ qꝛ talis
gr̃a gratũfaciẽs datur per baptiſmũ aut
per ꝯfirmationẽ aut per ſacramẽtũ pñie
aut per eukariſtiam. iõ xp̃s ĩſtituit ſacra
mẽtuꝫ ordĩs ĩ quo datur gr̃a poteſtatiua
ſacerdotib⁹ ꝑ quã poſſunt et hñt poteſta
tem adminiſtrãdi eccl'iaſtica ſacramenta
Jtẽ qꝛ homo fuit vulnerat⁹ in potẽtia in
tellectiua vulnere ignorãtie. iõ xp̃s quib⁹
daꝫ hoĩb⁹ ꝓuidit et dedit ſpecialeꝫ gr̃am
ꝓphetie ad ꝓuidẽdũ futura: ⁊ quibuſdã
dedit gr̃aꝫ ſmonũ et quibuſdã gr̃aꝫ inter
pretationũ ⁊ linguaꝝ ⁊ quibuſdaꝫ gr̃am
ſanitatũ. q̃ quidẽ genera gr̃aꝝ diuidit vn⁹
et idẽ ſp̃s ſct̃s ex meritis paſſiõis xp̃i ſin/
gulis ꝓut vult ad vtilitateꝫ eccl'ie et toti⁹
corporis miſtici. vt ĩquit ap'l's. p̃. ad cor.
xij. Sꝫ qꝛ adhuc poſt baptiſmũ ⁊ alia
ſacramẽta relinquit̃ hoĩ morb⁹ ꝯcupiſcẽ/
tie ĩ carne ꝓpter quẽ morbũ caro corrup
ta ſemꝑ militat ⁊ pugnat aduerſus ſp̃m.
exquo nemo ex ꝓprijs virib⁹ poteſt vita
re peccatũ nec implere diuina p̃cepta. vt
dictũ eſt. et inferi⁹ dicet̃. iõ xp̃s inſpirat
preter ſacramẽta gr̃am actualẽ ad robo/
rãduꝫ libeꝝ arbitriũ claudicatũ. vt vale/
at reſiſtere ſenſualitati et carni/ et ip̃am
opprimere ⁊ in ſeruitutẽ redigere. Et nõ
ſolum valeat reſiſtere tẽtatiõib⁹ interio/
rib⁹: ſꝫ etiã exteriorib⁹. vt poſſit precepta
dei ſuare ⁊ adimplere. Jtẽ qꝛ ꝑ ſup̃dicta
genera gr̃aꝝ ſoluꝫ liberat̃ aĩa in pñti ab
omni debito et peccato. ⁊ manet corpus
ſubiectũ multis miſerijs. ſ. morti et ĩfir
mitatib⁹ ⁊ paſſiõib⁹. iõ in virtute ſue re/
ſurrectiõis xp̃s ſuſcitabit oẽs fideles in
nouiſſimo die ĩ corpus gl'ioſuꝫ ꝑ quã gl'i
oſaꝫ refrectionẽ oẽs liƀabimur ab omni
miſia corporis. et erimus ꝑfecte bt̃i ĩ cor
pore ⁊ aĩa. Ex quib⁹ pꝫ qualr̃ xp̃s repa/
rauit ꝑ gr̃am ⁊ gl'iaꝫ hũanã naturã quaꝫ
adã diſſipauit ꝑ culpã. Et pꝫ etiaꝫ qualr̃
ſolus xp̃s eſt metruꝫ ⁊ mẽſura ⁊ fons ⁊
largitor oĩuꝫ bonoꝝ nature et gr̃e et gl'ie
qꝛ ip̃e xp̃s eſt fili⁹ dei/ et illđ verbũ etnũ:
ꝑ qđ fc̃a ſunt oĩa bona ꝑ naturaꝫ. Sꝫ ex
tp̃re fc̃s ẽ homo vt hoĩeꝫ lapſuꝫ repara
ret ꝑ gr̃am et gl'iam. Et iõ xp̃s ꝑ taleꝫ re
partionẽ recupauit oĩa que ꝑdidit adam
nam p̃cio ſanguinis ſui ⁊ paſſiõis nõ ſo/
lum redemit hoĩem de poteſtate diaboli
ſꝫ etiã emit regnũ celoꝝ ꝓ nob̃: et recu/
perauit etiã paradiſuꝫ terreſtrẽ. iđo poſt
ſuã refrectionẽ habitauit ĩ paradiſo ter
reſtri per. xl. dies vſqꝫ ad aſcenſioneꝫ: et
ſic reduxit adã cũ patriarchis ⁊ ꝓphetis
in priſtinã poſſeſſionẽ illi⁹ loci quẽ ꝑdide
rat. Deĩde introduxit eos ĩ regnũ celoꝝ

Secũda ꝯcluſio ꝙ patriarche ⁊ ꝓphe
te et fideles veteris teſtamẽti nõ opaban
tur nec ſaluabãtur niſi cũ gr̃a et fide xp̃i
futuri. Ad cuius intellectũ eſt aduertẽdũ
ꝙ ſicut agẽs naturale intẽdẽs introduce/
re formã ſubſtãtialẽ ꝑ p̃us diſponit ⁊ p̃/
parat materiã ſm exigentiã forme intro
ducẽde. ita pariter de⁹ poſtꝙ ab initio in
tẽdit et ꝓpoſuit redimere ⁊ reparare ho
minẽ ꝑ mortẽ ⁊ paſſionẽ ſuam ⁊ ꝑ gr̃am
legis euãgelice. iõ ab initio voluit ip̃ꝫ pre
parare ⁊ diſponere ꝑ fidẽ xp̃i futuri et ꝑ
legẽ oblationũ ⁊ ſacrificioꝝ ⁊ ceteroꝝ le
galiũ figuratiũ et ſignificatiũ mortem et
paſſionẽ eius. Et ideo qñ̃o expulit p̃mos
parẽtes de paradiſo illico ꝓmiſit eis ſe ĩ

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .Queſtio finalis.

carnem venturuꝫ et ꝓ eis et poſteris ſuis mortē paſſurū. Et ſic dedit eis legē obla/tionū ⁊ ſacrificioꝝ in figurā ſacrificij fu/turi ī cruce offerēdi et ſub tali fide adam et abel ⁊ ſeth ⁊ oēs poſteri offerebāt illa ſacrificia. Sꝫ iſta lex ſemꝑ ꝓceſſit ſumendo incremētū ꝑ ꝓceſſuꝫ et diſcurſuꝫ tꝑis Nā deꝰ iā in ſcđa etate dedit aliquas ce/rimonias ipi noe. Et ī tercia etate dedit circūciſionē ipi abrae. Et exīde dedit legē ſcriptā ipi moyſi cū. dc. xiij. ꝓceptis quorū maior pars erāt cerimonialia ſignifi/cātia xp̄m et eccłiaꝫ. Et ſub tali lege ꝓceſſit ille ppłus vſqꝫ ad xp̄m. que quidē lex nil aliud fuit niſi qđā diſpoſitio et ꝑparatio et via ad xp̄m et legem euāgelicaꝫ. qꝛ oīa illa opa legis nō fiebāt niſi cū ꝓteſtatione et fide xp̄i inq̄ntū erāt ſignacula fidei xp̄i. vt fuit dictū ī ꝓlogo libri pſaꝉoꝝ ⁊ in tractatu ꝯtra iudeos. Et vt explicat apłus ad hebr̄. xj. dicēs ꝙ abel et enos et enoch et noe et abraaꝫ et dauid et ceteri ſcti veteris teſtamēti ꝑ fidē xp̄i opati ſunt iuſticiā ꝑ totū illđ tēpꝰ: ſꝫ nō adepti ſunt repromiſſiōes niſi nobiſcū ꝑ xp̄m: qui ꝑ ſuā paſſionē ⁊ reſurrectionē reparauit na/turā hūanā ꝑ grām ⁊ glīam quā ꝑmi parentes diſſipauerāt ꝑ culpā. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ oēs fideles veteris teſtamēti nō opati ſunt aliqđ bonū ſine fide et grā xp̄i qui ē metrū et mēſura oīuꝫ bonoꝝ ⁊ caput totius eccłie ab adā vſqꝫ ad iudiciuꝫ: cuius oēs fideles vtriuſqꝫ teſtamēti fuerūt mēbra. vñ lꝫ xp̄s nōdū eēt īcarnatus ī ꝑmo teſtamēto. tñ iam erat pr̄iarchis ⁊ ꝓphetis ⁊ ceteris fidelibꝰ ve. te. creditꝰ et ex/pectatꝰ. et ꝑ ꝯñs iam tūc ꝑ fidē oēs currebant ī odorē vnguētoꝝ xp̄i. vt ſanarētur ꝑ ipm. vt oñſuꝫ ē in ꝑmo cātico diſcurrēdo ꝑ totā ſacrā ſcripturā: qꝛ oēs petebāt oſculari oſculo incarnatiōis: et trahi in odorē ſctitatis et ī odorē vnguētoꝝ ſacrāmētoꝝ eccłiaſticoꝝ et doctrīe euāgelice. ꝑut poſtea in nob̄ impletū eſt. vt patuit ſupra. vñ ſicut corpus aromaticuꝫ puta muſcus aut cynnamomū emittit odoreꝫ ante ⁊ poſt et ad oēm differētiaꝫ loci: in tantū ꝙ vndiqꝫ odor eiꝰ ſentit̄ anteꝗ̄ vi/deatur. ita pariter xp̄s iam ꝑmittebat odorē ſuaꝝ virtutū ante aduētū ſuuꝫ: et iā ꝑ fidē ſentiebāt eiꝰ odorē pr̄es ve. te. Vñ q̄ño yſaach oſculatꝰ ē filiū ſuū iacob: iam ſenſit odorē veſtimētoꝝ humanitatis xp̄i ꝑ odorē veſtimēti ipius iacob. ideo dixit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: quē bñdixit dñs. geñ. xxvij. ⁊c. Ex qui/bus pꝫ ꝙ pr̄es ve. te. iaꝫ ſentiebāt odorē virtutis et ſctitatis xp̄i ꝑ fidē ⁊ grām xp̄i ꝑ quā fidē iā opabātur bonū ⁊ nō ſoluꝫ ꝑ virtutes theologicas: ſꝫ etiā morales: que ꝑ theologicas ꝑficiunt̄. vt oñdit ambroſius in libro de officijs.

Tercia ꝯcluſio. ꝙ lꝫ philoſophi gētiuꝫ et famoſi romani nō oparētur ſ̄m veras virtutes morales nec theologales: tñ nō cohibebāt vicia: nec vitabāt enormia peccata nec faciebant opa inſignia abſqꝫ grā xp̄i. Prima pars huiꝰ ꝯcluſionis pꝫ. naꝫ illi nō hēbāt virtutes theologales nec cognitionē de xp̄o. ergo nō opabātur ꝑ ta/les virtutes. Itē ſi nō habuerūt virtutes theologales: ergo nō habuerūt veras et perfectas virtutes morales. Hāc ꝯcluſi/onē ꝓbat lactātiꝰ. iiij. et. vj. libro ſuaꝝ inſtitutionū. vñ ait ꝙ nulla virtus pōt eſſe vera ⁊ perfecta ſine vera ſapia. eo qꝛ virtus moralis ē hītꝰ electiuꝰ ī medietate cōſiſtēs. ꝑut ſapiēs determinaret. vt pꝫ. ij. ethicoꝝ. Et per ꝯñs nēo pōt eſſe virtuo/ſus: niſi ſit vere ſapiens. Sꝫ nullus illoꝝ fuit vere ſapiēs nec hūit verā ſapiām. qꝛ vera ſapia ē vera cognitio veri et ſummi



UVA. BHSC. IyR 068_1

boni qui ē deus. Sed nullus illoꝝ potuit peruenire ad verā cognitionē ſummi boni nec veri dei nec vere btitudis ⁊ veri finis. vt pꝫ in diuerſitate ſuaꝝ opinionuꝫ. ergo ſequit ꝙ nullus eoꝝ fuit vere ſapiēs nec per ꝯñs habuit veras virtutes. Itē nulla vera virtus ē ſine vera religiōe. ſꝫ illi nō habuerūt verā religionē / ymo falſam. Et iō ſicut hūerūt falſam ſapiētiam falſoꝝ doctoꝝ: ita exercebāt falſam religionēꝫ et falſam et deteſtabileꝫ latriā per deteſtabiles ſuperſtitiōes et ſacrificia. vt pꝫ de bachanalibꝰ bachi / et enormibus et execrabilibꝰ honoribus dee veſte: et veneris ⁊ pāpi ⁊c. Ex quibꝰ oībꝰ pꝫ ꝙ nō habuerunt veras morales nec theologales virtutes nec opabātur ſm eas. Itē augꝰ v. de ciuitate caplo. xviij. et. xix. ſpecialr ꝓbat de romanis ꝙ nō habuerūt veras virtutes nec opabant ſm eas. vbi dicit. ꝙ vera virtus ē que dirigit in optimū finē ſꝫ finis actuū romanoꝝ famoſoꝝ nō erat optimus nec bonus: ergo actus illoruꝫ nō erāt officia vere virtutis. qꝛ non opabātur nec fecerūt opa famoſa grā boni finis. ſꝫ ſola cupiditate dñandi: ſicut ceſar et pōpeus. aut cupiditate libtatis. vt fugerēt ſuitutē ⁊ verecundiā. ſicut catho qui occidit ſeipm: ne viueret ſub ceſare victore. Aut cupiditate īmēſe ⁊ perpetue laudis. vt Marchꝰ regulus et marchus curiꝰ. vñ hac triplici cupiditate. ſ. iperij et libtatis ⁊ ppetue laudis apd poſteros brutus īterfecit filios ſub colore libertatis patrie. vñ ait virgilius in ſexto eneydos. Uis et tarquinos reges aīamqꝫ ſuperbaꝫ Ultoris bruti: faceſqꝫ videre receptos. Cōſulis impiū hic pmus ſeuaſqꝫ ſecures Accipiet. natoſqꝫ pater noua bella mouētes Ad penā pulchra p libertate vocabit. Infelix vt cunqꝫ ferent ea fata minores. vincet amor patrie laudūqꝫ immenſa cupido. Ex quibꝰ verſibꝰ pꝫ qualr ipē virgiliꝰ ꝯfitet. ꝙ brutus nō fecit illuꝫ actū ꝓpter aliquē bonū finē: niſi ex ꝓpa paſſiōe et ſupbia. ſ. cupiditate imperij et laudis ⁊ libertatis. Et p ꝯñs nec ipē nec ceteri fuerūt vere virtuoſi nec habuerūt veras virtutes. qd nō accidit. niſi qꝛ nō hūerunt verā cognitionē nec fidē de xpo qui fuit et ē metrū et mēſura oīuꝫ virtutū ⁊ regula oīuꝫ actuū hūanoꝝ. Et p ꝯſequēs. qꝛ nō currebāt ī odorē vnguentoꝝ xpi iō errabāt in via ⁊ ī termino. Et ido dicit augꝰ. de vbis apli. ꝙ vbi deeſt agnitio vitatis incōmutabilis qui ē deꝰ p fidē falſa ē virtus etiā ī optimis moribꝰ. que quidē virtutes nō ſunt ve virtutes. ſꝫ ſimilitudīes virtutū. Scda pars huius vndecime concluſiōis ꝓbat. ſ. ꝙ philoſophi gētiū et famoſi romani nō vitarunt vicia et ſcelera inormia nec fecerūt bōa opa ſine grā xpi. lꝫ nō habuerīt cognitioneꝫ de ipō. vñ pſuppoſita ſnīa auguſtini explicata in. iij. et. iiij. et. v. et. vj. et. vij. et. viij. ꝯcluſiōibꝰ. manifeſtū eſt ꝙ ſocrates et pictagoras qui fuerūt caſtiſſimi. ⁊ bias cōtēptor diuiciaꝝ. et ceti famoſi philoſophi ex ꝓpis naturalibꝰ nō potuiſſent cohibere ſenſualitatē a vicijs: nec ſubijcere eā rationi. niſi ex aliquo ſupiori auxilio fuiſſet eoꝝ libeꝝ arbitriū roboratum qd quidē auxiliū nō pōt dari niſi p grām xpi vt dictū eſt. Sꝫ ꝙ talis grā ⁊ auxiliū eſſet neceſſariū hūane nature in illo ſtatu ppli gētilis. ꝓbat. Nam ſi vnuſquiſqꝫ illoꝝ gētiliuꝫ fuiſſet derelictꝰ abſqꝫ aliquo auxilio in ſua natura corrupta inclinata ad omne malū: et īfirma ad omne bonū et inepta. ꝓut dictū ē. tūc manifeſtū ē. ꝙ vnuſquiſqꝫ corruiſſet inpceps in oīa ſcelera deteſtabilia et īnormia ⁊ ī adulteria

UVA. BHSC. IyR 068_1

et homicidia. intãtũ ꝙ nulla reſpublica
potuiſſet ꝑmanere: nec ciuitates ⁊ opida
nec ſocietates hoĩuꝫ potuiſſent ſtare/ nec
ꝑſeuerare/ nec durare. Et ſic totũ genus
ꝑijſſet hũanuꝫ. Et ꝑ ꝯñs nullus illoꝝ nec
nepotes eoꝝ ꝑueniſſent ad fidẽ xp̃i. et ſic
fuiſſet fruſtra nr̃a redẽptio. Et ĩdo lꝫ illi
nõ cognoſcerẽt nec hẽrẽt fidẽ xp̃i: tñ vt ci
uitates eoꝝ ꝑmanerẽt vſqꝫ ad xp̃m: fuit
neceſſe: vt xp̃s ante ſuũ aduẽtũ ĩ carnem
daret grãm ſpãlẽ auxiliatiuã liberi arbi/
trij aliqb⁹ philoſophis ⁊ ꝓncipib⁹ de illo
ppl̃o. q̃ cohiberẽt paſſiões ſuas: ⁊ vĩcerẽt
⁊ uitarẽt vicia ⁊ facerẽt bõa mł̃ta: vt poſ
ſent alios docere exẽplo vite/ ⁊ ĩſtructiõe
doctñe. ⁊ ſimil̃r vt ꝓncipes ꝯdẽt optĩas
leges: vt eaꝝ metu hũana cohiberet̃ auda
tia: tutaqꝫ eẽt int̃ ĩprobos ĩnocẽtia. vt in
quit aug⁹ et yſidor⁹. Et oĩa iſta fiebãt: vt
ille ppl̃us duraret et ꝑſeueraret vſqꝫ ad
xp̃m: vt ipi aut nepotes at ꝓnepotes eo/
rũ ꝑuenirẽt ad fidẽ xp̃i. ꝓut videm⁹ fuiſ/
ſe fcm̃. Sꝫ ꝯ hoc fundamẽtũ poſſꝫ aliqs
inſtare dicẽs. ꝙ grã xp̃i nõ põt eſſe ſimul
cũ pctõ: ergo nõ poteſt eſſe ĩ aliquo pctõ
re nec infideli. Ad h̃ r̃ndet̃ ſicut dictũ eſt
in ꝑmo articl̃o. ꝙ grã xp̃i ẽ dupl̃x. naꝫ q̃
daꝫ dĩ hitualis et gratificãs aĩaꝫ ad merẽ
dũ vitã eternã. Et iſta nõ poteſt eſſe cuꝫ
pctõ nec ĩ aliquo ĩfideli nec pctõre. eo qꝛ
nõ ẽ ſine fide ⁊ ſpe et caritate. Sꝫ eſt alia
que dĩ grã actualis et motiua: quã diui/
dit aug⁹ ĩ ꝑueniẽtẽ ⁊ diſponẽtẽ ⁊ opantẽ
⁊ coopantẽ. Et iõ iſta grã actualis ⁊ au/
xiliatiua liberi arbitrij nõ ſolũ ẽ neceſſa/
ria pctõrib⁹. ſꝫ etiaꝫ iuſtis: ne in tẽptatio
nib⁹ ꝑdãt graꝫ hitualẽ ⁊ gratificã. Et nõ
ſolũ eſt neceſſaria oĩb⁹ fidelib⁹: ſꝫ oĩb⁹ ĩfi
delib⁹: ne derelicti ĩ ſua natura corrupta
ꝑcipitẽtur in ſcelera deteſtabilia. et ne de
ſtruatur genus hũanũ. vt dictũ ẽ. Et ita
datur talis grã etiã ſarracenis ad cohibẽ
dũ iniquũ appetitũ eoꝝ: ne deſtruãt xp̃i
anã religionẽ: ſꝫ faciãt aliq̃ bona. et fue/
tur iuſtitia inter eos: et ꝑſeuerẽt vſqꝫ oẽs
ꝯuertãtur ad xp̃m. ꝓut expectat ⁊ conti
nue orat eccl̃ia. Et ſic pꝫ q̃uo talis grã eſt
neceſſaria etiaꝫ ĩfidelib⁹. Sꝫ ꝙ talẽ grãm
actualẽ ꝑueniẽtẽ ⁊ auxiliatẽ hũerint ſpe/
cial̃r aliqui de ppl̃o gẽtili ante aduẽtum
xp̃i. ꝓbatur ex ſacra ſcriptura: vñ legitur
exo. iiij. ꝙ de⁹ dixit moyſi. Ego indurabo
cor pharaonis: et nõ dimittet ppl̃m ⁊c̃.
vbi dicit gloſa. ꝙ deus nõ indurauit cor
pharaonis effectiue malicia conferendo:
ſed defectiue gratiam ſubtrahendo et ip/
ſum deberẽdo. qꝛ ſi de⁹ ꝯtuliſſet ſibi graꝫ
fuiſſet cor eius mollificatuꝫ et dimiſiſſet
ppl̃m/ ſicut fecit cyrus. qui dimiſit capti
uitatẽ babilonie: et dedit licẽtiaꝫ: vt poſ/
ſent reedificare tẽplũ et ciuitatẽ: et dedit
multa donaria ⁊c̃. Sꝫ oppoſituꝫ accidit
etiã ĩpi nabucodonoſor qui ex orõne da/
nielis obtinuit a deo grãm et miãm: ⁊ fe
cit pñiaꝫ de pctĩs ſuis. et redemit pctã ſu
a orõnib⁹ et elemoſinis. vt pꝫ dañ. iiij. de
quo miſterio dicit aug⁹. et hẽt̃. xxiij. diſt.
q̃ſtiõe. iiij. caplo nabucodonoſor. vbi di/
cit aug⁹. ꝙ nabucodonoſor pñiaꝫ meruit
fructuoſam. eo qꝛ poſt ĩnumeras impie
tates flagellat⁹ penituit. et ĩdo regnũ qđ
ꝑdiderat rurſus accepit. ſꝫ farao in ĩpis
flagellis durior ẽ effect⁹. et iõ ſubmerſus
ẽ ĩ mari rubro. que diuerſitas nõ accidit
vt inquit aug⁹. niſi qꝛ xp̃i bon⁹ odor alijs
eſt odor vite ĩ vitã. et alijs odor mortis ĩ
mortẽ. Quia quãtum ad naturã ambo
erãt hoĩes. Et quãtũ ad dignitatẽ ambo
erãt reges. Et quãtũ ad cauſam captiuũ
dei ppl̃m poſſidebant. Et q̃ntũ ad penaꝫ
ambo flagellis clemẽter ãmoniti. Quid
eoꝝ fines fecit diuerſos: niſi qꝛ vnus ma



UVA. BHSC. IyR_068_1

nū dei ſentiēs ī recordatiōe ꝓpe iniquita
tis īgemuit. Alr libro ʒ di miſicordiſſimā
veritatē pugnauit arbitrio. Ex quib⁹ ver
bis auguſtini ſequit̃. ꝙ iſti ambo ſenſerūt
odorē grē xp̄i: vn⁹ ꝑ āmonitiōeʒ danielis
Et alter ꝑ āmonitionē moyſi. ſʒ ille ami
ſit et r̄cepit grām monētem ⁊ diſponēteʒ
ꝑ quā egit pn̄iaʒ. iſte autē ex iniquo libe-
ro arbitrio reſiſtit grē xp̄i ſibi oblate. Ex
quib⁹ pʒ. ꝙ ipi nabucodonoſor data fuit
grā p̄ueniēs ꝑ quā egit pn̄iā. Itē hoc idē
pʒ de ninivitis: quoꝝ pn̄iaʒ cōmendat ſal
uator mathei. xij. q̄ ad p̄dicationeʒ jone
ꝓphete egerūt pn̄iaʒ ꝯuerſi ex via ſua ma
la. Et iō ex dei mīa ꝑ quā dat̃ grā euaſe-
rūt ſubuerſionē ciuitatis cōminatā. vt ī
quit grego⁹. et hr̄ de pe. di. iij. Niniuite
quoqʒ. Ex quo pʒ. ꝙ illi licet ꝑ illā grām
nō euadebāt penā eternā inferni. tn̄ eua
debāt penā tp̄ralez ī hoc ſc̄lo. ⁊ ꝑ bona q̄
faciebāt ꝑ illā grām: merebātur bona tē
poralia hui⁹ mūdi. Ex quib⁹ pʒ ꝙ infide-
les et idolatre nō op̄abātur bonū nec vi
tabāt malū ſine grā p̄ueniēte ⁊ roborāte
eoꝝ liberꝝ arbitriū nec op̄abātur malum
niſi inq̄ntum erāt derelicti in ſua natura
corrupta: que quidē grā dicebat̃ grā xp̄i ī
q̄ntū nō dabat̃ niſi ꝑ xp̄ʒ et ordinabatur
ad xp̄m. vt illi vel nepotes eoꝝ ꝑuenirēt
ad fidē xp̄i. vn̄ licet illa grā nō ordinabat̃
īmediate ad xp̄m niſi ad conſuationē rei
publice ⁊ hūani generis. tn̄ finalr̄ ordiā-
bat̃ ad xp̄m. eo modo quo dictū ē. iō dice
bat̃ grā xp̄i. Ex quib⁹ pʒ ꝙ etiā illi lʒ non
hērent fidē xp̄i. tn̄ ꝑ illā grāʒ adhuc cur-
rebāt in odorē vnguentoꝝ xp̄i: vt ipi vel
nepotes eoꝝ ꝑuenirēt ad fidē xp̄i.

Quarta ꝯcluſio. ꝙ lʒ xp̄s fuerit virtu
aliter generalis ⁊ ſufficiēs redeptor ⁊ re
parator toti⁹ generis hūani ꝑ ſuā paſſio
nē ⁊ reſurrectionē. tn̄ nō oēs fuerūt redēp
ti actualr̄ nec participarūt ſuā redēptiōeʒ
niſi ſoli regenerati ꝑ baptiſmuʒ. Prima
pars ꝓbat̃. Nā paſ̄o xp̄i fuit infinite vir
tutis et meriti trāſcēdētis oēm culpaʒ et
malum: ergo oēs hoīes potuit redimere
volētes ſua merita participare et ad xp̄ʒ
accedere: ſicut ſol oīa pōt calefacere que
ad ſuā p̄ſentiā accedūt. Scd̄a ps pʒ. naʒ
ſicut adā diſſipator generis hūani nō po
tuit trāſferre in oēs poſteros reatū ⁊ pe
nā ſui pc̄ti: niſi ꝑ generationē carnalē et
libidinoſam. ita xp̄s reparator hūani gene
ris: vt ꝑ iuſtitiā vinceret aſtutiā antiqui
ſerpētis: noluit trāſferre merita ſue paſ
ſionis ī oēs hoīes niſi ꝑ baptiſmalē ⁊ ſa-
crā regenerationē. Et ſic nō poſſūt par-
ticipare redēptionē nec merita paſſionis
xp̄i: niſi regenerati ꝑ baptiſmū: ꝑ quem
baptiſmū trāſfert̃ in nos grā xp̄i et imp-
mitur ī nob̄ ymago ei⁹. Et iō dicit ap̄lus
p̄ma ad cori. xv. ꝙ ſicut oēs portauimus
ymaginē p̄mi adā terreni: portemus oēs
ymaginē ſc̄di adā celeſtis: qui eſt xp̄s. Ex
quib⁹ pʒ ꝙ ſi īfideles nō ſunt redēpti nec
repati ī actu. hoc nō ē ex defectu paſſiōis
xp̄i q̄ ē infinite virtutis in virtute: ſʒ hoc
accidit ex defectu et obſtinatiōe infideliū
nolētiū accedere ad baptiſmuʒ ꝑ quē oēs
regenerant̃ ⁊ participāt grām xp̄i. vn̄ ſic
de p̄cedētib⁹ aduētu xp̄i nō fuerūt redēp-
ti nec participarūt paſſionē xp̄i. niſi illi q̄
fc̄ti ſunt mēbra eius ꝑ fidē et ſpem xp̄i fu
turi ⁊ acceperunt ſignaculū fidei ꝑ circūci
ſionē ac oblationē ⁊c̄. ita poſtea nō ſunt
redēpti nec participant paſſionē xp̄i niſi
baptizati baptiſmo xp̄i: et renouati per
ſacramenta. vn̄ ſicut medicina nō ſanat
niſi recipientes eā: nec ſol vel ignis cale-
facit niſi accedentes ad ipm̄: ita paſ̄o xp̄i
ac baptiſmus nō iuſtificat niſi cū fide ipʒ
ſuſcipiētes.

UVA. BHSC. IyR 068_1

# Queſtio finalis.

Quinta ꝯcluſio. ꝙ lȝ regeneratio bap
tiſmalis ſufficiēter mūdet aīam et tollat
oēm culpā ab aīa et libet eā ab omni pe/
na eterna. ⁊ ab omni debito:tñ nō tollit
ꝯcupīaȝ nec fomitē nec ceťas penalitateſ
ex carne:qꝛ adhuc poſt baptiſmū oīa iſta
manēt in carne. Prima ps ꝓbať mathei
vltio. et marchi vltio. vbi dicit ſaluator.
ꝙ qui crediderit et baptizatꝰ fuerit ſaluꝰ
erit. Itē iohānis. iij. niſi quis regeneratꝰ
fuerit ex aq̄ ⁊ ſpū ſcto:nō pōt ītroyre re
gnū dei ⁊c̄. Scđa ps pȝ ꝑ expiētiā:qꝛ ad
huc manēt in nob̄ morbi corporales per
quos egrotamꝰ et morimur/et miſerias
patimur. et manet ſenſualitas corrupta
et ſauciata ꝑ ꝯcupīaȝ:ex cuiꝰ cōſenſu aīa
frequētec maculať mortali pcto poſt bap
tiſmū. vñ aplꝰs paulus iaȝ regeneratꝰ ꝑ
baptiſmū adhuc ꝯqueriť dicēs. Datꝰ eſt
mihi ſtimulus carnis ſp̄s ſathane: q̄ me
colafizet. ij. ad cori. xij. Itē ad ro. vij. ī ꝑ
ſona cuiuſlȝ xp̄iani et hoīs iā reparati ꝑ
baptiſmū dicit. Scimus eniȝ:qꝛ lex ſpūa
lis ē. Ego aūt carnalis ſum venūdatꝰ ſub
pcto. Quod eniȝ opor nō ītelligo. nō qđ
volo bonū hoc ago:ſȝ qđ odio malū illđ
facio. Si autē qđ nolo illđ facio:ꝯſentio
legi quoniā bona ē. Nūc autē iaȝ nō ego
opor illđ:ſȝ qđ hītat ī me pctm. Scio eīȝ
qꝛ iā nō hītat ī me. hoc ē ī carne mea bo
nū. Nā velle adiacet mihi. ꝑficere auteȝ
bonū nō inuenio. nō eniȝ qđ volo bonuȝ
hoc facio:ſȝ qđ nolo malum hoc ago. Si
autē qđ nolo illđ facio: iā nō ego opor il
lud:ſȝ qđ hītat ī me pctm. Inuenio igiť
legē volēti mihi facere bonū. quoniā mi/
hi malū adiacet. Condelector enī dei ƒm
interiorē hoīeȝ. video auteȝ aliā legē ī mē
bris meis repugnātem legi mētis mee et
captiuantē me ī lege pcti. que ē ī mēbris
meis. infelix ego homo: quis me libabit
de morte corporis huiꝰ: gr̄a dei ꝑ ieſum
xp̄m dn̄ȝ nr̄m. igiť ego ip̄e mēte ƒuio legi
dei. carne autem legi pcti ⁊c̄. hec aplꝰs.
Ex ꝟbis ergo apl̄i ꝯcordādo cū ariſtoti/
le pȝ totꝰ diſcurſus opatiōis ⁊ diſpoſitio
nis hoīs nō ſolū poſt lapſuȝ: ſȝ etiā poſt
baptiſmuȝ et repatiōnē. puta q̄liť adhuc
poſt baptiſmū hītat malū ⁊ corruptio ⁊
lex mēbrorꝝ in eo ꝑ quā ƒuit legi pcti. Et
q̄uō ꝑ legē dei quā hēt in mēte cognoſcit
omne pctm eſſe malū et ꝑ ꝯn̄s vitādū:ſȝ
ſibi repugnat lex mēbrorꝝ et carnis: per
quā agit ꝯtra id qđ ī ꝯſcīa cognoſcit eſſe
malum. Et q̄uō talis peſtis et corruptio
carnis et ſenſualitatis ineſt ſibi ex pcto
quo fuit venūdatꝰ ī ꝑmis parētibus. Et
q̄uō de tali peſte nemo poteſt libari/nec
eā vīcere niſi ꝑ gr̄aȝ xp̄i. Ex quibꝰ pȝ eſſe
verā ⁊ firmā poſitionē auguſtini ꝯ pella
gianos ⁊ oēs temerarios. ſ. ꝙ nemo po
teſt vitare pctm/nec implere diuia p̄cep/
ta ex ꝓpriis viribꝰ naturalibꝰ:niſi fuerit
adiutus gr̄a xp̄i auxiliatiua ⁊ roboratiua
liberi arbitrij ad refrenādū inordinatuȝ
appetituȝ et refrenādas paſſiones. Et iō
ſemꝑ ē orādū ꝓ iſta gr̄a et currēdū ī odo
rem vnguētorꝝ xp̄i:vt ſanemur a ſupdic/
ta peſte. vt qđ impoſſibile eſt fieri ex nr̄is
viribꝰ fiat nob̄ poſſibile ꝑ auxiliū gr̄e xp̄i
cui oīa poſſibilia ſunt. math. xix. Ex qui/
bus oībꝰ pȝ qualr̄ ſolus xp̄s ē generalis
redēptor ⁊ hūane nature perfectꝰ ⁊ ſuffi
ciēs reparator. et metrū ⁊ mēſura:et p̄n
cipiū oīuȝ bonorꝝ. Et hoc de t̄cio articl̄o

uantum ad quartū articulū mouē
tur q̄tuor dubia q̄ inſ̄gūt ex dictis
in primo ⁊ ſcđo ⁊ tercio articl̄o. vñ dic/
tū eſt ī tercio articulo. ꝙ xp̄s fuit verus
redēptor et reparator hūane nature lap/
ſe ⁊ totiꝰ eiꝰ ruyne. poſtea dictū ē. ꝙ lȝ ꝑ
baptiſmū tollatur pctm ab aīa:tñ adhuc



UVA. BHSC. IyR 068_1

manēt pēalitates ī carne. puta egritudi/
nes ⁊ corruptio ⁊ concupīa ⁊ mors ⁊c.
ꝑut manifeſte expimur ī nob. Ex quibuſ
pꝫ ꝙ xp̄s nō fuit pfect⁹ ⁊ ſufficiēs redēp/
tor ⁊ repator toti⁹ ruyne et miſie hūane
nature: qꝛ nō ſanauit nos a quiqꝫ vulne
rib⁹: quib⁹ fuim⁹ ſauciati in adā. Ex quo
arguūt iudei moderni. ꝙ xp̄s nō fuit ve/
rus meſſias ī lege ꝓmiſſus. eo qꝛ ille de/
bebat ſufficiēter ⁊ totalr̄ libare hūanam
naturā ab omni īfirmitate ⁊ morte ⁊ mi
ſeria corporis ⁊ aīe. vt pꝫ yſay. xxv. vbi
dī. ꝙ ip̄e p̄cipitabit mortē ī ſempiternū.
⁊ auferet dn̄s de⁹ lacrimā ab omni facie
Et opprobriū ppl'i ſui auferet de vniuer/
ſa terra: qꝛ dn̄s locut⁹ eſt. et dicēt ī die illa
Ecce de⁹ noſter iſte. expectabimus eū: et
ſaluabit nos iſte dn̄s. ſuſtinuimus eū. et
exultabim⁹ et letabimur ī ſalutari ei⁹: qꝛ
requieſcet manus dn̄i ī mōte iſto ⁊c. Ex
ſupdictis in hac ꝓphetia arguūt iudei. ꝙ
xp̄s non fuit ver⁹ repator nec meſſias. qꝛ
nō p̄cipitauit mōtē nec abſtulit oēs lacri/
mā a facie terre: qꝛ adhuc manem⁹ mor/
tales ⁊ īfirmi ⁊ miſi ⁊c. Ad qđ r̄ndetur
ꝙ ſi ꝓfunde volum⁹ cōtēplari ordinē nr̄e
redēptionis. xp̄s de ⁊ ſufficiēter ⁊ pfecte
redemit gen⁹ hūanū. nā p mortē ⁊ paſſio/
nē redemit nos ⁊ repauit quo ad aīaꝫ. ⁊
p reſ̄rectionē nos repauit quo ad corp⁹.
Sꝫ illa redēptio fuit virtualis et poteſta
tiua inqn̄tū p oib⁹ ſatiſfecit ⁊ hūit ptatē
⁊ virtutē ad libandū oēs volētes pticipa
re ſuā mortē ⁊ paſſiōeꝫ p baptiſmū ⁊ ec/
cl'iaſtica ſacramēta: quib⁹ ꝓbauit virtutē
⁊ efficatiam ſue paſſionis: ſicut dictum ē
in q̄rta ꝯcluſiōe tercij articuli. Et iō ſicut
xp̄s p ſuā mortē ⁊ paſſiōeꝫ meruit a mor
tuis reſ̄gere ī corp⁹ gl'ioſuꝫ et aſcēdere in
celū. ymo emere regnū celoꝝ p oib⁹ mē/
bris ſuis. ita quilꝫ baptizat⁹ ī xp̄o ex me/
ritis ſue paſſiōis meret̄ nō ſoluꝫ libari et
mūdari a pctō ī aīa: ſꝫ etiā reſ̄gere ī cor/
pus gl'ioſuꝫ et poſſidere regnū celoꝝ cuꝫ
xp̄o. Sꝫ iſtō meritū datur baptizato ſub
quodā ordīe. nā p talē grāꝫ xp̄i collatam
in baptiſmo meret̄ illico libari ⁊ de fctō
liberat̄ ab omni pctō ⁊ culpa aīe de p̄ſen
ti. et p eādē grāꝫ meret̄ euolare illico aīa
poſt mortē ī celū ad futurā btītudinē ca
peſcēdā. Et p eādē grāꝫ baptiſmalē mere
tur reſ̄gere ī nouiſſimo die ī corp⁹ gl'ioſū
⁊ īmortale ⁊ abſolui ab omni lacrima ⁊
miſia corporali. Et p ꝯn̄s p grām ⁊ rege
nerationē baptiſmalē merent̄ oēs fideles
ſcđam regenerationē. ſ. gl'ioſaꝫ reſ̄rectio
nē ī nouiſſimo die. Et ſic baptiſm⁹ lꝫ p p̄
ſenti nō ordinetur niſi ad regenerationē
aīe: tn̄ ordinat̄ ī merito ad r̄generationē
corporis de futuro. Et iō xp̄s duas rege
nerationes ꝓmiſit fidelib⁹ ſuis. ſ. vnā de
p̄nti quo ad aīam. de qua dicit. iohā. iij.
Niſi quis renat⁹ fuerit ex aq̄ et ſp̄u ſctō
nō poteſt ītroyre regnū dei. Scđaꝫ vero
regen̄rationē ꝓmiſit ī nouiſſimo die quo
ad corp⁹. de qua dicit. mat̄. xix. Uos qui
ſecuti eſtis me in regeneratiōe cū ſederit
fili⁹ hoīs in ſede maieſtatis ſue. ſedebitis
et vos ſup ſedes. xij. iudicātes. xij. tribus
iſrl' ⁊c. Itē io. v. Qui bona egerūt in re/
ſurrectiōeꝫ vite ⁊c. Itē io. vj. Ego reſu/
ſcitabo eū ī nouiſſimo die. Item apoca.
xxj. Et abſterget de⁹ oēs lacrimā ab ocu/
lis eoꝝ. et mors vltra nō erit. neqꝫ luct⁹
neqꝫ clamor neqꝫ dolor erit vltra ⁊c. Ex
quib⁹ pꝫ ꝙ duas regen̄ratiōes ꝓmiſit nb̄
xp̄s p ſuā paſſionē ⁊ baptiſmū. ſ. regene
rationē aīe ⁊ corporis: ſꝫ regenerationeꝫ
p̄mā. ſ. aīe recipim⁹ illico in baptiſmo: ſꝫ
p illā regenerationem baptiſmalē mere/
mur ſcđaꝫ. ſ. regenerationē gl'ioſaꝫ corpo
ris ī nouiſſimo die. Et iō dicit aug⁹. ī ſer/

UVA. BHSC. IyR 068_1

mone martiꝝ qui legit̄ tp̄re reſurrectionis
quiquidē ſermo attribuit̄ etiaȝ bt̄o ambro/
ſio ꝙ lȝ martires oēs nō duȝ ſurrexerūt in
corpore. ettn̄ iam ſurrexerunt in merito
qꝛ ſicut fuerūt ſocij paſſiōis xp̄i: ita erūt
ſocij reſurrectiōis et nos cuȝ ipis. Et ita
etiā dicit apl̄us ad ro.vj. ꝙ ſicut oēs fui/
mus baptizati ī xp̄o. ita fuimus ī eo ꝯſe/
pulti ⁊ ſurreximꝰ cū eo. ſ. in merito. qꝛ ſic̄
xp̄s reſurrexit ita ⁊ nos reſurgemꝰ. Ex qui/
bus pȝ ꝙ q̄tuor facit baptiſmꝰ. nā primo
tollit omne pcc̄m ab aīa. ſcd̄o tollit ꝯcu/
piſcētiā nō vt nō īſit ī carne: ſȝ vt nō īpu
tetur. vt inquit augꝰ. in libro de nuptijs
Tercio facit ip̄m baptizatū meritoriū vi
te eterne illico poſt mortē. Quarto facit
ip̄m meritoriū vt reſurgat ī corpꝰ gl̄ioſum
ī nouiſſimo die. Ex quo pȝ. ꝙ grā baptiſ/
malis ꝯtinet ī ſe iſta q̄tuor merita q̄ tra/
hit ex paſſiōe xp̄i ꝑ que quidē q̄tuor meri
ta ſiue ꝑ q̄tuor effectꝰ meritoꝝ huiꝰ grē
ſucceſſiue abſoluit̄ homo ab omni miſeria
corporis ⁊ aīe ⁊ ꝯſequit̄ ꝑfectā bt̄itudīeȝ
Ex quibꝰ ſequit̄ ꝙ xp̄s fuit ꝑfectꝰ et ſuffi/
ciens redēptor generis hūani et reparator
hūane nature lapſe. Et ꝑ hoc pȝ reſpōſio
ad autoritatē inductā. qꝛ xp̄s ꝟe p̄cipita
uit mortē inſempiternuȝ: et abſtulit oēm
lacrimā miſerie corꝑis ⁊ aīe. ꝓut ꝓpheta/
uerat yſayas. Scd̄o autē dubitat̄. nā
ſic̄ ꝑ baptiſmū dat̄ nob̄ meritū vt reſurga/
mus ī nouiſſimo die ab omni miſeria. q̄re
xp̄s nō abſoluit noſ illico a tali miſeria cor
poris: ſicut illico nos abſoluit a pcc̄o. Et
q̄re voluit xp̄s vt tales penalitates relin/
querētur nob̄ poſt baptiſmuȝ: poſtꝙ̄ ita
poterat ab eis nos liberare de p̄n̄ti ſicut il
lico liberat aīaȝ a pcc̄o. poſtꝙ̄ cōtulit bap/
tiſmo virtutē ſue paſſiōis. Ad hoc r̄n̄det
augꝰ. xiij. de ciuitate dei. capl̄o. iiij. ꝙ h̄
fecit deꝰ ad maius bonū nr̄m. vn̄ dicit ꝙ
p̄mo relictū ē nob̄ exꝑimētū mortis ⁊ ce
teraꝝ penalitatū ī carne ad ꝯtinuū exerci
cium ⁊ pugnā: vt ꝑ victoriā talis pugne
mereamr̄ coronā gl̄ie ī futura bt̄itudine.
qꝛ nō corōabit̄ niſi qui legitīe certauerit.
qꝛ ſi tolleret̄ talis pugna: tolleret̄ meri/
tū ⁊ corona martiꝝ ⁊ oīuȝ iuſtoꝝ. Et ſic
talis ꝯcupia ⁊ tales penalitates ſunt bo
nis bone / et malis male. qꝛ iſtis cedūt in
gl̄iaȝ: illis aūt ī penā eternā. Scd̄o ſunt
nob̄ relicte iſte penalitates ꝓpter meritū
ſpei future reſurrectiōis. qꝛ ſi oēs baptiza
ti illico ꝑ baptiſmū liberarētur ab huiuſ
modi penalitatibꝰ ⁊ morte. tūc oēs cur/
rerēt ad baptiſmū nō virtutis amore: n̄c
ſpe future reſurrectiōis: ſȝ vt illico libera/
rētur ab huiuſmōi miſerijs. Et ſic oēs con
tēnerēt paſſiōeȝ xp̄i: q̄ talē virtutē cōtulit
baptiſmo: ⁊ nullus curaret / nec appetet
futurā gl̄iam ex paſſiōe xp̄i ꝓmiſſaȝ. nec
etiā peteret grāȝ auxiliatiuā ⁊ ꝯſeruatiuaȝ
Et per ꝯn̄s cotidie de nouo poſſet homo
peccare ſicut fecit adā. Tercio hoc fac
tū ē ad cuſtodiēdā et retinēdā memoriaȝ
beneficioꝝ ꝑ xp̄i paſſionē receptoꝝ. nā ſi
ꝑ baptiſmū tollerētur oīa iſta penalia de
p̄n̄ti. tūc oēs liberati ab huiuſmōi malis pꝰ
lōgū tp̄us obliuiſcerētur deū ⁊ beneficia
recepta. Et ſic putātes nunꝙ̄ amitere n̄c
ꝑdere p̄n̄teȝ bt̄itudineȝ: nec cadere a tali
ſtatu: nunꝙ̄ peterēt a deo grām. nec exhi
berēt ſibi latriā: nec curarēt facere aliq̄d
bonū. Et ſic poſſent a diabolo ſuꝑari: ſic̄
adā. et ꝑ ꝯn̄s poſſent iteꝝ cadere. vn̄ adā
in tali felici ſtatu erat ante lapſuȝ: ⁊ grāȝ
hītualē hēbat: vt cōiter tenet̄. ſȝ qꝛ nō pu
tabat cadere ab illo ſtatu. iō forſan non
curauit petere grām actualē et auxiliati/
uā: que ꝯſeruat grām gratificā: vt dictū ē.
iō nō reſiſtit ꝑſuaſiōi diaboli. ⁊ ſic fuit ſu
peratꝰ et cecidit. et ſic ꝑdidit nō ſolū grāȝ



UVA. BHSC. IyR 068_1

gratificā cū merito future beatitudīs: ſ3
etiā perdidit bona modi et ordīs et finis
ſue nature. ſ. btitudīe3 naturalē quā ī illo
loco poſſidebat. Quarto relicte ſunt
nob̄ p̄dicte penalitates ꝑpt̄ ruynā anglo
rū repādā3: q2 illa ruyna nō poterat repa/
ri niſi aliqui hoīes p grā3 ⁊ merita labo/
rū ꝯſcēderēt ī gradu3 illoꝝ angeloꝝ: qui
ceciderūt p ſupbiā: ſ3 h̄ nō pōt fieri/ niſi
p magnā pugnā et violētiā: q2 regnū ce/
loꝝ vim patit̄ et violēti rapiūt illō. mat̄.
xj. Ergo oportet vt quidā hoīes p violē/
tem pugnā ⁊ violētia vincāt carnē ⁊ mū
dū ⁊ diabolū: vt mereant̄ illoꝝ ſedes poſ
ſidere. q̄ quidē pugna ⁊ p ꝯñs corona tol
leret̄: ſi tales penalitates nob̄ poſt baptiſ
mū nō relinq̄ret̄. et ſic maneret irrepata
angelica ruyna. Et ideo xp̄s voluit vt iſte
penalitates nob̄ poſt baptiſmū relinque
rent̄ ad ꝯtinuā pugnā et coronā adipiſcē
dā et ſedes it̄ anglos: et adrepādā3 ange
licā ruynā. Et vt nos cognoſcam⁹ p̄uari
catoꝝ parētū filios: ⁊ nō ꝯfidam⁹ de nr̄a
natura peccatrice: ſ3 ſemp petam⁹ iſtam
grā3 auxiliatiuā a xp̄o capite nr̄o. Et ſem
p curram⁹ ī odorē vnguētoꝝ ſuoꝝ. Sed
adhuc tercio ex dictis ī quinta ꝯcluſione
tercij articuli ⁊ duob⁹ dubijs p̄cedētibus
inſ̄git aliud dubiū ſatis arduū. Nā ſi ho
mo iā baptizat⁹ nō pōt ī adulta etate be/
ne opari nec vitare pc̄a niſi fuerit adiu/
tus noua grā actuali auxiliatiua liberi ar
bitrij. Sequit̄ ꝙ fruſtra dat̄ fides ⁊ ſpes
⁊ caritas ī baptiſmo: ⁊ dona ſp̄s ſc̄ti ī cō
firmatiōe ad vincēdas tētationes et bene
opandū. Ad hoc r̄ndet̄. ꝙ omni hōi poſt
lapſu3 ē neceſſaria grā baptiſmi cu3 trib⁹
theologicis virtutib⁹ hītualr̄ īfuſis ad ſa
lutē ante annos diſcretiōis. et cū puene/
rit ad annos diſcretiōis ſunt ſibi neceſſa/
rij hit⁹ adquiſiti fidei ſpei et caritatis ad
credēdū ⁊ diligēdū deū ⁊ ꝓximū actualr̄
⁊ ſpādū bōa fut̄a. et ē nc̄cia grā actualis
auxiliatiua ad opādū ⁊ cōplēdū diuiā p̄/
cepta. Ad cui⁹ ītellectū ſaluo ſemp melio
ri iudicio ⁊ determiatiōe ſacroſc̄te mr̄is ec
c̄lie ē aduertēdū. ꝙ aīa nr̄a p ꝯſortiū cor/
poris corrupti ī ſuo p̄ncipio nō ſolū ꝯtrahit
p̄uationē et carētia3 oīu3 bonoꝝ modi et
ordīs et grē/ſicut dictū fuit ī quinta ꝯclu
ſiōe: ſ3 etiā ꝯtrahit odiū et irā dei ⁊ debi
tū oīu3 bonoꝝ pditoꝝ ī adā cū ſuis opa/
tiōib⁹. q2 obligat̄ ad recupādū illū ſtatu3
cū oīb⁹ bōis nature īditis. ſ. cū illa origi
nali iuſticia ī volūtate et cū oīb⁹ hītib⁹ tā
intellectualib⁹ ꝙ̄ moralib⁹/et cū illo debi
to ordīe et ꝯformitate ſenſualitatis ad ra
tionem/et volūtatis ad deū. ⁊ cū illa grā
gratifica qua fuiſſet poſt lōgā vitā trāſla
tus homo ī meliorē. Et ſic de⁹ nō ſolū re
quirit ab hoīe oēs illos hītus tūc īditos
⁊ ꝯcreatos: ſ3 etiā requirit opatiōes illo
rū. Et ſic manet ille infans illico obliga/
tus ad debitū oīu3 illoꝝ. idō pc̄t3 origiale
nō ſolū ē p̄uatio et carētia oīu3 illoꝝ: ſed
etiā cū debito eoꝝ. ymo ratio formalis
originalis pc̄ti ē debitū illoꝝ cū ira ⁊ in/
dignatiōe dei. Et idō nō ē dicēdū ꝙ p bap/
tiſmū tollat̄ p̄uatio ſupdictoꝝ bonoꝝ/et
ꝙ iuſticia origīalis cū ceteris hītib⁹ et bōis
recupet̄: ne corruptio ⁊ fomes auferat̄ ſ3
ſolu3 abſoluit̄ baptizat⁹ ab oī debito: ne
p̄uatio illoꝝ bonoꝝ et ꝯcupiā carnis ad
culpā et penā īputet̄. idō dic̄ aug⁹ ī libro ꝺ
nuptijs. ꝙ baptiſm⁹ nō tollit ꝯcupiā3 vt
nō inſit: ſ3 vt nō īputet̄ ⁊ nō obſit. Ergo
eſt dicēdū. ꝙ grā gr̄tifica hītualis q̄ dat̄ ī
baptiſmo reducit infantē ī grā3 dei: ⁊ fa/
cit ipm meritoriū vite et̄ne ex ſolis meri
tis paſſiōis xp̄i cui ꝯfiguratur p talē gra
tiā. ⁊ hītus īfuſi fidei ſpei ⁊ caritatis nō
reducūt bona pdita ī adā/ nec opationes

UVA: BHSC. IyR 068_1

# .Queſtio finalis.

eoꝝ:ſʒ tollũt ⁊ abſoluũt īfantē ab omni
debito eoꝝ:ne talis ꝑuatio et carētia īpu
tetur ſibi ad peccatũ vſqʒ ad ānos diſcre/
tiōis. Et iō mala q̄ facit puer ante annos
diſcretiōis nō imputāẗ ſibi ad pc̄tʒ. ymo
excuſaẗ ꝓpt̉ illos hītus theologicos infu
ſos cũ grā. Et ſic lʒ nō opeẗ ꝑ tales hītus
tñ excuſaẗ et mereẗ ex ſolis meritis paſſi
onis xp̄i. ex cuiꝰ paſſiōis virtute īfũdunẗ
Sʒ cũ homo ꝑuenit ad annos diſcretōis
obligaẗ opari actualr̄ ꝑ taleſ hītus. ſ. cre
dere articulis fidei. et diligere deũ et ꝓxi
mũ et ꝯſtituere finē ſuũ ī bonis celeſtibꝰ.
Sʒ hoc nō pōt facere ꝑ ſolos hītus infu/
ſos niſi ſibi ꝑ doctrinā exponātur articu
li fidei quibꝰ debet credere:ꝑ quā doctri/
nā adquirat hītuſ adquiſitos fidei ⁊ ſpei
⁊ caritatis. vñ manifeſtũ ē. ꝙ ſi īfās bap
tizatus nutriaẗ int̉ ſarracenos ⁊ īfideles
nũꝙ̄ ꝑ hītus īfuſos potit̉ credere articu/
lis fidei: niſi ſibi nouiter et actualr̄ expo
nātur: et faciat hītũ adquiſitũ ꝯuerſādo
inter xp̄ianos. et ſic hītus infuſi excitanẗ
ꝑ hītus adquiſitos ex doctrina parētum
aut magiſtri aut ex ſtudio ſacre ſcripture
vtriuſqʒ teſtamēti. Et ratio ē qꝛ tales ha
bitꝰ infuſi nō reducũt hītus ꝑditos ī adā
quibꝰ homo poſſat cognoſcere in actu: ſʒ
tātũ dātur ad abſoluendũ a debito illoꝝ
vt dictũ ē. et iō tales hītus ſũt quodāmo
do ſopiti: ſicut in dormiēte q̇ nō poſſunt
excitari niſi ꝑ habitꝰ adquiſitos. Sʒ ē ite
rũ aduertēdũʒ. ꝙ ſi baptiſmꝰ totalr̄ tolle
ret ꝯcupiſ̄aʒ ⁊ fomitē ex carne/⁊ ſanaret
ſenſualitatē a tali morbo ne pugnaret ad
uerſus ſp̄m: ſʒ ſibi obediret. vt expoſcit
ordo nature. tunc baptizatꝰ libere poſſet
bene opari ⁊ vitare oīa pc̄ta:et precepta
dei adimplere ꝑ habitꝰ infuſos ⁊ adqui/
ſitos theologicos. Sʒ qꝛ adhuc manet ta
lis morbꝰ in carne. qui ſimul cũ mũdo ⁊
diabolo nunꝙ̄ ceſſant pugnare. Quibus
tribꝰ inimicis volũtas reſiſtere nō valet
iō de ſe nō pōt pc̄ta vitare:nec p̄cepta ad
implere niſi aliquo ſuꝑiori actuali auxi/
lio fuerit adiuta. Et hoc accidit rōe amo
ris naturalis:qui ē int̉ volũtatē rōalēʒ et
ſenſualitatē corruptā:cui volũtas ſtudet
ꝯplacere. ꝓut dictũ fuit in. vj. ꝯcluſione.
Et iō eſt neceſſaria grā actualis nouiter a
deo inſpirata ad excitādas virtutes theo
logicas infuſas:et ad roborādas adquiſi
tas:et ad mouēdũ ⁊ auxiliādũ ⁊ roborā
dũ liberũ arbitriũ:vt nō ſolũ reſiſtat tē/
tatiōibꝰ tā exterioribꝰ ꝙ̄ interioribꝰ: ſʒ et̄
vt valeat reſtringere ⁊ cohibere paſſiōes
⁊ ꝯfringere et in ſ̄uitutē redigere ſenſua
litatē corruptaʒ:et ad omne malũ ꝯ̄ rōeʒ
inclinatā:vt poſſit vitare omne pc̄tm: et
adimplere diuīa p̄cepta. Eſt ergo iſta grā
neceſſaria nō ſolũ iuſtis ſʒ etiā pc̄toribus
vt ꝑ eā valeāt deteſtari pc̄ta ī quibꝰ jacēt
et velint īpa dimittere et cupiāt agere pe
nitētiā. Et iſta dr̄ grā p̄ueniēs bonā volũ
tatē. Scd̄o ē neceſſaria iſta grā eiſdē pc̄to
ribꝰ:vt incipiāt et exſequātur pñiam. Et
iſta dr̄ grā incipiēs ⁊ opās. Tercio ē ne/
ceſſaria juſtis penitētibꝰ vt ꝓſequātur be
ne operari:⁊ ꝯſ̄uēt grāʒ gratificā quā ha
bēt ⁊ recuꝑauerũt ꝑ pñiaʒ. Et reſiſtāt fu
turis tētatiōibꝰ ne iteꝝ cadant. Et iſta dr̄
grā ꝑficiens:in fine aũt totiꝰ curſus vite
hoīs dr̄ grā ꝯſũmata ⁊ ꝑficiēs. vñ de grā
p̄ueniēte dr̄ pſal'o. lviij. Miſ̄icordia eius
p̄ueniet me. Et de grā ſubſequēte dr̄ p̄s.
xxij. Et mīa eiꝰ ſubſeq̄tur me oībꝰ diebꝰ
vite mee. Et iō magiſter diuidit iſtā grāʒ
ī p̄ueniētē/et ſubſeq̄ntē. ij. ſniaꝝ. di. xxvj.
Et hāc duplicē grām petit eccl'ia: cũ dicit
in collecta. Actiōes nr̄as queſumus dn̄e
aſpirādo preueni/ et adiuuādo ꝓſequere
Itē in alia collecta ait eccl'ia. Gratia tua

UVA. BHSC. IyR 068_1

dñe ꝓueiat ⁊ ſeq̃tur ⁊c. Differt ergo iſta gracia actualis auxiliatiua liberi arbitrij multipliciter a grã hituali gratificã: q̃ daꝛ in baptiſmo ⁊ ſacrmẽtis. Primo q2 illa ꝑficit totã eſſentiã aĩe: ſ3 iſta ꝑficit liberꝫ arbitriũ et volũtatẽ. Scḋa differẽtia q2 illa ꝯſiſtit ĩ hitu toti⁹ aĩe. iſta autẽ ĩ ſolo actu ⁊ motu liberi arbitrij cui⁹ ẽ auxiliatiua. Tercia q2 illa gratificat ſemꝑ habẽteꝫ faciẽdo ip̃m gratũ ⁊ deo acceptũ ad vitã eťnã. iſta autẽ nõ ſemꝑ facit gratũ ñc gratificat habẽtẽ: q2 põt etiã repiri ĩ pctõꝛib⁹ diſponẽdo eos ad grãꝫ gratificã. Itẽ q̃rto q2 illa grã hĩtualis gratifica vel ẽ ip̃a caritas vel nũq̃ ſine caritate. iſta autẽ q̃ñq3 repiꝛ ſine caritate puta ĩ aliquo pctõꝛe penitẽtiã deſiderãte. Itẽ quinto. q2 grã gratifica cõiter daꝛ ꝑ ſacramẽta. iſta ꝟo vt plurimũ daꝛ p̃ter ſacramẽta. Itẽ ſexto q2 oẽs opatiões ꝓcedẽtes a grã gratifica ſunt meritoꝛie et deo accepte ad vitaꝫ eťnã: ſ3 nõ ſemꝑ oẽs opatiões fcte ꝑ iſtaꝫ grãꝫ actualẽ valẽt ad vitã eťnã ꝓ illo ſtatu: ſicut elemoſine et ceťa bona fcťa ꝑ homies pctõꝛes. Septia differẽtia ẽ. naꝫ iſta grã actualis q̃ñoq3 p̃cedit tp̃e grãꝫ gratificã. q2 diſponit pctõꝛẽ ad illã recipiẽdã ꝑ pniãꝫ remouẽdo ꝓhibẽs. q2 iuuat liberũ arbitriũ ad deteſtãdũ pctm / ⁊ dimittẽdũ illḋ: et ad reſiſtẽdũ ſenſualitati ⁊ ceteris tẽtatiõib⁹ exťioꝛib⁹: et ad ſubiugãdaꝫ carnẽ. Et ſic recupat ꝑ pniãꝫ grãm gratificã: quã homo ꝑdiderat ꝑ culpã. Quod quidẽ miſteriũ explicat ſaluatoꝛ luce. xv. de filio ꝓdigo ꝑ pniãꝫ ad grãꝫ pr̃is reducto: qui cũ famelic⁹ cuſtodiret poꝛcos: ad ſe reuerſus ꝑ grãꝫ p̃ueniẽtẽ et motiuã liberi arbitrij: dixit. Q̃ꝫ q̃nti mercenarij in domo pr̃is mei abundant panib⁹: et ego hic fame pereo. S3 rurſus magis motuſ ꝑ grãm ĩcipiẽtẽ dixit. Uadã ad pr̃eꝫ meũ et dicã: pater peccaui ĩ celũ et coꝛã te ⁊c. S3 rurſus ꝑ grãꝫ opãtẽ ꝓcidẽs ad pedes pr̃is dixit. Pater peccaui ⁊c. Et tũc paꝛ mĩa mot⁹ accurrẽs cecidit ſuꝑ collũ eius et oſculat⁹ ẽ eũ. Et fecit ip̃m indui ſtolaꝫ ꝑmã. ꝑ quã deſignaꝛ grã gratifica et caritas recupata ꝑ illã pñiaꝫ. Ex quib⁹ p3. ꝙ ille fili⁹ ꝓdigus ꝑ grãm p̃ueniẽtẽ cognoſcẽdo ſe ip̃m deteſtat⁹ ẽ pctꝫ. Et ꝑ grãꝫ ĩcipiẽtẽ ꝓpoſuit dimittere cũ dixit. Surgã et ibo ad pr̃eꝫ meũ: ſ3 ꝑ grãm iã operãtẽ ꝓcidẽs dixit. Paꝛ peccaui ⁊c. S3 tũc recuperauit grãꝫ gratificã: q̃ñ pr̄ oſculat⁹ ẽ eũ ⁊ induit eũ ſtolam ꝑmaꝫ ⁊c. Ex oĩb⁹ ſuꝑdictis ſoluiꝛ q̃rt⁹ ꝯplexus memoꝛat⁹ in ꝑmo articulo. nã q̃ntocũq3 ſit aliquis perit⁹ ĩ ſcriptura vtriuſq3 teſtamẽti ⁊ habeat hĩtũ fidei adquiſitũ: tñ ſi nõ hẽt iſtaꝫ grãꝫ auxiliatiuã / nunq̃ de ſe poſit reſiſtere tẽtatiõib⁹ nec ĩplere diuĩa p̃cepta. et hꝯ ꝓpter moꝛbũ ꝯcupiſc̃e ĩ carne manente.

Quarto dubitaꝛ ꝓpteꝛ id qḋ dictũ eſt ĩ octaua ꝯcluſiõe ſcḋi articuli. et ĩ quinta tercij articli. ſ. ꝙ taľr fuit natura coꝛrupta ĩ adam: ꝙ nemo ex ꝓprijs naturalib⁹ põt vitare pctm: nec implere diuĩa p̃cepta nec agere aliqḋ bonuꝫ abſq3 diuĩa grã. Quia ſequereꝛ ꝙ homo nõ eẽt dñs ſuoꝝ actuũ / nec cõpos ſue voluntatis et liberi arbitrij: qḋ eſſet ꝯ illḋ eccľiaſtici. xv. De⁹ ab initio ꝯſtituit hoĩeꝫ ⁊ reliquit eũ ĩ manu ꝯſilij ſui. Itẽ ibidẽ ait dñs ab hoĩem. Appoſui tibi ignẽ ⁊ aquã ad qḋ volueriſ poꝛrige manũ. Itẽ ibidẽ. Ante hoĩeꝫ vita ⁊ moꝛs bonũ ⁊ malũ: qḋ placuerit ei dabiꝛ illi. Itẽ geñ. iiij. ſub te erit appetit⁹ ei⁹ et tu dñaberis illi⁹. Itẽ ꝓuer. xvj. hominis ẽ aĩuꝫ p̃parare. Itẽ aug⁹. nil tã in nr̃a p̃tate q̃ volũtas. Itẽ ex hoc ſequerẽtur multa incõueniẽtia. Primo ꝙ nemo ex frequẽtatis actib⁹ poſſet ꝯſequi moꝛa/

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .Queſtio finalis.

les virtutes ſine grã qđ ē falſuz. nã ſocra
tes et plato et multi infideles non hñtes
talē grãz: ꝯſecuti ſunt morales virtutes.
Itē ſcđo ſequeret᷑. ꝙ nullus poſſet culpa
ri de aliquo malo: poſtq̄ đ ſe illđ nō po/
teſt vitare. Et ꝑ ꝯñs nēo deberet puniri
ꝓ malefactis: poſtq̄ talia nō pōt vitare.
Itē ſequeret᷑. ꝙ fruſtra ponent᷑ leges: vt
eaꝝ metu hũana cohibeat᷑ audatia: et fru
ſtra aſſignarētur pene ī legib⁹ ꝯ trāſgreſ/
ſores. It ſequeret᷑. ꝙ nemo obligaret᷑ ad
ſeruāda p̄cepta: q: ad īpoſſibie: nēo obli/
gat᷑. Ergo ſequit᷑. ꝙ ex ꝓpis naturalibus
vnuſquiſq3 pōt īplere īpa. ī oppoſitū eſt
illđ hyere. x. Nō ē hoīs via ei⁹: nec viri ē
vt ambulet et dirigat greſſus ſuos. Itez
ad ro. vij. nec qđ volo hoc facio ⁊c. put
ī ſupiorib⁹ ꝓbatū ē. R̄ndet᷑. ꝙ quibuſdaz
catholicis viſa fuit nimis dura poītio au
guſtini ꝯtra pellagianos. ſ. ꝙ nullus de ſe
pōt vitare maluz nec īplere diuīa p̄cepta
ꝓpt᷑ autoritates ſupi⁹ īductas: ⁊ ꝓpt᷑ il/
la īcōueniētia q̄ vident᷑ ſequi ex poſitione
auguſtini. Idō dixerūt ꝙ aug⁹. ī p̄dictis
libris ꝯ pellagianos nō locut⁹ ē limitate
nec determinate de iſta materia. ymo lo
cut⁹ ē figuratiue ⁊ exceſſiue ad modū vo
lētis rectificare lignū tortuoſuz: qui cur/
uat īpm ad aliā partē vltra modū. vt de/
ducat īpm ad mediū. ita ergo vt dicūt fe/
cit aug⁹. nam vt reducēt pellagianos ad
rectitudinez veritatis. eo q: total᷑r nega/
bāt grãz. idō excedebat modū ī loquēdo
It dicūt iſti ꝙ ibi aug⁹ nō ē locut⁹ niſi de
grã gratificante et meritoria. Et ſic bene
cōcedūt ꝙ nemo pōt īplere diuīa p̄cepta
nec agere bonū meritorie ſine grã gratū
faciēte. ſ3 cū hoc ſtat ꝙ quis ex ſolo influ
xu generali diuīo abſq3 aliqua grã ſpāli
poſſit vitare pcta ⁊ facere bona natural᷑r
⁊ ꝯſequi virtutes morales ꝑ freq̄ntatos
actus l3 nō meritorie. S3 ī v̄itate ſi bene
volum⁹ inſpicere fundamēta auguſtini ꝯ
pellagianos et maxīe ī libro de pfectione
iuſticie hoīs ⁊ de natura ⁊ de grã ⁊ ꝯtra
iulianū ⁊ ī ceteris: videbim⁹ manifeſte ꝙ
aug⁹. loquit᷑ limitate ⁊ ſerioſe ⁊ nō exceſ
ſiue: ſ3 recte attētis fūdamētis ei⁹. vt ꝓba
tū ē in q̄rta ⁊ quinta ꝯcluſiōe et ex funda
mēto apl̄i ad ro. vij. cui valde concordat
poſitio ariſtotil᷑. iij. đ aīa. et. vij. ethicoꝝ.
q̄uo aliter opamur: q̄ ratio et ꝯſcīa dic/
tat vt ī ſupiorib⁹ viſuz ē. nec ē dicendū. ꝙ
aug⁹. loq̄tur p̄ciſe de ſola grã gratificāte
et meritoria ymo loquit᷑ etiaz de iſta grã
auxiliatiua volūtatis q̄ ſm īpm q̄noq3 p̄/
cedit ⁊ p̄uenit caritatē ⁊ grãm gratificaz
et q̄noq3 ſubſequit᷑ ⁊ comitat᷑ īpaz. et nō
ſolū ē ī viris iuſtis: ſ3 etiā pctorib⁹. ſine q̄
nō poſſet vitare alia pcta nec reſiſtere ali
cui tētationi: nec poſſet velle aliqđ bonū
ꝓpt᷑ naturā corruptā. et hoc manifeſte ꝓ
bat aug⁹. iij. libro de libero arbitrio dicēſ
Illa ē eniz pcti pena iuſtiſſima: vt amit/
tat quiſq3 q̄ bene vti noluit p̄tatē. Item
ibidē. Homo igit᷑ cū potuiſſ3 ſine difficul
tate oīa mādata dei adīplere: nolēs bene
vti iſta p̄tate pdidit eā. vt etiā volēs non
poſſit mādata dei adīplere. Item ibidē.
Inflictū ē homini ꝓpt᷑ pctm: vt nō vide/
at qđ recte ſit faciēdū. Et ſi videt/et vult
facere hoc nō poſſit īplere. Item ibidē.
Nec tibi īputatur ad culpā ꝙ vulnerata
mēbra nō colligis: ſ3 q: volētez ſanare cō
tennis. Ex ſup̄dictis v̄bis auguſtini p3.
ꝙ homo ante lapſuz ⁊ ī ſua natura inte/
gra ex libera p̄tate poterat vitare omne
malū et facere bonū ex ſolis bonis natu
ralib⁹ ſibi inditis. ſ. ex modo et ordīe et
lib̄o īpio qđ hēbat ſup̄ ſenſualitatē. Sed
poſt lapſuz ī natura corrupta et diminu
ta ⁊ libero arbitrio claudicato: iā nō pōt

UVA. BHSC. IyR 068_1

ex viribꝰ nat̃e vitare pctm̄ nec facere bo/
nū: niſi iuuet̃ p grã ſupadditam nat̃e: eo
quia nat̃a. ſ. vires nat̃ales fuerunt expo/
liate modo et ordine et hītibꝰ cōcreatis:
taȝ in appetitu ſenſitiuo ꝙ intellectiuo.
quibꝰ libe et expedite pot̃at opari abſqȝ
obice īt̃ſeco. vñ lȝ aīa hoīs nō pdiderit
ſuas nat̃ales potētias p pctm̄: q̄ ſunt po/
tētie uegitatiue ⁊ ſenſitiue ⁊ intellectiue.
nec pdiderit nat̃ales opatiōes eaꝝ: quia
ſenſitiue poſſunt ſenſitiꝫe nat̃alit̃ ſua oba
et appetitꝰ tā ſenſitiuꝰ ꝙ intellectiuꝰ pōt
appete et nō appetere. et uoluntas de ſe
pōt uelle et nō uelle. ſed quia iſte potētie
pdiderūt modū ⁊ ordinē. quia tā iraſcibi
lis ꝙ concupiſcibilis pdidit hītꝰ morales
cōcreatos quibꝰ recte et recta appetebat
Et uoluntas pdidit originalē iuſtitiam q̄
recte et iuſte uolebat aut non uolebat. et
pdidit ordinē et īperiū qd̄ hēbat ſup ſen/
ſualitatē. iō lȝ maneat liba in uolendo et
nō uolendo: tñ nō manet libera in recte
uolendo uel nō recte uolēdo. Et lȝ qñqȝ
recte uelit: tñ nō paret ſibi ſenſualitas re
bellis et ſauciata. ⁊ ipſa uolūtas nō ſolū
fuit expoliata illa origīali iuſtitia q̄ recte
uolebat. et ordine quo diuine uoluntati
cōformabat̃ et obediebat/ et ſenſualitati
impabat. ſed et̃ fuit totalit̃ ad ſenſualita
tē cōuerſa amore nat̃ali et p īmoderataȝ
cōplacētiā. Et iō uolūtas nō cōcurrit ad
peccandū coacta ſed allecta p ſenſualita/
tē inq̄ntū ſibi ex amore cōſentit et eiꝰ īor
dinato appetitui vult ſatiſfacere. ⁊ ſic li/
berū arbitriū nō dr̃ coactū: qꝛ uolēs tra
hit̃ ꝑut dc̄m ē in ſexta cōcluſiōe ſcd̄i arti
culi. Et p h̄ pȝ rñſio ad obiecta. nā uolū
tas ſp manet liba in ſua actiōe nat̃ali. ſ.
uolēdo uel nolēdo. ſed nō manet recta ī
recte uolēdo: eo qꝛ pdidit modū et ordi/
nē quē ante lapſuȝ fuerat īditū nat̃e ſine
viribꝰ nat̃alibꝰ. Et iō hō ē dñs ſuoꝝ actuū
ꝑmoꝝ ipſiꝰ uolūtatis. ſȝ nō actuū rectoꝝ
et iuſtoꝝ ꝑpt̃ defectū modi et ordinis. ⁊
iō oēs autoritates ꝑus inducte. ſ. ꝙ deus
ab initio cōſtituit hoīeȝ: et reliquit ipȝ in
manu cōſilij ſui ⁊c̄. Oēs ille autoritates
tenēt uerū et ſunt intelligēde de hoīe āte
lapſum in ſua integra nat̃a. Sȝ oēs auto
ritates apl̄i ⁊ auguſtini ducte in ꝯriū te/
nēt uerū de nat̃a corrupta pꝰ lapſuȝ. in q̄
uoluntas nr̄a ſic expoliata nō pōt vitare
pctm̄ nec reſiſtere malo nec p ꝯñs īplere
diuina ꝑcepta niſi fuit ſupno auxilio ad/
iuta et roborata. Ad aliud aūt qñ dr̃ ꝙ
philoſophi gētiū conſecuti ſunt virtutes
morales abſȝ grã xp̄i ⁊c̄. jā rñdet augꝰ ꝙ
illi philoſophi et romani nūꝙ hūerūt ve
ras ſȝ fictas morales ꝟtutes. īq̄ntū vna
paſſio vincebat aliā ī eis. nā cupido lau/
dis et dominādi vicebat ī eis qñqȝ luxu/
riā aut auariciā et cet̃a vicia aut paſſiōs
vt extimarent̃ et honorarētur apud vul/
gꝰ. ꝑut dictū ē ī vndecima ꝯcluſione. It̃
etiā bona q̄ faciebāt nō faciebāt ſine grã
di ꝑpt̃ ꝯſuatiōeȝ rei publice. vt ille ppl̄s
duraret vſqȝ ad aduētū xp̄i vt ibidē dc̄ȝ
ē. It̃ leges ferunt̃ ⁊ aſſignant̃ pene ī eis
vt vna paſſio vitat aliā. ſ. vt metꝰ penaꝝ
vincat ⁊ ꝓhibeat audaciā male agendi ⁊
cohibeat alias paſſiōes īpellētes ad ma/
lū vt inquit augꝰ. ⁊ yſidorꝰ. qꝛ leges ideo
ꝯdite ſūt vt eaꝝ metu hūana cohibeatur
audacia. Et ſic hoīes nō vitant mala pu/
blica virtutis amore ſȝ formidīe pene. vt
inquit oraciꝰ et augꝰ. Ad aliud qñ dr̃
ꝙ nēo obligaret̃ ad ſuada diuina ꝑcepta
eo qꝛ ad īpoſſibile nēo obligat̃ ⁊c̄. Rñdȝ
augꝰ ꝯ julianū ⁊ vt dc̄m ē ſup ꝙs. cxviij.
ꝙ qñqȝ quis obligat̃ ad ſibi īpoſſibile qñ
ipe vel ſui ꝑpetrarūt malū. ſicut homici
da obligat̃ ad reſtituenduȝ quē occidit. ⁊

UVA. BHSC. IyR 068_1

reſtituere furtū qđ iaʒ diſſipauit. Itē lʒ vitare pctm ſit īpoſſibile hoī ex ſuis viribus. tñ ē poſſibile cū auxilio grē. ideo petat grām cū pſeuerantia. qꝛ oʒ ſp orare. luce. xviij. ideo dicit aug⁹ ꝯ donatū ꝙ de⁹ nō ſolū dannat pctorē qꝛ peccauit. ſed qꝛ nō cucurrit ad medicū. It libro de libo arbitrio. Nō tibi īputatur ad culpaʒ: ꝙ vulnerata mēbra nō colligis: ſʒ qꝛ volētē ſanare ꝯtēnis. Sed qđ magis videtur militare ꝯ poſitiōeʒ auguſtini eſt illa autoritas geñ. iiij. vbi dixit dñs ad cayn. Quare irat⁹ es ⁊ cur ꝯcidit facies tua. nōne ſi bene egeris recipies. ſinautē male: ſtatī i forib⁹ pctm tuū aderit. Sʒ ſub tu erit appetit⁹ ei⁹: et tu dñaberis illi⁹. Ex ſupdictis verbis dñi videtur ꝙ adhuc p⁹ lapſuʒ voluntas hēt libeꝝ īpiū et dñiuʒ ſup appetitū et ſup ſenſualitatē et p ꝯñs per ſe pōt vitare pctm et facere bonū abſʒ alia grā. Ad hoc reſpōdetur ꝙ volūtatē ſubijcere ſenſualitatē et ſibi dñari: pōt ītelligi dupliciť. vno modo ex ꝓpijs virib⁹ ſic expoliata hītu origīali iuſticie ⁊ vulnerata. Alio modo put ē adiuta grā auxiliatiua libi arbitrij. pmo modo ē īpoſſibile ſm auguſtinū ꝓpť corruptionē ⁊ rebellionē carnis et claudicationē liberi arbitrij. qꝛ pdidit libeꝝ īpiū ad recte volendū et fuit volūtas vulnerata amore īordīato erga ſenſualitatē. vt dctū ē. Sʒ ſcđo modo ipa volūtas adiuta p grāʒ pōt dñari ſenſualitati ⁊ cuilʒ tētationi. Et iſto modo ſunt ītelligēda vba dñi ad cayn. qī dicat. ſi tu vis petē grāʒ ſicut frī tu⁹ abel: tūc adiut⁹ tūi grā ſubijcies appetitū ⁊ dñaberis illi⁹ qꝛ ſi fuiſſes adiut⁹ p grām: viciſſes irā et odiū qđ ꝯcepiſti ꝯtra frēʒ tuū. Et hec videtur eē ītētio auguſtini ꝯ pellagianos. Uerūtñ quicquid ſit ſp dicta ī hac q̄ſtiōe et ceťis locis p me: volo ſubijciātur determinationi et correctioni eccľie catholice

Itē dubitať ꝓpť illud qđ freqňť dř ī hac qōne. ſ. ꝙ hō ꝓpť pctm pdidit moduʒ et ordinē et finē. Naʒ idē aug⁹ dicit ꝙ ſpēs mod⁹ et ordo manēt ī vnaq̄qʒ creatura tāq̄ veſtigiū creatricis ťnitatis. ergo hō nō pdidit modū et ordinem p pctm. Ad hoc reſpōdetur ꝙ ſpēs mod⁹ et ordo dupliciť ſumuntur ī hoīe. vno mō p reſpectū ad deū et vniuerſū et ad modū ſui eē. et ſic idē ē ꝙ numer⁹/pōd⁹/et mēſura. et ſic oīa fecit deus ſub certo numero ⁊ ſpecie. qꝛ ſpēs ſunt ſicut numeri. ⁊ ſub certo pōdere ⁊ mō. qꝛ ī certo loco vniuerſi collocauit et ſub certa mēſura et ordine ꝓcedūt a deo ſm gradū pfectōis. Et iſto mō ſpēs mod⁹ et ordo reſpiciūt eſſe et eēntiā rei. Scđo aū modo ſpēs mod⁹ et ordo reſpiciūt opatiōes ⁊ finē: ⁊ iſto mō ſequūť formā. ⁊ ſic vires et potētie aīe dñr bōa naťalia ſpēi quib⁹ aīa īmediate opať. Et hīt⁹ et diſpōes dñr modi potētiaꝝ quib⁹ potētie bñ ⁊ expedite opātur. Et ſubalťnatio inferiaꝝ potētiaꝝ ad ſupiores ī opando dř rect⁹ et debitus ordo. ⁊ iſta dñr bona naturalia. Nā ſicut vires dñr bōa aīe: ita hītus et diſpōes dñr bona potētiaꝝ. Et rectus ordo dř bonū opationū et potētiaꝝ ⁊ hītuū. Et iſto ſcđo mō dicim⁹ ꝙ lʒ hō p pctm nō pdiderit bona ſpēi. ſ. vires ⁊ potētias: tñ pdidit bona modi ⁊ ordinis. qꝛ vires fuerūt expoliate ⁊ vulnerate. et uolūtas pdidit libeꝝ īpiuʒ ſup ſenſualitatē niſi iuuetur p grāʒ eo modo quo dctm ē. Et iō oʒ ſp orare et nō deficere ⁊ currere in odorē vnguētoꝝ xpī: ut ſaneťi. Ex ſolutiōe ſupdictoꝝ q̄ttuor dubioꝝ reſultant q̄ttuor ꝯcluſiōes. q̄rū pma ē. ꝙ lʒ per baptiſmū nō tollātur penalitates nec miſie corporales ꝟ pñti: tñ baptiſmus confert meritū īpi baptizato

UVA. BHSC. IyR 068_1

ut poſſit reſurgere in corpus glorioſuz in nouiſſimo die. Et ſic lz baptizatus nõ reſurgat et liberetur ab illis penalitatibus in actu: tñ iaz reſurgit et liberatur in merito. Secũda cõcluſio q propter maius bonũ nr̃m relicte ſunt nobis penalitates ĩ carne poſt baptiſmũ.ſ. ad pugnã pro maiori corona adipiſcẽda et ne tollatur meritũ fidei et ſpei. et ut reparetur ruyna angeloꝝ per hoĩes.

Tercia cõcluſio q lz baptizatus recipiat habitũ fidei et ſpei et caritatis per baptiſmũ ad abſoluẽdũ ab oĩ debito. tñ nõ põt per illos habitus operari niſi excitetur per habitus acquiſitos et adiuuetur per grãm auxiliatiuã liberi arbitrij tp̃re diſcretionis. Quarta cõcluſio lz hõ ex proprijs uiribus nõ poſſit ĩplere diuiña p̃cepta niſi adiuuetur per grãm xp̃i. tñ ſp obligatur ad obſuãduz diuia p̃cepta. Et ſic obligatur ad ſibi ĩpoſſibile. q2 deus ſp exigit ab hoĩe bonos habitus quos adã perdidit per culpã et exigit opatiões eoꝝ. Et ĩdo oportet ſp orare et petere grãm per quaz hõ poſſit adiuuari ad cõplẽdũ diuia p̃cepta per grãm. q̃ nõ põt ĩplere per naturaz sauciataz.

Ex ſupdictis oĩbus patet et mãifeſtantur nobis quiq3 diuerſi ſtatus hoĩs ſucceſſiue. quoꝝ primus fuit ſtatus innocẽtie ante lapſuz in quo hõ fuit in ſua integra natura cõſtitutus cũ oĩbus bonis hũane nature proporcionatis.ſ. cũ mõ et ordine in ſua natura. per q̃ bona poterat ex proprijs viribus ſic modificatis et ordinatis vitare oẽ pcc̃m et ĩplere diuina p̃cepta. et ſic merebatur de pñti illaz naturalẽ bt̃itudinẽ poſſidere in illa terreſtri paradiſo. ſub illo fauorabili emiſperio auſtrali. et ſic poterat nõ mori nec pati miſeriã. Sed vltra hoc per grãz gratificaz ſibi ſup facultatẽ nature largitam merebatur poſt longã vitaz tẽporalẽ abſq3 morte trãſferri in vitã meliorẽ et celeſtẽ et eternam felicitatẽ. Secundus ſtatus hoĩs fuit poſt lapſum. In quo ſtatu poſtq̃ hõ perdidit locũ et ſitũ illius paradiſi et perdidit lignũ vite nõ põt nõ mori nec infirmari ymo ht̃ neceſſitatẽ moriẽdi/et ĩfirmitates et innumeras miſerias patiẽdi. Et q2 perdiderũt modũ et ordinẽ vires naturales Ideo hõ nõ põt uitare pcc̃m nec ĩplere diuina p̃cepta abſq3 ſupnaturali auxilio diuĩe grãe nature ſupaddito in ſupplemẽtũ bonoꝝ perditoꝝ. Et ſic adaz cũ tota ſua poſteritate manſit in ira et odio dei obligatus ad penã eternã ſenſus uel dãni. et per cõñs fuit priuatus illa grãa gratifica q̃ poterat transferri in vitã meliorẽ. Sed hõ in iſto ſecundo ſtatu per grãz fidei xp̃i futuri poterat vitare pcc̃a et implere diã p̃cepta et merebatur redimi per xp̃m in ſuo aduẽtu. ut pz de adã et abel et enos et noe et abraã et ceteris patriarchis et prophetis et fidelibus ueteris teſ. qui cũ proteſtatiõe fidei xp̃i futuri nõ ſolũ expiabant pcc̃a: ſed et merebantur redimi per xp̃m in ſuo aduẽtu et participare paſſionẽ eius. Et ĩõ qui ſub tali proteſtatiõe offerebant oblatões et ſacrificia et recipiebant aliq̃ ſacramẽta in ſignũ federis et ĩ figura xp̃i. hinc ẽ q meruerunt participare paſſionẽ xp̃i et recipere nobiſcũ repmiſſiones. Tertius ſtatus hoĩs ẽ poſt aduentũ xp̃i in quo oẽs hoĩes mũdi pñt participare paſſiõez xp̃i per baptiſmũ xp̃i et cetera ſacramẽta. per quẽ baptiſmũ datur grãa gratifica in actu: et fides et ſpes et caritas in habitu. q̃ quidẽ grãa baptiſmalis tollit oẽ debitũ et oẽ pcc̃m ex aĩa ut nõ inſit nec ĩputetur hoĩ ad penã eternã et tollit ex carne cõcupiaz. nõ ut nõ inſit. quia ibi manet in habitu. ſed ut nõ ĩputetur aĩe ad pcc̃m per eius cõſortiũ. vñ ille fomes et cõcupia q̃ manz in carne poſt baptiſmũ nõ ĩputatur hoĩ nec aĩe ad pcc̃m per ſolum habitũ. ſed repetatur ad pcc̃m per actũ cum cõſenſu.ſ. qñ uolũtas

UVA. BHSC. IyR 068_1

ꝯsentit actib⁹ ꝯcupiē. Itē gr̄a baptiſma/lis vltra hoc ꝙ tollit oē debitū et pctm̄: ꝯfert duplex meritū: pmo q2 p talē gr̄az hō merer̄ vitā et̄naz post istaz mortē cor/poralē. scd̄o merer̄ gl̄iosaz refrectionē i nouissimo die. Itē hō i isto t̄cio statu ꝯsti tut⁹ lz ex ꝓpꝭ virib⁹ nō possit vitare pctz nec iplere diuīa p̄cepta ꝓpt̄ corruptionē ⁊ ꝯcupīaz manētē i carne ⁊ ipedietē hit⁹ theologicas i suis opatōib⁹. tn̄ p gr̄az au xiliatiuaz et actualē postulatā et largitaz pōt vitare oē pctz ne admittat et ꝯsētiat volūtas tētatiōib⁹: et si hō ē i pcto pōt p talē gr̄az dispōi ad pnīaz et gr̄az gratificā

Quart⁹ stat⁹ hoīs ē p⁹ mortē corpora lē i quo si discedit ab hoc sc̄lo cūz gr̄a et caritate lz corp⁹ resoluar̄ i t̄rā: tn̄ anima fruir̄ i celo visiōe diuine eēntie cū certa ⁊ firma spe recupād i corp⁹ gl̄iosū i nouissi mo die. vt ait aug⁹. xij. sup geñ. et magr̄ iiij. snīaꝝ. di. vlt. Quint⁹ et ultim⁹ sta tus hoīs erit post t̄az regeneratōez et re frectionē p quā auferer̄ ab hoīe oīs lacri ma et mis̄ia corporalis. Et sic erit hō in vlt̄ia sui pfectōe et sufficiēti repatōe et p/fecta btitudine corporis ⁊ aīe. q2 possid/bit gl̄iaz vtrusq3. s. corporis et aīe. Et tot⁹ hō fruer̄ toto xp̄o. nā p oc̄los gl̄ificatos corporis uidebit hūanitatē xp̄i/ et p ptez rōnalez uidebit et fruetur tota trinitate in vnitate eēntie. et sic erit pfecte beat⁹.

Ex quo pz magna dr̄ia inter istā scd̄ā r̄generationē fc̄taz p refrectionē: et pmā fc̄taz p baptismū ⁊ pnīaz q̄ tm̄ purgabat aīaz a pcto et absoluebat ab oī debito ꝯ/tracto sz nō ꝯtrahēdo. et ꝯferebat gr̄am gratificā meritoriā vite et̄ne et future re frectōis ut dc̄tz ē. sz nō tollebat nec aufe rebat cās pc̄ti fut̄i. q2 nō tollebat corrup tionē nec morbū ꝯcupīe ex carne. nec re cuperabat iusticiā originalē cū cet̄is oib⁹ bonis ꝯditis i adā. Sz ista scd̄a regene/ratio et finalis refrectio nō solū btifica/bit aīaz sz etiā corp⁹ ⁊ totū hoīez. nc̄ solū absoluet iustos ab oī debito sz etiam tol let et auferet oēm cāz pc̄ti ⁊ mis̄ie ex aīa et corpore. et recuperabit oīa bona cor/poris et aīe q̄ ꝑdidim⁹ in adā ymo adipis cemur oīa bona gl̄ie corporis ⁊ aīe cum securitate et satietate. Et tunc erim⁹ per fecte bt̄i in vlt̄ia pfectōe. Ex quib⁹ oib⁹ pz q̄lit̄ x⁹ fuit pfect⁹ et sufficiēs redēptor et repator hūane nat̄e. et metrū et mēsu ra ⁊ fons oīuz bonoꝝ nat̄e ⁊ gr̄e ⁊ gl̄ie.

Sed nunc restat r̄ndere ad argumēta in pncipio toti⁹ q̄ōis inducta. Ad pmū ergo pz r̄nsio p scd̄az ꝯclusionē positam in t̄cio articulo. quia oēs fideles vet̄. tes. erant mēbra xp̄i p fidē: et iā p legē sacri/ficioꝝ et oblationū et cet̄oꝝ cerimōialiuz currebāt i odorē vnguētoꝝ xp̄i. et p ꝯn̄s iaz opabanr̄ p gr̄az xp̄i. Ad t̄m aūt pz r̄nsio p t̄ciaz ꝯclusionē t̄cij articuli. quia lz philosophi gētiuz nō haberēt fidē xp̄i: tn̄ nō opabanr̄ aliq̄d bonū nc̄ cohibebāt vicia sine gr̄a xp̄i ꝓhibitiua maloꝝ ne pi/ret gen⁹ humanū sed ꝑseueraret usq3 ad aduētū xp̄i: et recipet fidē ei⁹. Et h̄ idē ē dicēduz de sarracenis: ut ibi dictum est.

Ex dictis etiā in h̄o articulo soluūtur tres pmi pplex⁹ positi in pmo articulo. Nam quia pmi parētes fuerūt creati cū q̄ttuor bonis nat̄e imortales et liberi ab oī mis̄ia et cū copia oīuz bonoꝝ nat̄aliū i illa paradiso delitiarū. Sz q2 ꝓpt̄ pctm̄ fuerunt pu̇ati et expoliati illo felici statu ideo oēs hoīes desiderant naturalit̄ illū statū. q2 pu̇atio ē causa apetit⁹. Itē q2 hō nō solū fuit expoliat⁹ bonis nat̄e modi ⁊ ordīs et finis. sz etiā fuit sauciat⁹ in oib⁹ potētijs. ideo agit ꝯ id q̄d ꝯsc̄ia ⁊ sc̄ia et rō dictat. Et sic soluir̄ scd̄⁹ et t̄ci⁹ pplex⁹.

UVA. BHSC. IyR 068_1

Quartꝰ autē pplexꝰ puta quia ſcandali/
zant et mirant ſimplices xpiani qn̄ videt
hoies ſcietificos et i ſacra ſcripta vtuſqz
teſtameti pitos:opates ꝯtra id qd dicut
et pdicant. iſte pplexꝰ ſoluit p hoc qz gra
ſmonū et ſcie adqſite ꝛc·nō ſūt gre gra/
tifice ſz gratis date aliquibꝰ ad vtilitatez
corporis miſtici. jdo tales gratie dantur
etiā malis. q qdē gre qz nō tollūt morbū
et ꝯcupiaz carnis jdeo ē ſp neceſſaria gra
auxiliatiua liberi arbitrij ad vitāda pcta
ꝛ iplenda pcepta:quā grām ꝯtēnūt pete
vt plurimū iflati de ſua ſcia et viribꝰ pſu
mētes. Et jdeo ꝯfūdūt in opatioibꝰ ſuis.

Alij autē dicūt q cauſa qre multi viri
periti et mali plati ducūt vitā puā: ē de/
fectꝰ fidei. et p ꝯns caritatis. nā lz pdicēt
legē euangelicā. et ſubtiliſſimis diſputa/
tionibꝰ reddāt rationē de rebꝰ diuinis et
nouerint canonica jura:tn̄ non firmiter
credūt articlis fidei. jdeo factis negāt qd
vbis ꝯfitent. Et ſic ꝯmittūt multa enor/
mia ꝛ illicita ꝯtra legē dei et ſacros cano
nes eccle. Ex quo pz q nō hn̄t firmā fidē
ſz ſolā opinionē de his q dicūt. ſicut dicit
ariſtotiles de icōtinēte. Quicqd ergo ſit
ſp hoc accidit ex defectu gre motiue ꝛ au
xiliatiue liberi arbitrij. per quā virtutes
theologales excitant ꝛ mouent ad opan
dū. vt ſupdictū ē. et magis explicabitur i
euangelica veritate. oportet ergo p iſta
gra ſp orare. et nō deficere. et ſp currere
i odorē vnguētoꝝ xpi. q ē pncipiū ꝛ fons
et largitor oīum bonoꝝ nature et gre et
glie. Ad quā nos ꝑducat ipe xꝰ q cū pre
et ſpū ſcto viuit et regnat deus in ſecula
ſeculoꝝ Amen.

Explicit expoſitio i cātica canticoꝝ ſalo/
monis nouiter edita p. R. D. Jacobuz
de valentia pfeſſum ordinis fratrū here
mitarū ſcti auguſtini nec nō epm xpopo
litanū. Jmpſſa in eadē famoſiſſima vrbe
valentie:p lambertū palmart alemanū.
xix. die maij. anni dñi. M.cccclxxxvj.

UVA. BHSC. IyR 068_1

# Tabula libri canticorū.

Incipit tabula ꝑ alfabetū ď omni maťia ꝑncipali in hac expoſitiōe libri canticoꝝ memorata ſm reuerēdiſſimū. D. Jacobū epūʒ xp̄opolitanum.

Abel lʒ fuerit ꝑm⁹ martir: nō tn̄ fuit prim⁹ ciues ī ciuitate ďi ſʒ adā. cātico pmo.

Adam cum ſua poſteritate in fide et ſpe xp̄i futuri ſaluabatur. ibidem.

Adam fuit creatus cū q̄ttuor bōis naťe. In queſtione finali. articulo ſecundo.

Adā fuit creat⁹ cū gr̄a gratifica. ibidem.

Adam carnem corruptam in omnes poſteros per generationē tranſmiſit. ibidē.

Aduentus criſti ade et ſue poſteritati: ne deſperarent promiſſus fuit. can. pmo.

Amor triplex inueniť. can. ij. doctna. vij.

Amor karitatiuus decem et noueʒ vires habet et effectus producit quos criſtus eccľie ſue ſpōſe oſtendit. ibidem in fine.

Aīa marie ꝟginis nō fuit creata ī puris naturalib⁹ ſicut aīe aliorū ſcōꝝ ſed ſimul fuit creata et ſanctificata et gratificata ⁊ infuſa. ibidem. doctna ſecunda.

Arbor palme arbor victorie appellatur. can. nono. parte prima. in fine

Archa federis: xp̄i humanitatem ſignificabat. can. ſcđo. doctna ſcđa ⁊ quarta.

Balaam et moyſes fuerunt duo qui p̄uiderūt ornatū eccľie et xp̄i poſteritatē per ornatū ⁊ pſpitatē peregrinatiōis per deſertum cum archa. can. v. doct. prima.

Balaaʒ lʒ eēt mag⁹: tn̄ in ſacrificio ſeptē vituloꝝ et arietū ī mōte fagor nō ſacrificauit demōibus ſed deo iſrľ: cui et multi gentiles ſacrificauerunt. ibidē ī dubio.

Balaaʒ ex parte dei aſſumpta parabola xp̄m bn̄dixit in illo populo. ibidem.

Baptiſm⁹ aň xp̄i paſſiōeʒ ꝑ merita paſſiōis ſue dabať q̄ ad p̄dicādū et baptizādū diſcipľos ſuos iā miťat. can. ij. doc. iiij.

Baptiſm⁹ tria bona opať: in quo nobis dant fides/ſpes/caritas. can. v. pte. ij.

Baptiſm⁹ licʒ tollat peccatū ⁊ abſoluat ab omni debito: tn̄ non tollit concupiaʒ nec ceťas penalitates. q. fi. ar. ťcio.

Baptiſm⁹ licet nō tollat pēalitates corporales: tn̄ confert meritum reſurgendi in nouiſſimo die. q̄ſtiōe finali. ar. q̄rto.

poſt Bapm relinquūť nob penalitates corpaľs ꝑpť mai⁹ bonū nr̄ʒ. q. fi. ar. iiij.

Berſabe nō legitur feciſſe coronaʒ ſalomoni filio ſuo. ſed de xp̄i hūanitate ſiue carne ſcripťa illa vere ītelligiť. can. iiij.

Bonū eſt triplex. ſ. bonū nature: gr̄e et glorie. ī queſtiōe finali. argumēto pmo.

Bonū nature eſt quadruplex. ſ. ſpetiei/modi/ordinis et finis. ibidem.

Canticū canticoꝝ ſaľonis nō fuit ꝑmiatiōis qđ yſaias cātauit. ī ꝑncipio ꝓlogi.

Canticuʒ canticoꝝ nō de filia pharaonis ſed de eccľia verificatur. ibidem in reſpōſione ad ſecundum argumentum.

Canticū cāticoꝝ ī quo eccľia tāq̄ ſponſa ex duplici pplo ꝯgregata ad loq̄ndū cuʒ xp̄o tāq̄ ſpōſo itroducatur: duplici ſtilo ſcilicet bucolico et georgico procedit. cantico primo. pte pma. petitiōe. vj. et. vij.

Cā hui⁹ libri q̄druplex eē aſſignať. ī pn.

Cayn diuiſus eſt a ciuitate dei et cū ſuis ſequacibus ciuitatem diaboli conſtituit. cantico pmo. parte pma. doctna pma.

Cerimonie antique tria in ſe includebāt ſcilicet officium/fidem/et finem. cantico ťcio. parte ťcia. ī rn̄ſiōe ad ſcđuʒ argu.

Ciuitas dei et ꝯgregatio fideliū xp̄m venturū credētiū et expectātiū fuit xp̄i ſpōſa appellata et ī ei⁹ fiđ et pfectiōe ꝑ ſucceſſuʒ tēporis nouas ꝓmiſſiones et nouos modos colendi deum ſuſcepit. cantico pmo. parte prima. doctrina prima.

Conceptus xp̄i fuit puriſſimus et omni odore plen⁹. cantico ſcđo. doctna quita.

A

UVA. BHSC. IyR 068_1

# ·Tabula libri canticorũ·

Cõuerſio ſpõtanea ppl'i gẽtilis in fb⁹ mulieribus.ſ.thamar/roab/et ruth fuit p̃ci pue figurata.can.j.petitiõe quarta.
Corpus xp̃i in illo triduo cum oib⁹ ſuis accidentib⁹ fuit ſubſtantialiꝭ idẽ numero cum viuo.can.vj.q.ij.dubio.ij.
Crux xp̃i ẽ arbor qua xp̃s uere de diabolo triũphauit.et ex ea fruct⁹ dulciſſimi ſꝭ germiati.can.ix.p.p̃.i fi.⁊ can.x.p.ij.
Deſideriũ inſitum manet oib⁹ hoib⁹ recupãdi ĩmortalitatẽ et totũ p̃mi hoĩs felicem ſtatũ.cantico primo.parte prima.
Deſponſatio xp̃i et eccl'ie fcta fuit p ꝟba de futuro in abſentia ſponſi.et ideo non poterat cõfirmari niſi p eius preſentiam ⁊ incarnationem.ibidem.
Deſponſatio xp̃i et eccl'ie nõ ſolũ manifeſta fuit in populo iſrl'itico carnali: ſed etiam populo gentili.ibidem.
Deus qñq3 ppꝭ bonũ eoꝝ quoſdã peccare pmittit.ĩ.q.plo.in rñ.ad p̃mũ ar.
Deus maiora et plura amoris ſigna in nouo teſto ꝙ̃ i veti oñdit.can.ſcdo.ĩ.q.
Diuitie et redditus eccl'ie l3 ſint bona tẽporalia:tñ bonis ſpũalibus ſũt annexa. cantico primo.parte ſecunda in fine.
Doctores ſcripturã vtriuſq3 teſtamenti exponẽtes p maiori pte fuerunt de ppl'o gentili cõuerſi.ibidem.petitiõe q̃rta.
Doctores et p̃dicatores et p̃lati porte eccl'ie dicunꝭ:qui ſi boni eccl'ie miniſtri eſſe volũt:q̃ttuor ĩ ſe hẽre debẽt.cã.x.p.iij.
Duplex ſenſus ĩ oib⁹ libris ⁊ dictis ſalomõis ẽ ꝯſiderandus.ĩ plo.capl'o ſcdo.
Dyalogus ſecũdi cantici inter ſpõſu3 et ſponſa3 nihil aliđ ẽ niſi dyalog⁹ qui fuit inter gabrielem et virginẽ mariam ĩ miſterio ĩcarnatiõis.cantico ſcdo.doct.ij.
Eccl'ia xp̃o fuit deſpõſata.can.j.p.p̃.
Eccl'ia xp̃i ſpõſa tanto uehemẽtius eius aduentum deſiderabat accelerari quãto uenire p̃ntialiꝭ differebat.ibidem.
Eccl'ia xp̃i ſpõſa ſub q̃da3 methafora quĩ q3 noĩb⁹ appellat xp̃m ſpõſũ ſuũ.ibidẽ.
Eccl'ia xp̃i ſponſa ex populo iſraelitico ⁊ gentili eſt confecta ſub uno uero deo et uno capite xp̃o.ibidem.petitiõe q̃rta.
Eccl'ia ex unguẽto odorifero paſſionis et ſanguis xp̃i erat pungẽda.cã.ij.⁊ q̃rto.
Eccl'ia ẽ tabernaculũ miſticũ in quo xp̃s habitat per fidem et grã3.ibidem.
Eccl'ia p.lx.regna toto orbe diffuſa per ppl'3 ſexcẽtũ milia uiroꝝ armatoꝝ archã federis ambientiũ uere fuit ſignificata ⁊ figurata.can.iiij.p.ij.⁊ can.v.pte.ij.
Eccl'ia diciꝭ ferculum ⁊ lectulus et tabernaculum qđ ſibi xp̃s fabricauit et ornauit et decorauit.ibidem in fine.
Eccl'ia aliq̃n corp⁹ xp̃i:aliq̃n uxor xp̃i:aliq̃n xp̃i ſpõſa appellaꝭ.ſ3 xp̃i ſpõſa duplici rõe noiaꝭ.can.v.p.p̃ma.doc.p̃ma.
Eccl'ia hẽt duo ubera quibus lactat ⁊ nutrit duos filios gemellos ex utroq3 populo conuerſos.ibidem in fine.
Eccl'ia xp̃i contra quinq3 p̃tates pugnauit de quib⁹ gl'ioſe triũphauit.ibiđ.p.ij.
Eccl'ia eſt tota pulchra et ſine macula:ꝙ̃uis aliq̃ eius mẽbra ſint peccatiſ ⁊ maculis deturpata.ibidem.dubio p̃mo.
Eccl'ia ita fuit uirtualiꝭ in xp̃i corpore et uẽtre ante paſſione3 et in paſſione realiꝭ exiuit ſicut eua tota fuit in illa coſta ade. cantiuo ſeptĩo.pte p̃ma.doc.p̃ma.
Eccl'ia xp̃i nouem pſecuctiones paſſa eſt. cantico octauo.parte ſcđa.doctrina.v.
Eccl'ia de populo gẽtili ſucceſſiue habuit quattuor ſtatus.cantico nono.
Eccl'ia ad pugnandum fuit multipliciter armata.ibidem.pte prima.per totum.
Eccl'ia quadruplici exercitu pugnatoru3 munita aſcendit in palmam.ĩ.in campũ victorie ⁊ pugne ad pugnãdũ cõtra tyrã

UVA. BHSC. IyR 068_1

nos et infideles ꝑ fide xp̄i ⁊ cōtra carnē
et mundū et cōtra hereticos. ibidem.ꝑ.
ſcd̄a ꝑ totū.et parte t̄cia.doctrina t̄cia.
Eccl̄ia poſt ꝯſtātini ꝯuerſionē fuit ī paci
fico ſtatu et oēs īperatores et reges ſuo
dn̄io ſubiugauit et eſt dotata tā bonis tē
poralib⁹ ꝙ ſpūalib⁹.can.x.parte p̄ma.
Eccl̄ie p̄ncipales in toto orbe ſunt ad ho
norem marie virginis dedicate. cantico
quinto.parte ſecunda.dubio ſecundo.
Eſdras fuit ſcriptor et r̄ſtaurator ſcript̄e
legis ꝓphetaꝝ.ī.q.ꝓlo.ī ar.ī ꝯriū t̄cio.
Exhortatio xp̄i ad plebē iſrl̄iticā directa
vt a jugo legis et cerimoniaꝝ egrediet̄ et
baptizetur in re poſtꝙ in figura fuit bap
tizata in mari rubro et ad plebē gētilem
ab ydolatria et cultu falſoꝝ deoꝝ et deal
betur per baptiſmuz et ornet̄ ornamētis
graꝝ.cantico p̄mo.parte ſcd̄a.ꝑ totuz.
Expō h⁹ libri.vij.p̄ncipioꝝ ⁊ decē reglaꝝ
ſiue clauiū notitiā p̄ſuppōit.ī expo.trac.
Finis hoīs ī aliquo arduo ꝯſiſtit.ī pro.
Forma ī hoc libro duplex ānotat̄.ſ.for/
ma tradēdi ⁊ forma tractat⁹.ī ꝓlo.c.iij.
Gene hoīs ſunt nūtie et ſpeculuz cordis
et īterioris intentionis quo ad gaudū et
leticiā et triſtitiaz et timorē et audatiā et
veritatem in quibus oſtēditur veritas ⁊
honeſtas.cantico quīto.parte p̄ma.
Gr̄a ꝙ virgo maria ī p̄mo inſtanti ſui eē
ſc̄tificata fuit ꝑ quā fuit p̄ſeruata ab ori/
ginali pc̄to traxit virtutē ex paſſiōe xp̄i.
cantico ſexto.parte prima.doctrina.vj.
Gratia eſt duplex.ſ.gratum faciens et
gratis data.ī.q.finali.argumēto p̄mo.
Gratia ē duplex.ſ.habitualis et actualis
ſiue motiua.ibidem.
Sine gr̄a xp̄i n̄ opabāt̄ fideles vetis teſta
mēti n̄c phi n̄c gētiles v̄tuoſi.q.fi.ar.iij.
Gr̄a actualis motiua.ē liberi arbitrij au
xiliatiua et roboratiua et v̄tutū hītualiū
excitatiua et ꝯſeruatiua. et ſenſualitatis
corrupte ⁊ paionū r̄frēatiua.ꝑ.fi.ar.iiij.
Hō errare non poteſt viuēdo ſm̄ diuina
p̄cepta.q.finali.argumēto t̄cio.⁊ ī ꝓlo.
Hō ꝑ pc̄m tract⁹ a ſenſualitate non pōt
ab ea ſuo īpio ſe traher̄ niſi iuuet̄ auxilio
di et xp̄i gr̄a.cā.j.ꝑ.p̄.pet.ij.q.fi.ar.ij.
Hō ꝑ pc̄tz ī ſeptē mala tēdit.cā.v.ꝑ.ij.
Hūanitas xp̄i dr̄ q̄i ferculū ſiue feretruz
ī q̄ fert̄ et portat̄ de⁹.can.q̄rto.p̄te ſcd̄a
Hūilitas et ſimplicitas ē fūdamētū oīuz
virtutuz.cantico.v.parte ſcd̄a.du.t̄cio.
Hūilitas et caritas virginis vulneraue/
runt dei filiū ad incarnandum.ibidem.
Jejuniuz dēt fieri cū patiētia et puritate
mētis ⁊ cū orōe et el̄ina.cā.vj.q.ī.ix.x.
Judi ſub vmbra legis manentes nō dili
gūt ītrare ī celaria xp̄i.can.p̄mo.pet.iij.
Judei ſub iure iurando et maledictiōib⁹
in lege contentis ſe obligauerūt ad xp̄m
audiendū in lege ꝓmiſſum declaratorē ⁊
legis interpretē.cantico t̄cio.ꝑ.t̄cia.
karitas eſt amor et nō oīs amor eſt cari/
tas.cantico ſecundo.doctrina.vij.
karitas eſt amor ordinans voluntatē ad
diligendum deum et ꝓximum ſeruando
ſpēm:modum:et ordinem.ibidem.
karitatꝫ p̄cepta ad duo r̄ducūt̄.cā.x.ꝑ.ʒ
Latria vera et ꝑfecta fuit deo exhibita in
p̄ma etate ī ſignū xp̄i fut̄i.cā.p̄mo.ꝑ.j.
Latria ⁊ ſeruitus erga dn̄m eſt quedam
mutua reciproca bonoꝝ retributio.can.
nono.parte ſecunda.doctrina quarta.
Lex euāgelica et totū nouū teſtamētū ni
hil aliud ē ꝙ v̄itas ⁊ vetis teſtamēti ꝯfir
matio.ī p̄pha.toti⁹ opis.et.cā.iij.ꝑ.iij.
Lex euāgelica ita latebat ī lege ſicut for/
me latitant ī materia ⁊ fructus in arbore.
cantico tercio.parte p̄ma.doctrina.iij.
Lex antiq̄ nō erat eterna quo ad officiū
et ſignificatū ſʒ quo ad fidem et finem et



UVA. BHSC. IyR 068_1

veꝝ ſignificatum.ibidem.in fine.
Liber cantici canticoꝝ:excedit oēs alios
libros ſalomonis.in prolo.c.ij.
Liber pn̄s ꝓcedit ſub triplici methafora
et triplici nomine denominatus:per de/
cem cantica diuiditur.ibidem.c.tercio.
Lib pn̄s duplicē finē ꝯtiet.ibid.c.iiij.
Liber pn̄s cū totus ſit methaforicꝰ et ꝑ/
abolicus ſalon vocabula reꝝ tp̄ralium ad
ſpūalia:et ptes ſexus feminini ad maſcu
linum ꝑ quādam ſimilitudinem transfert.
cantico primo.parte prima.pet.pma.
Maria ꝟgo pma ꝓphiſſa:tympaniſta ⁊
euāgliſta noui teſtamēti ꝯpoſuit breuiſſi
mū cāticū qd verꝰ meref dici cāticū cāti
coꝝ ꝙ oiū ꝓphetaꝝ cātica.i expo.tituli.
Maria virgo deſpōſationē xpi ⁊ eccl'ie p
cetis clarꝰ ꝓuidit et deſiderabat et pete/
bat ꝓtegi ſb vmbra mali.can.pmo.p.j.
Maria ꝟgo ꝙtū ad carnē ꝑ lignū ſetbin
ſignificata lꝫ eēt traducta et ex adā ꝓpa/
gata:tn̄ eiꝰ caro fuit ꝑ ꝟtutē.ſ.ſci ſcifica
ta et ab oī fomite mūdata et ſcta et ipu/
tbilis et icōbuſtibilis.can.ij.doc.iiij.
Maria ꝟgo duplici rōe n̄ potuit mordri
a ſpēte nc ſuo veneo origiali ifici.ibidez.
Maria ꝟgo fuit pmordiū et exordiū ec/
cl'ie et pmū mēbrū xpi in qua xps ꝑ grāz
pmo hitauit et tāꝙ pmū eccl'ie mēbrū ꝓ
ſe ipa loqꝫ ⁊ ꝓ tota eccl'ia.ibid.doc.qrta
Maria virgo ꝑ xpm et paſſionem ſuam
fuit redempta ſicut ceteri fideles.ibidez.
doctria.v.et cantico.vj.p.pma.doc.vj.
Maria ꝟgo pꝰ fuit ſpōſa ꝙ mr xpi.ibid.
Maria ꝟgo lꝫ lilijs ꝯpef rōe ꝟginitatis
tn̄ magis ꝓprie ꝯpaf roſe rōe imunitatis
a peccato.ibidem.doctrina octaua.
Maria ꝟgo taliter xpm filium ſuum et
ſponſum diligebat vt tota in eius amore
langueret.ibidem.doctrina nona.
Maria virgo fuit ferculum et lectulꝰ quē
ſalon rex ornauit et in quo fecit ſeptē co
lūnas argēteas ſeptē donoꝝ.ſ.ſ.cā.iiij.
Maria ꝟgo dicitur mediatrix inter nos
et xpm.cantico quinto.parte ſecunda.
Maria ꝟgo lꝫ nō fuerit ſacerdos ad eu/
chariſtiā ꝯficiendā:tn̄ hūit aliquid equi/
ualens et ſupexcedēs quod nūꝙ hūit ſa/
cerdos ⁊ ꝑ pn̄s in ſe hūit hoc modo totā
eccl'ie pulcritudinē.ibid.dubio ſcdo.
Maria ꝟgo triūphauit de diabolo et de
capite amana et de vertice ſannyr.nec ī
ſnia ade ꝯphenſa ſed abſqꝫ originali pcto
to fuit concepta.ibidem per totum.
Maria virgo pugnauit contra quinqꝫ
montes et finaliter triūphauit.ibidem.
Maria ꝟgo et johānes euāgeliſta ſtātes
juxta crucē tāꝙ ꝓcuratores ꝓ tota eccl'ia
et etiam maria magdalena longe a cruce
audierunt cantilenam et oīa verba que
xps in cruce cantauit et dixit.cātico.vj.
parte prima.doc.quita et.vj.ꝑ totū.
Maledictiōes et pūitōes ꝯ judos ī cāpe
ſtribꝰ moab iux iordanē ꝑ moyſen ꝓdcte
ꝑſeuerāt hodie ī toto illo pplo.cā.v.
Moyſes dux ppl'i iſrael cui oīa contin/
gebant in figura criſti:duos actus inter
cetos ante mortē ſuam opatus ē.ibidem.
Moyſes ꝓdixit finalē obſtinationē et in
fidelitatē et punitionē et dāpnationē ju/
deorū et finaliter populi gentilis ſubſti/
tutionem et conuerſionem.ibidem.
Mulier ex quattuor.ſ.mēbroꝝ diſpoſi/
tiōe/eloqntie et facūdie ſuauitate:veſtium
apparatu ⁊ ornatu:et odoꝝ redolentia:
pl'cra et amabilis et deſiderabilis ſponſo
reddif.ibidē.ꝑticula ſcda.partis ſcde.
Multitudo aploꝝ erat ſub vno paſtore
xpo ordinata.et eoꝝ erat aīa vna et cor
vnū in deo.atqꝫ igne et caritatis ardore
rubentes et feruentes tales erāt iterius
qles extꝰ appebāt.ibidē.ꝑ.pma ꝑ totū.

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .Tabula libri canticorū.

Natura hūana ſemp̄ hūit duos oculos.
ſ.oculum fidei et oculum naturalem et
carnalem.cantico quinto.parte ſecūda.
Nomen ieſus dr̄ oleū aromaticū p̄ totū
mūdum effuſum.cātico p̄mo.pet.p̄ma.
Nomē xp̄i nō ſufficit portare ī ſolo cord̄
ſʒ etiaʒ in ore et op̄e ip̄ʒ publice ꝯfitendo
et p̄dicando ſicut ip̄e publice pro nobis
ī cruce paſſus ē et ſic eū diligere debem⁹
corde:ore et op̄e.cātico.x.parte ſecūda.
Nomina p̄riarchaꝝ et ꝓphetaꝝ fuerunt
eis īpoſita diuina ꝓuidentia et īſpiratōe
ꝓphetica īq̄tū fuerūt figura xp̄i et īq̄tū
xp̄s fuit figuratus in eis.in expo.tituli.
Nubes que tab̄naculū obūbrauit et ſup̄
illud incubabat xp̄m ſignificabat ī eccl̄ia
ſua tanq̄ caput cubare et ſedere.cantico
p̄mo.peti.vj.et.vij.et.can.ij.doc.q̄rta.
Op̄atio iuſti bona in triplex bonuʒ et in
triplicem fructum cedit.cantico decimo
particula ſcd̄a.p̄tis tercie.q̄ſtiōe vnica.
Ordo nr̄e redemptionis fuit neceſſarius
neceſſitate cōgruentie ad vincendam dia
boli aſtutiā.can.vj.q.p̄ma.ꝯcluſiōe.ix.
Ordo heremitaꝝ et monachoꝝ incepit a
paulo heremita qui ꝓpter tormenta que
martires patiebāt̄ ex timore dect̄i antra
et nemora petijt quē et nō nulli xp̄iani ſe
cuti ſunt.can.ix.p̄.ij.doc.iiij.et.p̄.t̄cia.
Ouis p̄dita et peregrīa et erratica petit
paſci ⁊ ꝓtegi ⁊ dirigi a xp̄o vero paſtore.
cantico primo.petitiōe ſexta et ſetptīa.
Pactū ſeu fedus int̄ deū et ppl̄m fc̄tʒ nō
pot̄at cōfirmari ñc adīpleri et ratificari
niſi p̄ p̄n̄tiā dei vent̄i ī carnē.in fi.ꝓlo.
Paſſio xp̄i p̄ vnguentuʒ p̄cioſiſſimuʒ ex
quinqʒ aromaticis liquoribus a moyſen
confectum fuit figurata.can.ij.doc.iiij.
Paſſio xp̄i fuit actus iuſtitie et punitiōiſ
pro peccato primorū parentuʒ et raptu
cibi prohibiti.can.vj.p̄.p̄ma.doc.iij.
Paſſio xp̄i fuit neceſſaria ad cōplendam
volūtatē p̄ris et adequandaʒ iuſtitiā cuʒ
mīſicordia.ibidē.q̄ſtiōe p̄ma.ꝯcl̄.p̄ma.
Paſſio xp̄i fuit neceſſaria ad ꝯfirmandū
teſtamentū vetus.ibidem.cōcluſiōe.ij.
Paſſio xp̄i fuit neceſſaria ad ſoluēduʒ ꝓ
oib⁹ debitum.ibidem.ꝯcl̄.quarta.
Paſſio xp̄i fuit neceſſaria ad pugnādū ⁊
mūdādū hoīeʒ a macl̄a ⁊ ſord̄ p̄cti.ibid̄.
Paſſio xp̄i fuit neceſſaria nō ſolū ad re/
dimendū totū hoīeʒ:ſʒ etiā ad recup̄ādū
regnū celoꝝ ꝓ mēbris xp̄i.ibideʒ.ꝯ.vij.
Paſſio xp̄i fuit neceſſaria ad roborādos
et adequandos et ꝯdignificandos oēs ac
tus hūanos erga deū vt eſſent fructiferi
⁊ digni g̃ra ī p̄n̄ti et gl̄ia ī fut̄o.ibid̄.ꝯ.x.
Pater eternus quadruplici oſcl̄o eccl̄iaʒ
ſponſā oſcl̄atus eſt.can.p̄mo.pet.p̄ma.
Pater p̄ oſculum oris ſui naturam hu/
manam oſculatus eſt.ibidem.
Patres vet̄is teſtamēti dei faciē minime
viderūt nec cū deo locuti ſūt. ibidē.p̄.j.
P̄r̄es ve.teſt̄i.xp̄o vent̄o exhibebant la/
triā s̄uitutē p̄ figuras ſacrificioꝝ.ibid̄.
P̄riarche et ꝓphete deſiderauerūt ſuge/
re lac ſapīe et g̃re vbeꝝ xp̄i.ibid̄.pet.iij.
P̄riarche ex ml̄ierib⁹ ppl̄i gētilis fuerūt
generati.ibidē.petitione q̄rta et quīta.
P̄riarche p̄ capreas:et ꝓphete p̄ ceruos
intelliguntur.cantico ſcd̄o.doctrina.x.
Petr⁹ et tota ſocietas illoꝝ cētuʒ viginti
nō ſimplicit̄ p̄diderūt fidē nec fuerūt he/
retici.can.vj.q.iij.per totū.
Perſona criſti ex tribus aromatibus eſt
confecta.cantico p̄mo.pet.p̄ma.
Plebs gētilis petit ſociari cū plebe iſrl̄i/
tica et fideli:et ſimul cū ea recipere xp̄m
ſpōſum ſuū:ut ex utroqʒ popl̄o fiat vna
eccl̄ia et ſpōſa xp̄i.ibidē.peti.iiij.⁊.v.
Plebs gētilis t̄plici īfirmitate laborabat
ſ.ydolatria/falſitate doct̄ne/ ſpurcitia et

UVA. BHSC. IyR 068_1

carnis feditate.cãtico octauo.ꝑ.ſcđa.
Predicatio aploꝝ ⁊ doctoꝝ ⁊ ꝛligioſoꝝ
vita fuit euidẽt ꝑ diuerſas mẽbroꝝ ſimi
litudĩes a ſalõne ꝓuiſa.cã.v.ꝑ.j.ꝑ totũ.
Premiũ ſiue merces etna ſcđm q̃ntitatẽ
laboꝝ ⁊ fructuũ mẽſurat.cã.x.ꝑticła.ij.
Primi parẽtes lȝ nõ fuerĩt ꝓuati virib⁹
aĩe que ſunt bona ſpeciei.tñ fuerũt expo
liati oĩb⁹ bonis modi ordinis et finis et
gratie ⁊ manſerunt obligati ad debitum
eoruȝ.in queſtiõe finali.argumẽto ſcđo.
Primi parẽtes nõ ſolũ fuerũt expoliati
bonis ſupdictis ſȝ etiã fuerũt ſauciati in
oĩb⁹ potentijs aĩe quia partes inferiores
fuerũt rebelles et ĩſurrexerũt cõtra ſupi
ores.ſ.caro aduerſus ſpũm et ſpũs fuit
conuerſus et inclinatus ad ſenſualitatẽ.
ibidem.et can primo.ĩ ꝓn.et.pet.ij.
Promiſſio xp̃i vẽturi facta eſt in monte
oreb ſimul cuȝ datiõe legis et multiplici
ſigno ⁊ pacto.cantico primo.pte ꝓma.
Quattuor uoluntates ꝑ q̃ttuor uentos
ſignificate:cõcurrerunt in mortẽ et paſſi
onẽ xp̃i.can.vj.pte.j.doc.ij.
Regeneratio toti⁹ eccł'ie ꝑ arche federis
fabricationẽ fuit figurata.cã.ij.doc.iiij.
Recapitulatio toti⁹ libri valđ neceſſaria
habetur.can.x.in fine.
Salomon fecit decẽ cantica iuxta decem
ꝓncipalia miſteria nr̃e redẽptiõis et ita ĩ
ſingulo cantico vnũ miſteriũ euangelicũ
demonſtratur.in diuiſiõe libri.
Salõn tribus noĩb⁹ appellat.ĩ ꝑ.c.ij.
Salõn manifeſte fatetur habuiſſe a deo
ſpũm ꝓphecie.ibidem in queſtione.
Salõn appellatur ſctiſſimus.ibidem.
Salõn in hoc libro nominat⁹ ſcđȝ iudos
eſt ipſe dus rex pacificus.can.iiij.doc.ij.
Sexaginta reges cũ regnis ſuis tp̃re cõ/
ſtantini venerũt ad fidẽ xp̃i.ibiđ.doc.i.
Sexaginta p̃lati ꝓncipales eccł'ie ambiũt
xp̃m ei⁹ fidẽ defenſando et ſexaginta doc
tores ꝓncipales eccł'ie ex fortibus eccł'ie
ambiunt xp̃m omnes tenentes gladios
euangelice doctrine.ibidem.
Sexaginta gñationes ꝯputant ab adam
vſqȝ ad virginem mariam.ibidem.
Societas aploꝝ et xp̃i diſcipuloꝝ ꝑ quĩ/
quaginta tres dies latuit ꝓfuga.ſȝ ſpũs
ſci gr̃a recepta:publice corã iudeis et gen
tib⁹ xp̃m ꝯfitebant.cantico.vij.ꝑ totũ.
Societas aploꝝ iudeis reprobatis iuxta
dictũ ꝓpheticũ incepũt gentiles ad xp̃m
ꝯuerti.can.viij.ꝑ.ꝓma ꝑ totũ.⁊ ꝑ.tcia.
Tabernaculũ virginẽ mariam figurabat
ꝓpt xp̃ȝ fctaȝ ⁊ ñ ꝯuerſo.cã.ij.doc.ij.
Teſtamentuȝ confirmatur per mortem
teſtatoris.in diuiſiõe libri.
Teſtamentum vetus non vere dicitur te
ſtamentum:ſed nouum.ibidem.
Tria millia pabolas et quinqȝ millia car
mina ſalõn locutus eſt.in prolo.c.ij.
Verbũ eternũ patris oſculum nomina/
tur.cantico primo.pet.prima.
Verbũ diuinũ exiſtens ĩ archa humani/
tatis iohãnẽ baptiſtã in ventre mr̃is loq
batur per os matris ſicut ante locutum
fuerat ꝑ ora ꝓphetaꝝ.can.ij.doc.iiij.
Veritas euangelica latebat ſub vmbra ⁊
thalamo et velo et cortina cerimoniarũ
antiquarũ.cantico primo.pet.tercia.
Vinea dñi quo ad omẽs ſtatus vtriuſqȝ
teſtamenti eccł'ia dei dicitur.in principio
prolo.et cantico.x.ꝑticula.ij.ꝑ.iij.
Vincenti⁹ martir et ceteri martires nõ
ſolũ merebantur ꝓpter martiriũ quod
ꝓpter xp̃m patienter tollerabant ſȝ etiã
iam meruerũt in vita ꝓpter oĩa que eis
poſt mortẽ fcta ſunt.cantico.vj.q.ij.
Unio ꝯplex fcta fuit in xbi dĩ ĩcarnatõe
ꝑ accubitũ ⁊ ãplexũ figurata.can.ij.
Volũtas rõnalis lȝ vt plurimũ a ſenſua

UVA. BHSC. IyR 068_1

# .Tabula libri canticorũ.

litate trahatur non tñ per violentiam ſꝫ
ꝑ cõplacentiã et ſic voluntas non trahit̃
coacta ſꝫ allecta. in queſtiõe finali. ar. ij.
Voluntas lꝫ nõ trahatur a ſenſualitate
coacta ſꝫ cõplacens et allecta ad male a/
gẽdũ: tñ volũtas nũq̄ trahit ſenſualitatẽ
ad bñ oparandum niſi coactam et in ſerui/
tutem violenter redactam. ibidem.
Unguẽta decẽ effudit xp̄s ad ſanitatẽ et
reparationẽ hũane nature. can. p̄mo.
Xp̄s fuit in veti teſtamẽto multiplicit̃ fi/
gurat⁹ atqꝫ ꝓmiſſus. can. p̄mo. ꝑ. p̄ma.
Xp̄s nobis erat quadrupliciter vnĩẽdus
ibidem. petitione prima.
Xp̄s ſpõſus duplici vbere et lacte nutrit
eccl̃iam ſuam ſponſam. ibidem.
Xp̄i duo vb̃a duo teſtamẽta vet⁹. ſ. et no/
uũ ſignificant. ibidẽ. et can. v. ꝑ. prima.
Xp̄s expectabatur vt eſſet collator oĩum
bonorũ et norma et regula humanorum
actuũ. ibidem. petitiõe ſcd̃a. ⁊ in. q. fi.
Xp̄s decẽ vnguẽta aromatica ⁊ odorifera
q̄b⁹ oẽs trahebat ĩ ſuo aduẽtu effudit. ibi.
Xp̄s introduxit ap̄l'os et doctores ĩ cela/
ria ſecretoꝝ aromatũ ſacre ſcript̃e altiſſi
ma eis reuelãdo miſteria. ibidẽ. pet. iij.
Xp̄s eccl̃ie ſponſus hẽt duo celaria ĩ que
ſponſa introduci petit. ibidem.
Xp̄s ante paſſionẽ ſuã et ante ĩcarnatiõꝫ
jam diſpenſabat gratiam et ſue paſſionis
merita. cantico. ij. ꝑ. p̄ma. doctrina. v.
Xp̄s ſponſus introduxit eccleſiam ſuam
ſponſam in triplicem cellam vinariã or/
dinando in ea caritatẽ. ibidẽ. doc. vij.
Xp̄s triplex oſculũ dedit. ibidẽ. doc. viij.
Xp̄s tãq̄ in ſuo tab̃naculo triplicit̃ h̃itat
in nobis et nos cũ eo. ibidẽ. in. fi.
Xp̄s eccl̃iam ſuã p̄mo multiplicit̃ deſpõ/
ſauit. can. iij. ꝑ. prima. doc. p̄ma.
Xp̄s in ſuo aduentu reperiẽs ſcripturaꝫ
legis et ꝓphetaꝝ depuatã ꝑ falſas tradi/
tiões: et expoſitiõe ſcribaꝝ et phariſeoꝝ
et ſaduceorum extirpauit et eradicauit.
ibidem. doctrina quinta.
Xp̄s licet fuit generalis redẽptor virtua
lit̃. tñ non participant redemptiõeꝫ niſi
qui ꝑ baptiſmũ regenerãt̃. q. fi. ar. iij.
Xp̄s fuit finis legis et ꝓphetaꝝ et decla/
rator et interpres eoꝝ. ibidẽ. parte t̃cia.
in queſtiõe. et cantico p̄mo. parte p̄ma.
Xp̄s tãq̄ caput influit totã virtutẽ ĩ totũ
corpus eccl̃iaſticũ et ſingl̃arit̃ ĩ oĩa mẽbra
ad opãdũ ſp̄ualit̃ ⁊ meritorie. cã. v. ꝑ. i.
Xp̄s patiebat̃ ĩ cruce nõ tãq̄ fili⁹ naẗalis
marie et tãq̄ hõ ꝑticl̃aris: ſꝫ tãq̄ ſpõſus
eccl̃ie ⁊ redemptor vniuerſalis. Jdeo nõ
dicit virgini mater ſꝫ mulier ecce fili⁹ tu⁹
⁊c̃. ibidem. ⁊ can. vj. ꝑ. p̄ma. doctrĩa. vj.
Xp̄s ꝑ moyſen fuit multipliciter figura/
tus. ibidem. parte ſcd̃a. et cantico ſexto.
Xp̄s lꝫ eſſet vere mortu⁹ ſemꝑ tñ opaba
t̃ opa nr̃e redemptionis. can. vj. q. ij.
Xp̄s tale gen⁹ mortis neceſſario paſſus
eſt vt verificaret totã ſcripturaꝫ legis et
ꝓphetaꝝ et vt ei⁹ paſſio eſſet metrum et
mẽſura oĩuꝫ virtutũ et exẽplũ patiẽ nob̃
ĩ oĩb⁹ aduerſitatib⁹. ibi. q. p̄ma. ꝯclu. iij.
Xp̄s tale genus mortis neceſſario paſſus
ẽ et paſſiõis vt nõ ſolũ potẽtia ſꝫ juſtitia
diabolus vinceret̃. ibidẽ. ꝯcl̃. viij. ⁊. ix.
Xp̄s h̃uit triplicem actũ. ſ. grãm vnionis
et ꝯſiderationẽ nr̃e redẽptionis et actua/
lẽ redemptiõis nr̃e opationẽ. ibidẽ. q. ij.
Xp̄s lꝫ in triduo nõ fuerit naẗalis homo
q: erat vere mortuus tñ tunc erat caput
eccleſie. ibidem.
Xp̄s ꝑ corpus patiebat̃ et ꝑ aĩam mere/
batur. ibidem. dubio quarto.
Xp̄s eſt caput eccl̃ie hoĩum et angelorũ.
cantico ſeptimo. ꝑ totum.
Xp̄s ꝑp̄l'o gentili triplici rõne ꝑñtialiter
noluit p̄dicare. can. viij. ꝑ. ij. in. q.

UVA. BHSC. IyR 068_1

Xp̃s sponsus ecc̃liam suã sponsaz triplici ãplexu amplex⁹ fuit. cã. ix. p. iij. doc. iij.
Xp̃s ꝑpter tria rex pacific⁹ appellatur. cantico decimo. ꝑticula scd̃a. parte tcia.
Xp̃s sponsus vocat ecc̃liam sponsam ad recipiendū premiũ vltimatũ sui laboris et pegrinatiõis. s. p̃miũ g̃lie. ibidẽ. p. iiij.
Xp̃s duplices nuptias cuz ecc̃lia sua spõsa celebrauit. ibidẽ. doctrina tercia.
Xp̃s fuit perfectus et sufficiẽs reparator humane ruyne. q̃stiõe finali. artic̃lo. iij.
Yesus xp̃s in triduo fuit marie virginis filius. cantico sexto. q̃stiõe. ij. du. tcio.

Explicit tabula.

Hec ex tue dñationis scripto sup cãticis canticoꝝ dignissime p̃sul dicta sub breuibus ego fr̃ jacob⁹ jañ. collegi: vt lectores ad tantũ opus pscrutandũ faciliores reddantur. Siquis. n. ordinez tui indignissimi fuuli prefatum aĩaduerterit: nõ solũ que posuerim: sed et multo plura altissima inueniet. que vsq3 modo nõ nisi per tuam admirabilem sapientiã sunt collata mortalibus. Quamobrez delectabile ac diuinũ opus letissimo animo legentes ĩmortali deo g̃ras agite. qui sua g̃ra sacre scripture pelagus p antistitẽ splendidissimũ in fine seculoꝝ nobis aperuit. Cantauit profecto in canticis canticoꝝ dñatio tua reuerẽdissima. q̃n eoꝝ sensuz ac intelligentiam altius atq3 clarius pre ceteris explanauit. per alfabetum more scolastico prelibata tabula se oĩbus offert.

UVA. BHSC. IyR 068_1